This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Mason
M. 148.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JOHANNES MORINUS

DE SACRIS ECCLESIÆ ORDINATIONIBUS

Secundum antiquos, & recentiores Latinos; Græcos, Syros, & Babylonios Commentarius

EDITIO NOVA

Tertia Parte auctior a mendis, quæ in prioribus irrepserant, repurgata.

IN QUA

Syrorum, ac cæterorum Orientalium Ordinationes integræ ex Libris Ritualibus exscriptæ vulgantur, ac nova versione donantur. Armenorum item Ordinationes hactenus desideratæ, & nova quam plurima Monumenta Latine prodeunt.

OPERA

JOSEPHI ALOYSII ASSEMANI

In Romano Sapientiæ Archilyceo Professoris publici Ordinarii linguæ Syro-Caldaicæ, & Institutionum de Sacris Christianis

PARS I.

SACRÆ LATINORUM ORDINATIONES.

ROMÆ MDCCLVI.

APUD HÆREDES BARBIELLINI AD FORUM PASQUINI.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

CLEMENTI ARGENVILLERIO

S. R. E. Tituli SS. Trinitatis in Monte Pincio

PRESBYTERO CARDINALI

JOSEPH ALOYSIUS ASSEMANUS
pp. f.

CODICIS *Liturgici Ecclesiæ Universæ Tom. VIII.* SACRAS LATINÆ ECCLESIÆ ORDINATIONES *concludens Tuis insignibus exornatus prodit* CARDINALIS *Amplissime, quo sibi suoque Editori maximum*

Digitized by Google

ximum habeat præsidium, in eo enim christiani Orbis sanctissimo Ecclesiastico Senatu conspicuus cerneris, ad cujus dignitatem Te Tua evexit virtus, quam non vulgi rumor, qui imperitorum aures solet decipere, sed Summi Pontificis sapientissimi, æquissimique Personarum, & meritorum cognitoris, & Retributoris certa declaravit sententia in sacro Patrum conscriptorum Senatu, cum Te superioribus annis Cardinalem creavit.

Sed quoniam singularis tua modestia lata lege me prohibuit a tuis laudibus pertexendis dum hoc obsequentissimi animi argumentum profero, hinc tuo ingenio conformari ambiens, mihi gaudere patieris profecto, Tibique, ac Gymnasio nostro gratulari; mihi equidem gaudeo, quod vota mea in prioribus Tomis expressa rata habuerit, ac justa comprobaverit, qui omnia suaviter fortiterque disponit Deus.

Gy-

Digitized by Google

Gymnaſio autem Romano gratulor, ſi enim in minoribus conſtitutus illius bono tanta ſollertia advigilaſti, ut ad Literarum bonum natus viſus fueris, in ampliſſima modo conſtitutus dignitate omnia procul dubio bona illi procurabis, & in eo ſcientiæ arteſque ingenuæ omnes, quæ refloruerunt, perennabunt.

Perge igitur CARDINALIS *Ampliſſime, & nova, ac Eminentiſſima dignitate auctus Religionem, literaſque cole, promove; Religionis Literarum Alumni, potiſſimum tibi devincti, clementiæ Tuæ, Tuique Patrocinii perſentiant effectum, quem Eccleſiæ, ac Reipublicæ bono impendant.*

Quoniam vero Codicis Liturgici Eccleſiæ Univerſæ, & Eccleſiaſticarum de Chriſtianis Sacris inſtitutionum collectionem, ac editionem, & SSmi Pontificis nomine, & tui auctoritate officii olim mihi demandaſti, opus ad calcem perduci, ſuiſ-

que

Digitized by Google

que abſolutum numeris cura, quo fiet, ut ſi quis indeſacræ Eruditionis amatoribus Eccleſiæque ipſi conſtiterit fructus, is & Pontifici, & Tibi acceptus erit referendus; conſtabit autem, neque obſcuri, & humilis collectoris editoriſque inſcitia, ſeu infirmitas illum impediet, aut evacuabit.

DEUM *interim* O. M. *communi Eccleſiæ, & rei Literariæ publicæ voce precor, ut* BENEDICTUM XIV. *Teque felices vivere jubeat, & gloriæ Dei, Gregiſque Dominici incolumitati, ut facitis, ſerviatis, ac tuis apud Deum jam partis promeritis, majorem in dies cumulum adjicias, quo repoſitam tibi coronam juſtitiæ reddat in illa die juſtus Judex.*

JO-

Digitized by Google

JOSEPHI ALOYSII ASSEMANI

Ad R.P.D. NICOLAUM MARIAM DE VECCHIS Sacri Consistorii Advoc. Decanum, & Romani Sapientiæ Gymnasii Rectorem deputatum.

In novam JOHANNIS MORINI *de Sacris Ordinationibus Commentarii Editionem, Epistola.*

DE Sacris Ecclesiæ Ordinationibus (quo nomine minores, ac majores, ut vocant, Ordines veniunt) ingentia volumina impleverunt plurimi, iique præstantissimi Scriptores; sed quia unus Johannes Morinus vir Cl. ad propositam mihi Provinciam magis accessit, hinc aureum tanti viri Commentarium Codici meo, & quidem integrum inserere constitui, quo Eruditorum, ac Typographorum votis facerem satis, quin a proposito mihi scopo nimis aberrarem,

Itaque, ut unico veluti obtutu, vir Amplissime videas quam maxime ad nostrum institutum faciat, patere, si Tuis subjiciam oculis tanti Commentarii Titulum, Præfationes, atque Adprobationes, sic igitur habent.

COMMENTARIUS

De Sacris Ecclesiæ Ordinationibus secundum antiquos, & recentiores Latinos, Græcos, Syros, & Babylonios, in tres Partes distinctus.

IN quo demonstratur, Orientalium Ordinationes Conciliis Generalibus, & Summis Pontificibus, ab initio Schismatis in hunc usque diem fuisse probatas, & ab Adversariis vindicatas: Plurimi Ordinationum libelli Rituales ex antiquissimis illorum populorum Sacramentariis eruti nunc primum eduntur; Græci, & Syri latinitate donantur. Variæ Exercitationes Ecclesiasticæ elaborantur, quibus quæstiones omnes de Ordinis Sacramento in Scholis disputari solitæ, secundum

istos

Digitized by Google

istos libellos, & antiquos Patres probabiliter definiuntur: perpetua Ecclesiæ Orientaliis cum Occidentali in hoc Sacramento convenientia, & quando, quave occasione, & causa utraque Ecclesia, aut alterutra novum ritum addidit antiquo, luculenter docetur. Quinque insuper antiquissimarum sub Episcopali dignitatum origines, varia incrementa, & decrementa enarrantur. His accedunt.

Simeonis Thessalonicensis Archiepisc. Liber de Sacramento Ordinis, & ejus mysteriis: Auxilii de Ordinationibus Formosi Papæ non iterandis libri duo: Cophticarum Ordinationum exemplar: Omnia ex antiquis membranis exscripta, & hactenus desiderata. Denique Adnotationes in verba, ritus, ornamenta Ecclesiastica, aliaque ejusmodi obscura, Latinis inusitata, in Ritualibus Græcis, & Syris occurrentia.

Authore JOANNE MORINO Blesensi, Congregationis Oratorii Domini Nostri Jesu Christi Presbytero.

Editio nova, a mendis quæ in editionem Parisinam irrepserant repurgata.

Antuerpiæ. *Venalia prostant Exemplaria.*
Amstelodami. Apud Stephanum Lucam. In fossa vulgo't Rockin dicta
MDCLXXXXV.

Eminentissimo, ac Reverendissimo Principi
FRANCISCO CARDINALI BARBERINO
Joannes Morinus Congregationis Oratorii D. N. Jesu Christi Presbyter.

QUæ res in Libri nuncupatione duæ plurimum considerari solent, eæ mihi ambæ persuaserunt, ut nomini tuo hunc nuncuparem; diuturna Eminentiæ Tuæ in me benevolentia, & consilium de hoc Opere colligendo, atque edendo domi tuæ natum. Harum altera ut sic agerem; hortata est; altera persuasit. Æquum enim est corollas de floribus in horto primum exortis, quum calyculi erumpunt, & expandi gestiunt, fundi Domino texere, illique appendere. Sed perpetua benevolentiæ tuæ testimonia tum mihi, tum aliis de me, cum se dedit occasio, reddita, effecerunt, ut ingrati animi dicam merito mihi impingi posse crederem, nisi in ipso libri limine, publice testarer, quantum Eminentiæ Tuæ debeam, quantasque, cum referendo non sim, illi habeam gratias. Ma-

Digitized by Google

Magni insuper mea interesse existimavi notum posteris facere, Eminentiam Tuam amicitia sua, familiaritate, Epistolis, & laudibus, me jam tot annis cohonestasse. Non sum equidem adeo imperitus rerum æstimator, Eminentissime Cardinalis, ut Purpuræ tuæ splendorem tantum admirer, atque ideo me innotuisse tibi, & a te amari glorier. Tanta dignitas est tibi cum multis aliis communis, nec meritis semper, sed sorti nonnunquam, aut Principum commendationibus ambitiose emendicatis, atque etiam per vim obtentis, defertur.

Neque augustissimam illam, & secundissimam fortunam suspicio, quæ tibi annis viginti integris benignissime aspiravit. Fortunam enim conqueruntur Philosophi omnes, cæcam, brutam, & insanam esse, quæ sui similes plerumque amplecti amat, adulantibus titulis ornare, iis suaviter blandiri, omnigenumque honorum, & deliciarum exoculata effusione lenocinari. Raro enim *fors & virtus miscentur in unum*.

Te ipsum in eminentissima dignitate potissimum suspicio: Summam animi tui in tanta fortuna moderationem admiror; cum hominum maxima pars soleat fortunæ suæ magnitudinem insanissimo honorum, divitiarumque incremento, & audaci peccandi licentia metiri. Tu vero quum omnia posses, orbemque Christianum sub beatissimæ memoriæ Patruo tuo Urbano Octavo P.M, consiliis tuis regeres, summæ fortunæ decus esse tibi persuadebas, servire legibus, non imperare: fortis animi esse, mediocria malle, quam nimia; Viris magnis omnibus in maxima fortuna minimam esse licentiam; Te aliis majorem tunc futurum, quum melior fores; contra quam vani, & illiberalis ingenii homines, qui cum fortunæ subridentis libidini sese dedidere, versatilem naturæ humanæ conditionem etiam dedisscunt; immemores, se perituros accepisse peritura; Mare momento verti; & eodem die ubi luserunt navigia fluctibus obrui.

Qua igitur ratione adversa fortuna animum tuum frangeret, qui secundam tam sancte, & fortiter sustinueras? *Nulla*, inquit S. August. (enar. in ps. 83) *infelicitas frangit, quem nulla felicitas corrumpit*. Secunda hominum opinione te felicem fecerat, sed adversa, quæ te postmodum gravissime insecuta est, magnum probavit. Ita te exagitari passa est providentia Divina, ne sub continuæ felicitatis splendore, cui prona sunt omnia, lateret, & marceret virtus tua. Memini cum Roma pulsus Parisios in asylum confugisses, tecumque familiariter versarer, fortuitosque de variis rebus sermones haberemus, me sæpius admiratum heroicam illam tuam in tot malis ferendis patientiam. Injuriarum assultu non magis commovebare, quam si cor tibi fuisset adamantinum, aut exte-

rum, non te feriiſſent. Neminem incuſabas, de nemine conquerebaris, ſat vindictæ de omnibus ſumptum ratus, ſi omnibus ignoviſſes. Nec dolorem corde premere, triſtia vero fronte ſerenare videbaris, ſed totum radicitus excuſſiſſe, affligentiumque amore & reverentia commutaſſe.

Recurſabat tum animo meo quam acres doloris aculeos afflictis infigere ſoleat priſtinæ felicitatis recordatio. Cenſent enim hujus mundi Sapientes infortunii genus eſſe infeliciſſimum, aliquando fuiſſe felicem: Veterem inſuper ferendo injuriam, nec ulciſcendo, invitari, & accerſi novam. Recurſabat iterum hanc fortunæ procellam ab iis in te excitam, quos omni bonorum, & dignitatum genere cumulaveras; quos ut extolleres, omnes tuæ authoritatis & felicitatis nervos, & machinas commoveras, ita ut videreris potiſſimum felix fuiſſe, ut iſtos felices faceres, honoribus abundaſſe, ut iſtos honorares, & beares.

Adverſa fortuna omnibus artificiis uſa eſt, ut amarior, & infeſtior tibi incumberet. Sed quo fuit illa in te affligendo induſtrior, eo fuiſti in ea toleranda generoſior: Quo crudelius tela ſua infigebat, eo lætius excipiebas. Quo contumelioſius inſultabant inimici tui, eo conſtantius & tacebas, & iis parcebas. Ad quid hæc adverſæ fortunæ ſtratagemmata? Ut patientiæ vere chriſtianæ pulcherrima ſpecimina ederes: ut magnificentius de ipſa triumpharet, & ea triumphata, tuis caſibus glorioſior, ut tandem contigit, reſurgeres. Sic balſamum inciſum liquorem nobis fundit ſuaviſſimum; ſic frumentorum ſemina gelu, & nivibus operta & preſſa fæcundantur; ſic aquis diluvii Arca non obruebatur, ſed iis ſupernatans, fluctibus, & procellis in altum tollebatur.

Iſta, & innumera ejuſmodi, quæ prætermitto, ſentiendo longe copioſius, quam ſcribendo, me multo magis in tui admirationem rapuerunt, quam Purpuræ tuæ lumina, mihique honorificentiſſimum eſſe perſuaſerunt aliquod ingenii mei monumentum poſteritati relinquere, quo conſtaret, me tanto Cardinali virtutum omnium theſauro locupletiſſimo, literarum ſanctarum columini, Urbani VIII. ſummi Pontificis nepoti, familiariter notum fuiſſe; dumque Orbem chriſtianum ſapientiſſimis conſiliis ſuis regeret, Regum & Principum Legatis reſponſa daret, mei, laborumque meorum curam interpoſuiſſe.

Memores igitur diuturnæ tuæ erga nos benevolentiæ, & eorum, quorum occaſione hoc opus aggreſſi ſumus, illius frontem radiis, & fulgoribus nominis tui micare, & vallari grato animo voluimus. Leviuſculum, fateor, munus; ſed humilitas noſtra præſtare magna non poteſt, nec iis eget Eminentia Tua. Veruntamen ſi calculos ſubducens animum meum adjungas, ut de tua benignitate confido, juſtum pondus deprehendes.

AU-

Digitized by Google

AUCTORIS AD LECTOREM CATHOLICUM

PRÆFATIO.

In qua exponit qua occasione motus tam multos ordinationum libellos, omnium Nationum, & omnium Sæculorum in variis Bibliothecis latitantes; adeo studiose conquisivit: Quo consilio conquisitos inter se, & cum Scholasticorum Sententiis comparavit; & exercitationes ex hac comparatione prodeuntes cum ipsis Ritualium libellis in lucem edidit.

CUm anno salutis sexcentesimo tricesimo nono supra millesimum Romam profectus essem, ab Eminentissimo, & Religiosissimo Cardinale Francisco Barberino vocatus, paucis post adventum meum diebus voluit me cuidam Theologorum Congregationi adesse, in qua jussu summi Pontificis Urbani VIII., Francisci Cardinalis Patrui, Græcorum Euchologium recensebatur, singulæque ipsius periodi diligenter expendebantur, & ad fidei Catholicæ canonem, & stateram examinabantur. Cum primum huic Congregationi adscriptus sum, cœpta erat in Græcorum Ordinationes inquisitio. Varii Theologi varias judicii ferendi rationes inibant. Mihi non satis tutum videbatur ex solis Doctorum Scholasticorum dictatis de re tanti momenti pronuntiare; Experiebar enim eos nulla Græcorum morum scientia tinctos, nulla linguæ Græcæ cognitione aspersos, nunquam illis in mentem venisse, ut inquirerent, quæ, quot, qualesve essent Græcæ Ordinationes. Æquum non judicabam ad eorum sola axiomata, tamquam ad lapidem lydium, istas Ordinationes exigere, quæ cum eis consentiunt, probare; quæ dissentiunt, eo ipso statim ut spuria improbare, & ab Ordinationum choro eliminare. Sane quoties obversabantur animo Ecclesiæ Orientalis imago, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, inferiorumque Ministrorum, & Monachorum ordines, Ceremoniarum Liturgicarum, aliorumque ejusmodi constans & pertinax observatio, in variis populis, sermone, moribus, & habitatione quam longissime dissitis consimilis, & prope uniusmodi: Religio mihi erat ex solis eorum hominum decretis, qui ne leviissima quidem earum rerum cognitione imbuti fuissent, de rebus tantis judicium ferre.

Diffidentia illa, quam de Doctoribus Scholasticis hac in causa conceperam, mihi videbatur eorum placitis diserte comprobari; ita ut si ali-

Digitized by Google

ter apud me ſtatuiſſem, contra id, quod dictis, & exemplo ſuo docent, facturus viderer. Fere enim quotquot eorum doctrina, & ingenii acumine maxime celebrari ſolent, conveniunt, Miniſtri baptiſmo expreſſionem non eſſe abſolute neceſſariam: Baptiſmum etiam valere forma deprecativa datum, eo quod ſibi perſuadeant, Eccleſiam Orientalem baptizando, eam formam uſurpare: Quamquam autem hoc falſum ſit; forma enim Baptiſmi Orientalis, ut & Latina, eſt indicativa; Attamen tanta eſt apud eos præſumpta Græcæ conſuetudinis opinio, ut eam eſſe validi Sacramenti certum argumentum pronuntiare non dubitent, velut nos docent, cæteris innumeris brevitatis cauſa prætermiſſis, ſummi Theologorum apices, Thomas in 4. diſtinct. 3. art. 2. quæſt. 2. reſp. ad 1. Scotus in 4. diſt. 3. qu. 2. ſæpius, ſed potiſſimum celeberrimus Franciſcus Suarez ἀνὴρ πολλῶν ἀνατάξιος ἄλλων to. 3. in tertiam partem S. Thomæ diſp. 21. ſect. 1. & 2. Similiter igitur in cauſa, quam agimus, Scholaſticorum placita adamuſſim ſequitur, qui eam ſecundum ſola eorum placita examinare, & judicare refugit. Cum enim ſolos Ordinationum Latinarum ritus ſuo tempore vulgatos præ manibus, & oculis habuerint, eorum plerique multa ſtatuerunt, quæ ſi abſolute & univerſe concedantur, actum eſt de Græcis Ordinationibus, inanes fructus pariunt, omni gratia Evangelica caſſos; nulla materia; nulla forma inſtructæ ſunt: Ordinationum potius umbras dices, & ſomnia, quam veram, & ſolidam Sacramenti ſubſtantiam. Quemadmodum igitur cognoſcentes axioma ſuum de Baptiſmi forma, atque etiam de Miniſtri expreſſione in actu Baptiſmi non convenire Eccleſiæ Orientalis baptiſmo, illud ita correxerunt, & reformarunt, ut Eccleſiæ Orientali nullum ex eo incommodum inferretur. Sic dubitandum non eſt eos ita animatos fuiſſe, ſi poſtmodum illis Græcæ Ordinationis ritus innotuiſſent, ut decreta ſua correcturi fuiſſent, & proviſuri, ne quod ex iis præjudicium Eccleſiæ Orientali crearetur. Quapropter illorum mentem aſſequitur, & placita amplectitur, qui de iſtis Ordinationibus judicaturus, axiomatis, quæ de latinis condiderunt, uſquequaque non adhæret, ne iis mordicus inhærens, Orientis Ordinationes vanas eſſe & inanes aſſerere cogatur, quod profiteri ſcholaſticorum maxima pars horruiſſet.

Mihi igitur hæc animo verſanti videbatur aliam examinis viam ineundam eſſe, in qua nullum ſubeſſet erroris periculum, ſed veritatis inveniendæ certa fiducia. Duplex autem mihi tum occurrebat. Prior inquirendum eſſe, qua ratione Eccleſia Romana poſt exortum, & divulgatum ſchiſma, Græcos Sacerdotes, & Epiſcopos ſchiſmati renuntiantes in ſinu ſuo excepiſſet. Nam ſi eos exceptura, iterum in Diaconos, Sacerdo-

cerdotes, & Episcopos non ordinabat, procul omni errore, & dubio Græcorum ordinationes approbavit: & confirmavit. Quis autem Catholicus, quidquid olim disputaverint Doctores Scholastici, hanc consequentiam improbabit? Antecedentis istius demonstratio occasionem dedit primæ operis nostri parti contexendæ. Tota enim in hoc demonstrando versatur. Summos Pontifices continuis post exortum schisma decretis, & actionibus suis Græcas ordinationes probasse, & ab Adversariorum impugnationibus vindicasse,

Altera ineundi istius examinis via post priorem securissima mihi videbatur, comparatio rituum, secundum quos Græci nunc & post divulgatum schisma sacras suas Ordinationes celebrant, cum iis ritibus, quos ante exortum schisma observare solebant. Nam si utrique iidem sunt, nec est inter utrosque alicujus momenti variatio, procul omni dubio, sicut sufficientes, & legitimi erant ritus, quibus Græci ante schisma ordinabantur; ita sufficientes, & legitimi erunt ritus, quibus post schisma ordinantur. Difficultas erat nanciscitantæ antiquitatis Euchologia, seu libellos sacrarum Ordinationum Rituales. Superata tamen difficultas est, duoque præ cæteris mihi tradita sunt Euchologia, de quibus dubitari non poterat, quin ætatem illam antecederent. Alia etiam mihi suppeditata sunt, quæ ad eam ætatem proxime accedebant, alia denique, quæ ab ea longius recedebant. Hæc lustro, sibi invicem comparo, antiquissimos cum recentioribus, utrosque cum mediis; nec inter hæc magni momenti discrimina deprehendo. Itaque apud me concludebam, si Rituales antiqui legitimi erant, quod nemo sanæ mentis negare poterat, recentiores quoque esse legitimos, utrosque esse æqua ratione aut admittendos, aut refutandos, præsertim cum omnes veluti conspirent in earum rerum omissione, in quibus totam istius Sacramenti substantiam Scholasticorum plerique reponunt.

Euchologia quoque illa utilitati publicæ alio modo profecerunt. Nam cum parisios reversus de rebus ejusmodi familiariter cum R. P. Jacobo Goartio Dominicani Ordinis Presbytero doctissimo sermones conferrem, eum monui, Romæ conservari antiquissima Euchologia, & quibus in Bibliothecis laterent, indicavi, ut Euchologii Græci vulgaris editionem, quam meditabatur, & interpretationem Latinam, quam tum confecerat, ditare, & illustrare posset; quod postea egregie, & abunde præstitit.

Nacti quoque sumus penitissimi Orientis sacras Ordinationes, Syrorum, videlicet, Maronitarum, qui Catholici sunt, & Libanum Montem incolunt: Nestorianorum, qui per Syriam, Babyloniam, Persidem,

Digitized by Google

dem, extremoſque Indos diſperſi Chriſtianum nomen, & Religionem profitentur: Et Jacobitarum, quorum non modo in Syriæ pleriſque locis magnus eſt numerus, ſed etiam per Aegyptum, & Aethiopiam, cis ultraque Aequinoctialem circulum, Zonamque torridam latiſſime diffunduntur. Qua ratione in iſtarum gentium rituales libellos inciderimus, Præfationibus, quas unicuique ritui præpoſuimus, a nobis explicatur; ideo hæc adnotaſſe nunc ſufficit. In iiſdem autem Præfationibus uniuscujuſque gentis mores religioſos enarramus; quando, & quoties cum Romana Eccleſia reconciliati ſunt; quos Reges & Principes in India habuerunt, quando funditus apud eos principatus interiit, multaque ejusmodi, ex variarum hiſtoriarum lectione, & comparatione colligimus. Lectorem autem hic obiter monemus iſtorum Schiſmaticorum Ordinationes ab Eccleſia Romana probatas eſſe, & quotidie probari. Nec hoc tantum, ſed univerſam Eccleſiam olim ab initio damnatæ hæreſis, & Schiſmati idem præſtitiſſe, eorumque Clericos reſipiſcentes, & ad Eccleſiam redeuntes, poſt ſolam hæreſis ſuæ, & Schiſmatis abjurationem, & anathematizationem cum exercitio Ordinum, quos a ſuis acceperant, in ſinum recepiſſe, & foviſſe.

Interea dum hanc collationem inſtituo, & Græcos iſtos Ordinationum rituales deſcribo, Pariſios, vix novem menſibus Romæ commoratus, revocor ab Eminentiſſimo Cardinale Richelio, qui tum ſolus Gallicæ Monarchiæ habenas conſilio ſuo moderabatur, unicuique pro animi libidine [illegible]. Revocationis cauſas ignoro. Sed ei parere neceſſe eſt, etiam dura præſcribenti, cujus arbitrio altiſſima, & aſperrima quæque ſubſidunt; quique non æſtimari juſtum, & ſanctum quod ipſi lubet, indignabundus audit. In Galliam reverſus, Ordinationum ſacrarum non me cepit oblivio, animo ſæpe recurrunt, eumque pulſant. Videbam cum Ritualibus Græcorum antiquis, & hodiernis convenire, quæ S. Dionyſius de Ordinationibus tradit in libris de Hierarchia Eccleſiaſtica; quæ etiam S. Clemens in Conſtitutionibus Apoſtolicis. Conſiderabam ambos præſertim convenire in omiſſione eorum omnium, quæ ſola ſubſtantialia ſacris Ordinibus adeo multi tradiderunt Scholaſtici. Idem experiebar fieri ab antiquis Patribus omnibus tam Latinis, quam Græcis, apud quos altiſſimum ſilentium omnium in quibus Scholaſtici plerique tradunt Diaconatus, Presbyteratus, & Epiſcopatus ineſſe materias, & formas. Quapropter animum ſubiit deſiderium inquirendi, an etiam antiquiſſimi Rituales Latini recentioribus hac in cauſa ſimiles eſſent. Rationibus enim jam explicatis ductus, ſuſpicabar multas ceremonias lapſu temporis Ritualibus additas fuiſſe, quibus Scholaſtici pleri-

Digitized by Google

plerique, præteritis antiquis, materias, & formas Sacramentales assignarunt. Suspicionem meam augebat exemplar Ritualis antiqui, quem ex Italia mecum asportaveram, aliusque Romæ editus in Gregoriano Sacramentario, in quibus multa ejusmodi omittuntur, aut ad alias Ordinationes transferuntur.

Itaque varias Bibliothecas lustro manuscriptis divites, non modo Lutetiæ, quæ ejusmodi Bibliothecis abundat, sed etiam aliis in locis, prout occasio, forsue ferebat. Incessebat etiam animum meum Ritualium Poenitentialium cupido. Quot quot igitur occurrunt Pœnitentiæ, aut Ordinationum bonæ notæ Rituales libelli, ex scribo. Jam prope quadriennium effluxit, cum Opere poenitentiali defunctus sum, atque cum eo Poenitentiales libellos lectu dignos publici juris feci. Sermone igitur de his prætermisso, dum innumeros Codices huc, & illuc verso, & inspicio, incidunt in manus meas nonnulli antiquissimi. In illis id, quod suspicabar, deprehendo, omissionem, scilicet, eorum omnium, in quibus Scholasticorum vulgus sacrarum Ordinationum materias, & formas inhærere credit. Simillimæ sunt iis, quos nobis exhibet S. Clemens in Constitutionibus Apostolicis; multisque additamentis carent quæ in Dionysianis, & omnibus Græcis Ritualibus leguntur. Quapropter a dictatis Scholasticorum magis, quam ipsi Græci recedunt. Si quis autem variorum sæculorum rituales invicem comparaverit, non injucunde animadvertet, quo sæculo unumquodque additamentum Ordinationibus accesserit. Hinc alio argumento probatur, quod jam ex Ritu Græco demonstravimus, non esse exigendas ad Scholasticorum omnia Decreta Græcorum Ordinationes. Nam non solum ipsæ damnatione periclitarentur, sed etiam Latinorum omnes antiquæ, cum non minus hæc decreta illæ evertant, quam Græcæ.

At vice versa, si omnes illæ Ordinationes simul conjungantur, & diligenter examinentur, evidenter colligetur, quantum ad Sacramentum Ordinis attinet, veritas istius axiomatis in scholis vulgatissimi, materias, & formas Sacramentorum esse perpetuas, nec unquam mutandas. Ubique enim in Sacris Diaconatus, Presbyteratus, & Episcopatus Ordinationibus Latinis, Græcis, Syris, Ægyptiis, antiquis, hodiernis, mediis, conspicies manus impositionem, & orationem unicuique gradui convenientem: In antiquissimis vero omnibus, præter hæc duo, nihil aliud occurret, quod cum aliqua probabilitatis specie rationem materiæ & formæ induere possit. Orientales primi novos ritus antiquis materiis, & formulis addiderunt; ut qui Dionysianos, quos Græci omnes, Syrique sequuntur, cum clementis constitutionibus, &

utras-

utraſque cum Latinis antiquis, & recentioribus comparaverit, experietur. Addiderunt & Latini longe plures, ſed multo ſerius, & paulatim, longoque annorum decurſu.

Quare ad conciliandas cum latinis Græcorum ordinationes, non opus eſt diſtinguere in Ordinationum cauſa, ut recentiores Theologi ſubtiliſſime faciunt, Sacramenta, in ea, quorum materias & formas Chriſtus in ſpecie & in hypotheſi, & in ea quorum materias, & formas in genere tantùm, & in theſi inſtituit, & deſignavit; ſingularem verò harum rerum deſignationem, & applicationem Eccleſiæ commiſit: ſeu in ea, in quibus quod formalis rationem tenet, Chriſtus in particulari & nominatim edidit & expreſſit, quod verò materialis & ſigni, in genere tantum imperavit, illius verò particularem deſignationem & demonſtrationem Eccleſiæ prudenti Oeconomiæ inſtituendam reliquit, & commendavit. Nam ſi quis omnium populorum, & omnium ſeculorum ordinationes inter ſe conferat, & componat, ſtatim animadvertet ab omnibus, & omni tempore eos omnes obſervatos eſſe ritus, quorum & Sacra Scriptura, & antiqui recentioreſque Patres meminerunt. Quidni igitur in ſolis iſtis ritibus Apoſtolicis perpetuis, & inviolatis, materiæ, & formæ iſtius Sacramenti, ejuſque partium commode conſtituentur; cæteri vero, ratione quorum Eccleſiæ variarum regionum a ſe invicem differunt, atque etiam una & eadem Eccleſia vario tempore a ſe ipſa, ſanctis, & prudentibus variarum Eccleſiarum inſtitutionibus tribuentur, non autem Sacramenti ſubſtantiæ, & neceſſitati. Quo circa mihi ſerio in hanc meditationem incumbenti nulla mihi videtur amplius in iſtius diſtinctionis hac de cauſa uſurpandæ, & excolendæ urgens occaſio. Quod enim Latinam Eccleſiam cum Græca, & Orientali in hoc Sacramento committere videbatur, cujus conciliandæ cauſa inventa eſt, ſomnium eſſe, cui rerum antiquarum incuria, & ignoratio cauſam dedit, oculata experientia demonſtratur.

Hæc eſt poſterior examinis ratio, ad quam exigendas eſſe judicabamus hodiernas Græcorum Ordinationes, eaque conſtituit ſecundam Operis noſtri partem. Univerſa enim operis hujus ſecunda pars nihil aliud eſt, quam collectio variorum Ordinationis rituum ex antiquis codicibus Latinis, Græcis, & Syris decerpta, & verbo tenus excripta, ut ex ejus lectione, & examine diſcat lector quæ fuerint Eccleſiarum hac in cauſa antiquæ, & recentiores traditiones, & auditis partibus, cauſaque cognita, judicium ferat. Nihil in ea parte noſtrum eſt, omnia antiqua, ex Archivis, & ſcriniis Eccleſiarum petita. Addidimus his Simeonis Theſſalonicenſis Archiepiſcopi libellum de Sacramento Ordinis;

eo

Digitized by Google

eo quod Græcorum ritus non modo diligenter describit, verum etiam unius cujusque ritus rationes elegantes, morales, & mysticas apposite tradit. Huic conjunximus Gabrielis Philadelphiensis Metropolitæ de Sacris Græcorum Ordinationibus libellulum eo qnod universam de hoc Sacramento doctrinam compendiose admodum, & Scholasticorum more explicet, cui subjunximus brevem dignitatum Ecclesiasticarum notitiam, seu Catalogum ex antiquo codice exscriptum, magis ne periret, quam quod necessarium esset. Quamquam nec hic tractatus haberi possit à scopo nostro alienus. Cum autem multa passim occurrant, vestium ornamentorum instrumentorum dignitatum, rituumve vocabula, in Ritualibus tam Græcis, quam Syris, quæ Latinis istorum morum insuetis negotium facessere possunt, ea ad finem uniuscuiusque Ordinationis Græcæ, vel Syræ non indiligenter explicamus.

Fini quoque Ordinationum Latinarum libellos duos Auxilii de Ordinationibus à Papa Formoso factis, nondum editos, diu tamen multumque à viris doctis desideratos adtexuimus, quibus lux maxima effunditur illustrissimæ quæstioni, quæ ante septingentos ferme, & quinquaginta annos in Ecclesia Romana, magna animorum contentione in utramque partem agitata est, tam in thesi, quam in hypothesi: An scilicet Ordinationes à Formoso Papa celebratæ, validæ essent, an iterandæ. Plurimi enim eas adeo improbarunt, ut iterarint: Alii, sed numero pauciores, eodem tempore probarunt, quorum unus erat Auxilius, cujus edimus in Formosi defensionem opuscula. Sed eodem tempore, atque etiam multis seculis ante, & post illud tempus, generalius quæsitum est; atque ἐν ἐν disputatum; An Ordinationes contra Canonum præscripta factæ, essent validæ, an iterandæ. Plurimi eas iterarunt, credentes, non sufficere Ordinationem, ut rata sit, & efficax, esse factam ab Episcopis Catholicis, & juxta Rituales ab Ecclesia præscriptos, sed etiam fieri debere secundum Canones Ordinatoribus, & Ordinandis à Conciliis secundum tempora latos. Insidebat igitur eorum animo ea sententia, quam modo explicavimus, quæque hodiernis Theologis est communissima; Ecclesiam scilicet quorumdam Sacramentorum materias particulares decretis restringere, aut ampliare posse, spiritumque Sanctum ita decretis istis sese attemperare, ut secundum ea vim suam exerat, aut comprimat, & sic quæ Ecclesia ligaverit, alliget, quæ solverit dissolvat.

Hæc quæstio sui obscuritate, & perplexis ambagibus, Ecclesiæ Doctores diutissime distinuit, atque etiam vexavit. Tandemque quadrigentis abhinc annis communi consensu, re maturius considerata, concluserunt, & definierunt, Canones ab Ecclesia secundum tempora, &

Digitized by Google

occaſiones de his rebus conditos, Ordinationis ſubſtantiam, & efficaciam non afficere, ſed tantum executionem; ordines conferendi, aut collatos exercendi potentiam non auferre, ſed tantum legitimam authoritatem.

Duæ iſtæ partes baſis ſunt & fundamentum, cui potiſſimum innituntur Exercitationes, quæ operis noſtri tertiam, & poſtremam partem conſtituunt, ſedulò enim examinatis his antiquis, & recentioribus Sacrarum Ordinationum Codicibus, & conſideratis Summorum Pontificum continuis pro Ordinationibus Orientalium decretis, ea cum variis Sanctorum Patrum ſententiis, & utraque cum pleriſque Scholaſticorum Doctorum placitis contulimus. Cum autem in eo ſtudio nonnihil nos exercuiſſemus, videreturque nobis utriuſque ritus, Occidentalis, & Orientalis, maximus in rebus Subſtantialibus eſſe conſenſus, nec opus eſſe perplexis, & impeditis Scholaſticorum diſtinctionibus, ut alter in alterius gratiam rediret, ſed ſponte, & αὐτομάτως nulliſque cum ambagibus ſeſe mutuo amplecterentur, tandem decrevimus, exercitationem noſtram ulterius protendere, & omnes quæſtiones, quæ de Ordinationibus in ſcholis agitari ſolent, ſecundum hæc principia veluti ad Aurificis trutinam examinare, & expendere, ſtudiumque noſtrum in lucem edere; ut ſi Lectori Catholico luberet, eandem comparationem, & Exercitationem inſtituere, eo nonnihil juvaretur,

Viſum eſt præterea ab inſtituto opere non fore alienum, ſi connecteremus Exercitationem de antiquis, & primigeniis ſub Epiſcopo dignitatibus Eccleſiaſticis, nempe, Archipresbyteris, Archidjaconis, Oeconomis, Defenſoribus, & Græcorum Chartophylace; & in ea veluti ad coronidem univerſo operi imponendam exponeremus, quæ fuerint uniuſcujuſque dignitatis, tam ſecundum Latinos, quam ſecundum Græcos, origines incrementa, & miniſteria: quanta fuerit authoritas, qua ratione variis ſæculis variata eſt, aucta, imminuta, & immutata.

Denique Lectorem, in cujus manus hoc opus inciderit tituli meminerit, monemus: Exercitationes, videlicet, nos ſcribere, non deciſiones, adumbrationes delineare, non rei expreſſiones jactare, inſtructiones ad litigioſarum de Ordinationibus quæſtionum dijudicationem ſuppeditare, nihil decretorio judicio ſtatuere. Sapientis cujuſdam vulgò fertur apophtegma, Exercitationem omnia poſſe. Verum mediocritatis & tenuitatis ingenii noſtri conſcii, hoc nobis non arrogamus. Tanta cordi non ineſt confidentia. Quapropter ſi legenti offendiculum aliquod occurrat, illud aut removeat, aut benigne excuſet, deprecamur, de eo non ex verbis, ſed ex mente, & conſilio noſtro ſententiam ferens.

Con-

Digitized by Google

Consilium nobis fuit illi prodesse, non obesse, illum adjuvare, non in errorem inducere; Traditionem antiquam cum recentiore & hodierna, conferre, & utramque ex mutuo lumine illustrare. Si forte caligine aliqua offusa est, eam pristino nitori & splendori restituere: Si aliquo situ obducta, eum detergere. In hoc conatu, si quando nos cæcutire, & labi deprehendat, quod sæpe nobis contigisse nòn inviti credimus, porrecta manu benigne nos erigat, aversos in rectam viam reducat. Nam, ut scribit S. Dionysius ad Demophilum. διδακτεον οὐ τιμωρητεον τοὺς ἀγνοουντας, ὥσπερ οὐ τους πρωτους οὐ κολαζομεν, ἀλλα καὶ χειραγωγουμεν. *Ignorantes docendi sunt, non puniendi; quemadmodum cæcos non punimus, sed manu ducimus.* Quidquid de Lectoris erga nos modestia contingat, hoc opus nostrum, & quæcumque hactenus scripsimus, aut in posterum, Deo dante, scripturi sumus, Apostolicæ Sedi corrigenda, expungenda, eradenda, aut penitus delenda toto affectu subjicimus. Animo enim fixum, & immotum sedet, nihil unquam privatim, aut publice scribere, quantum memoria, & studio recolere, aut mente prævidere potero, quod Ecclesia Romana olim improbaverit, aut aliquando improbatura sit.

Permissio R. P. Generalis.

FRanciscus Bourgoing Presbyter Præpositus Generalis Congregationis Oratorii Jesu Christi Domini nostri, juxta Regium diploma datum 14. Julii 1642, quo Bibliopolis omnibus prohibetur ne libros ejusdem Congregationis imprimant, aut venales exponant citra nostram licentiam, Permittimus Gasparo Meturas Parisiensi Bibliopolæ, ut librum, qui inscribitur: *Commentarius de Sacris Ecclesiæ Ordinationibus secundum antiquos, & recentiores Latinos, Græcos, Syros & Babylonios*, Authore Joanne Morino, Congregationis Oratorij Domini Nostri Jesu Christi Presbytero, imprimere, ac libere divendere possit. Datum Parisiis prid. non. Augusti 1655. *Franciscus Bourgoing.*

APPROBATIO OPERIS.

NOs subsignati Doctores Theologi Sacræ Facultatis Parisiensis legimus *Commentarium de Sacris Ecclesiæ Ordinationibus* Joannis Morini Congregationis Oratorii Presbyteri opus polymitum & ocellatum contextum erudita manu Theologi, Philologi, Antiquarii, & Scholastici, & quem variæ lucubrationes dudum publico commendarunt.

Digitized by Google

Majeſtatem totius operis, & argumentum perpetuum prior in fronte libri pagina explicat, cæteræ exequuntur. Ritus Sacros, & ceremonias veteris, & novæ Romæ, & primarum ſedium inter ſe confert, & annotat, & in tanta rituum diverſitate fidem eandem, & illibatam. Hinc porrò enatas quæſtiones maximæ operæ, ex variante diſciplina Religionis, & praxi, cote ſubtili diſputatricis Theologiæ agitat, & explanat. opus in maximum Eccleſiæ decus ceſsurum judicamus, teſtati nil in eo contineri, quod Fidei Catholicæ adverſetur. Datum Pariſiis die 18. Febr. an. 1655. *Chaſtellain. Chapelas, Curatus S. Jacobi.*

COmmentarium de Sacris Ordinationibus Authore Joanne Morino Bleſenſi ex Congregatione Oratorii Domini Noſtri Jeſu Chriſti Presbytero legi non minore cum fructu, quam voluptate. Opus eſt ſummæ plenum eruditionis, & ſtudioſæ Eccleſiaſticorum rituum perſcrutationis, in quo non probabiliter tantum, quod unicum pollicitus erat, ſed certius accurata Doctrinæ, & diſquiſitionis indagine multa perſuadet, quæ circa inaugurationem Miniſtrorum Sacrorum huc uſque agitata ſunt. Leget & quivis alius ſine ullo erroris periculo. Ita cenſui Academiæ Pariſienſis Doctor Theologus, pridie Non: Auguſti an. 1655. & ſubſcripſi. *Margaritus Gauquelin.*

Hactenus Morinum recitavi; Unde nullo negocio judicare poteris in eadem ipſum, qua nos, quod pertinet ad minores, & Sacros Ordines, Paleſtra inſudaſſe. Propterea æquum nobis viſum eſt alienis perfrui laboribus, quin tamen laudem & gloriam nobis unis quæramus. Quoniam autem laudatus Commentarius nonnullis ſcatet mendis, & multa in eo deſiderantur, quæ a Cl. Scriptore omiſſa ſunt, ſive quod fini, quem is ſibi præfixerat, illa peropportuna haudquaquam judicaverit, ſive quod monumenta ex quibus ea colligenda erant, habere minime potuerit, ſive demum ex ignoratione linguarum Orientalium quædam ſibi excidere paſſus eſt, ſeu invito exciderunt, hinc, ut Ritualem librum Sacrarum Ordinationum antiquarum, & recentiorum omnium Eccleſiarum (ſive iſtæ a Romana Eccleſia veritatis magiſtra, & unitatis centro ſejunctæ ſint, ſive cum illa adhuc fœderis chriſtiani jure ſint conſociatæ,)

Digitized by Google

ciatæ,) integrum publici juris faciamus, & Codicem Liturgicum Ecclesiæ Universæ, quoad hanc etiam Ritualem partem, perficiamus, emendare tentabimus, quæ correctione digna videbuntur, omissa supplere, atque defectus implere conabimur, itaut Eruditi Morini Commentarium integrum habeant, & perfectum, variisque monumentis adauctum, & ditatum; quæ omni cum uno volumine in Quarto, uti dicunt, quamvis maximæ molis concludi nequeant, censuimus librum hunc Octavum Codicis nostri in plures tribuere partes ordinem secuti, qui & commodior, & opportunior videbitur.

Sed satis Præfatus sum, pluribus enim tuas gravissimas disturbari curas nefas judico, quæ autem illæ sint, & quorsum tendant, patiaris si tuis verbis recitem quibus si bene memini, Superiori mense Te loquentem audivi in magna nostri Gymnasii aula in collegarum tuorum, meorumque plenario Concilio.

Cum primum hujus nostræ Accademiæ regimen suscepi, intellexi quantum mihi oneris imponeretur, ut egregiæ in eam voluntati, quam tot collatis beneficiis SS. D. N. BENEDICTUS XIV. P. M. demonstravit, facerem satis, ac non indignus successor viderer eo Antecessore, quem honoris causa nomino, CLEMENTE CARDINALI ARGENVILLERIO, qui illam integro septennio est moderatus, cuique bonæ Artes, ac disciplinæ quantum debeant, vobis omnibus perspectum, atque exploratum esse non ignorabam.

In hanc igitur curam toto animo incubui, ut quando, pro mearum virium tenuitate, non implerem quæ huic tantæ sufficerent expectationi, mea saltem Administratio, pro æquo, & bono æstimanda, non inutilis judicaretur.

Neque operæ propterea, neque diligentiæ me peperciisse, vos ipsi Testes prope modum estis, quorum in conspectu hæc omnia a me cæpta, & confecta sunt, quæ videtis.

Scholas nimirum Superiores in commodiorem, amplioremque locum translatas conspicitis; amplum superjus, & perornatum Conclave perfectum, in quo Physices experimenta fieri commodissime possunt, &

ejus-

ejusmodi Instrumenta decentissime asservantur, quorum ampla supellex est, inque dies instructior.

Ad Chemiam autem quod attinet, quæ ut aptiori, atque utiliori methodo imposterum tractaretur, summopere studui, elaboratorjum, ut vocant, *vetus*, absolutum, perfectumque videtis, atque aliud itidem, in quo exhalationis experimenta sine ullo administrorum, & spectantium detrimento, aut periculo aguntur.

Si vero de Mineralium collectione, quæ in propatulo iam vobis est, verba facienda sunt, nihil certe tota Etruria, nihil tota hac Pontificia Ditione, ac finitimis Regionibus reperiri hujusmodi rerum potuit, quod huc invectum non sit, cum aliis quamplurimis, quæ ad naturalem hystoriam illustrandam maxime faciunt.

Hortum autem Botanicum, quem, ut in eam, quam cernitis, formam coleretur, ornaretur, augeretur jam à septennio ante elaboraveram, ut multo nunc ornatior, cultiorque esset, curavi diligentjssime, ubi quam plurima herbarum genera aptissimo ordine posita virescunt, a vestinis quoque, à Pelignis, & Marsis conquisita, & quamplurima in Horti Domo insunt comparata vasa vitrea, in quibus omnigena servantur semina, quæ non modo a propinquis, verum etiam a longinquis exteris Nationibus advehuntur, quorum omnium Index locupletissimus iam publicam lucem aspexisset, si licuisset per Collegij pecuniam, quæ plurima hujus anni curriculo in sumptus necessarios expensa est.

His vero omnibus adiungendum est certe illud, quod, meo quidem Judicio, maximum fortasse Rei nostræ Litterariæ incrementum feret, scilicet institutum nuper studiosæ inventuti premium, honoris nempe Laureæ, pro Iurisprudentia, & pro Medicina, quæ dignissimis Adolescentibus quotannis distribuentur, quod nobis enixe optantibus, atque suadentibus, Insigne quoque Theologorum Collegium retro Elapsis diebus pro Sacris studiis decrevisse multopere commendamus. Hæc certe honoris, & virtutis publica, ac perpetua testificatio, quantum ad excitanda iuvenilia ingenia valeat, quantum ad inflammandam Studiorum contentionem, per Vosmetipsos agnoscere iam potestis.

Ea tamen cum percenseo, nihil mihi, nihil duobus mihi in munere adjunctis Sociis, viris Illustrissimis, ausim arrogare, sed cuncta Beneficentissimo Pontifici accepta referantur, necesse est, cuncta egregiis, quæ apud nos Reliquit, exemplis Cardinalis Amplissimus Arcenvillerius, cuncta omnium Nostrorum Illustrissimorum Collegarum menti, ac voluntati, qui nobis ad agendum stimulos addiderunt præclarissimos. Nec levem vobis habemus gratiam, Professores Doctissimi, qui vestris vigi-

Digitized by Google

vigiliis, ac laboribus operam noſtram magis fructuoſam reddidiſtis, quique novis immortalibus Litterarum monumentis Accademiæ famam extollitis, cum hoc ipſo meo tempore (quod fortunæ meæ tribuendum eſt) a veſtrum nonnullis ea edita ſint volumina, quæ apud Exteros fidem facient luculentiſſimam, Romana ſtudia eſſe in priſtinum nitorem, ac dignitatem, veſtris potiſſimum ingeniis reſtituta.

Adminiſtrationis itaque meæ, quæ viginti tantum Menſium ſpatio continetur, Rationibus hoc modo, pro debito in Collegas noſtros obſequio, rite expoſitis, illius nunc inſtante fine, lætiſſime mihi mandatam curam Succeſſori propediem tradam meo, qui ex nobis omnibus deſignari contigerit, quorum unuſquiſque & illam, accademiam nempe, me poterit ſapientius moderari, & in illuſtri jam, & florenti collocatam ſtatu ſervabit diligentiſſime, ac nova fortaſſe bonarum Artium acceſſione, quam Animo jam moliebar, amplificabit.

Ut finem demum dicendi faciam, illud reſtat, cujus rei cauſa huc conveniſtis, ut nimirum in hac Collegii Noſtri, & Veſtrorum omnium frequentia, illos collaudem Adoleſcentes, qui ſtudiorum ſuorum præmium, hanc Lauream merverunt, quod pro eorum virtute facio quam libentiſſime. Digniſſimos certè hoc honore illos cenſeo, eoſque hortor, ut pulcherrimam in ſtudiis contentionem Remittant numquam, maiorem ſemper laudem conſecuturi. &c.

Hactenus tua verba, ſi probe teneo, recitavi, quare ſpes vera nos non fallit Te Rectore, BENEDICTO XIV. Patrono, ARGENVILLURIO DUCE, noſtram Accademiam priſtino decori reſtitutam priſtinis privilegijs condecorandam. Vale ac Tibi boniſque omnibus vive. Dabam idibus Auguſti 1755.

BE-

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI

PRÆFATIO.

QUoniam vero Cl. viri Johannis Morini Commentarium integrum de Sacris Ordinationibus nova Editione donare, & Codici Liturgico intexere decrevi, primum Libri VIII. volumen dedi Latinorum Ordinationibus. Prodeunt ergo in hoc volumine Ritus sacrarum Ordinationum Latinæ Ecclesiæ, quas Johannes Morinus in parte secunda sui Commentarii vulgavit. Quibusdam Ordinibus quasdam subjeci adnotationes plerumque depromtas ex Cl. Francisco Antonio Vezzosi Clerico Regulari Theatino meritissimo & in nostro Gymnasio historiæ Ecclesiasticæ Professore doctissimo in nova elaboratissima operum ven. Card. Thomasii editione, quam is publico bono dedit. Codices Petavianos, quos Morinus laudat, in Bibliotheca Vaticana nobis versare contigit, quemadmodum & Sacramentaria Gregoriana; Rituales, seu Pontificales plures libros manu exaratos in Bibliothecis Barberina, & Vallicellana de Urbe consului; a multis referendis, seu variantibus Lectionibus observandis consulto abstinui, contentus quosdam tantum ordines ex Cl. Edmundo Martenio mutuare, quos in Appendicem seu Supplementum conjeci; quemadmodum & adnexui Ritum Sacrarum Ordinationum ex Pontificali Romano Clementis VIII. & Urbani pariter VIII. auctoritate vulgato excerptum, quo Ecclesiasticæ disciplinæ studiosi modernos etiam ritus edocti, hos cum antiquis conferant, & ita unum eundemque Ecclesiasticæ disciplinæ spiritum in Romana Ecclesia semper obtinere nullo negocio videant. Plures Ritus cum editos a variis Scriptoribus, cum nondum publica donatos luce in hoc volu-

Digitized by Google

lumine recitare omiſi, cum ne juſtam excederet molem, tum quod haudquaquam opportunum cenſui, ſi Deus vires dederit, & otium, atque e Reipublicæ Literariæ bono eſſe judicabimus in ſupplementis Codicis omnes referam.

Sed ut Johannis Morini conſilium in edendis Latinis Ordinationibus notum habeas, placuit hoc loco ipſius Præfationem recitare, ſic autem habet.

PRÆFATIO

In Rituales Latinos Sacrarum Ordinationum, ex antiquis variarum Provinciarum Codicibus exſcriptos, & nunc primum editos; qua Auctoris ſcopus in Ritualium iſtorum inquiſitione, & editione explicatur.

CUm Ordinationum Græcarum tenorem, & formulas meditarer, eaſque cum Latinis vulgatis compararem, diſcrimen inter utraſque maximum deprehendi, potiſſimum in inſtituta comparatione innixus multorum, & celebrium Scholaſticorum axiomatis. Videbam enim ex iis neceſſario conſequi Orientales omnes prorſus Sacerdotio deſtitui; cum nihil eorum, quæ ſubſtantialia credunt Ordinibus magni illi, & famoſi Scholaſtici a Græcis, cæteriſque Orientalibus in Ordinum collatione obſervetur. Hoc tamen abſurdiſſimum, & dictu horrendum mihi videbatur; contrarium inſuper Eccleſiæ Romanæ menti, & ejus quotidianæ praxi, ut ex iis, quæ tota parte prima hujus operis demonſtravimus manifeſtiſſimum eſt. Mihi præterea viſa eſt abſurditas multo major, cum oculis vidi antiquiſſimorum rituum Græcorum cum hodiernis conformitatem; qui non minus a vulgatis latinis diſſentiunt, quam recentiores. Secundum enim iſtorum Doctorum Princi-

Digitized by Google

pia ſequeretur Antiquos Patres, qui Conciliis Generalibus interfuerunt, non minus eſſe Sacerdotio ſpoliandos, quam neoterici Græci, cum eædem ſint utriuſque Ordinationis formulæ. Videbam etiam paucos quoſdam Doctores, ſed recentiores, quibus hoc diſcrimen innotvit, iſtorum Scholaſticorum Sententias amplectentes; difficultatem hanc conciliare equidem, ſed ita ut in multis aqua, ut dicitur, illis hæreret. Alios non longe plures, recentiores quoque, rationem inire, qua res tam diſpares ad concordiam non difficulter adducunt; ſed rationem illam novam eſſe, & inventam videri, magis, ut avertatur difficultas, quam, ut diſſolvatur, velut apud Tragicos Poëtas dii ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανέντες cum argumenti exitum explicare non poſſunt.

Quum hæc animo verſarem, tandem judicavi confugiendum eſſe ad antiquiſſimos Latinorum Rituales, mihi perſuadens vix fieri poſſe, vel potius fieri non poſſe, ut in rebus ſubſtantialibus ab antiquis Græcis differrent. Speravi quoque hac arte me in fontes diſcriminis, quod maximum putatur, & revera tale eſt, ſi Scholaſticorum ſyllogiſmis ſtatur, digitum intendere poſſe. Nec in utroque me fefellit opinio. Antiquiſſimi enim Rituales Latini Græcis antiquis ſunt ſimillimi: Nihil eſt in illis, quod ſubſtantiale cenſeri poſſit, quod in his ſimiliter non reperiatur, ita ut argumentorum, quibus ſcholaſtice Ordinationes Græcæ impugnantur, nullum veſtigium, nulla umbra in antiquiſſimis Latinorum Ritualibus appareat. Hodierni quoque diſcriminis fons, & ſcaturigo eadem opera recluditur. Hoc enim factum eſt, eo quod Pontifices Romani poſteriores, atque etiam Græci, nonnullas ceremonias antiquis ritibus addiderunt, ut ordinis ritum magnificentiorem, auguſtiorem, & commendatiorem redderent, quas poſtmodum Scholaſtici nonnulli in vulgatis Pontifi-

Digitized by Google

tificalibus deprehendentes, & more ſuo materias, & formas Ordinationum indagantes, ſuperadditas illas ceremonias Apoſtolis coævas judicarunt, & vere Apoſtolicis in ſcriptura a Spiritu Sancto laudatis prætulerunt. Hæc animadverſio non conjecturis, ſed certiſſimis argumentis, & experientia demonſtratur. Tota enim a Scholaſtice petita argumentatio, non veritate, ſed imaginario fundamento nititur, unde nonnumquam factum eſt, ut in ejuſmodi rebus neque cælum, neque terram, ut dicitur, attigerint. Si Codices antiquos Latinos cum Græcis antiquis, & utroſque cum recentioribus Latinis, & Græcis: Si hos omnes iterum cum Latinorum, & Græcorum Patrum, & Canonum dictis comparemus, evidentiſſime deprehendemus antiquos Latinos eodem modo ordines contuliſſe, quo antiqui Græci; utroſque præterea eodem modo nunc quo majores ſui: Ritualeſque recentiores Latinos, & Græcos, non tantum cum antiquis conſentire, verum etiam cum Patrum, & Canonum dictis, & ſententiis. Nihil eſt enim in antiquis vel leviſſimi momenti, quod recentiores tam Latini, quam Græci non contineant. Sed multa ſunt in recentioribus prudenter & religioſe ſuperaddita, quæ licet ad rei ſubſtantiam nullo modo ſpectent, imprudenter tamen, præteritis, & contemptis ſubſtantialibus, a nonnullis, & magni nominis Scholaſticis, ut ſola neceſſaria in ratiociniis ſuis habita ſunt, & deprædicata.

Hæc nunc monuiſſe ſufficiat; pluribus enim iſta erunt nobis explicanda in diſputationibus, quas his Ritualibus ſubjungemus: Erunt enim Rituales iſti libelli, quibus mirifice conſonant omnia Patrum Canonumque dicta, diſputationum noſtrarum certiſſimum, & indubitatum fundamentum. Rituales autem ſive Pontificales ejuſmodi libellos Latinos nacti ſumus permultos, & variorum ſeculorum; quoſdam etiam ſum-

Digitized by Google

ma antiquitate admodum venerandos. Istorum Ritualium comparatione, quæ sunt Apostolicæ traditionis facile distinguuntur ab adscitis postea: Adscitorum quoque varia secula non difficile dignoscuntur. Duos jam editos propter summam antiquitatem, & quia breves sunt, huc transtulimus, ut ex opere nostro, veluti ex fœcundo penu, depromat lector quæcumque ad hanc materiam pertinere possunt. Ab omnium antiquissimo visum est nobis initium ducere, licet solum Ordinum Sacrorum materiam nobis repræsentet; formas autem nomine tantum benedictionis indicet. Preces enim, quibus concipiebantur, vulgatissimæ erant, nec ulla tum erat in ea Provincia de precibus ejusmodi controversia, sicut in materia, quam ideo definiunt, ut sit omnibus Episcopis unus idemque Ordinandi Ritus. Ritualis ille liber, vel qui Ritualis vicem tenere potest, desumitur ex Concilio Carthaginensi IV, quem tanti Rituales subsequentes fecerunt, ut omnes illum citent, & ab ejus Canonibus ne latum quidem unguem discedant. Interrogationes præterea continet Presbytero in Episcopum ordinando faciendas, ejusque fidei professionem. Cætera omittuntur, ut in formulis Ordinationum communibus contenta, & Canonum brevitati parum commoda, qui vel nova tantum statuunt, vel antiqua corrigunt, vel dubia explicant, & definiunt.

Ritualium nostrorum textum non semper integrum repræsentamus, ut opus nostrum minore pomœrio definiamus, neve sæpius idem repetendo Lectori fastidium creemus. Ideo passim initia Orationum, Præfationum, Admonitionum, aliorumque sermonum exscripsisse contenti, Lectorem ad Rituales præcedentes remittimus, in quibus ea, quæ ibi omittimus, integre describuntur: Remissio illa fit potissimum ad ordinem antiquum Romanum, quem sæpe præ oculis habebamus, cum Ri-

Digitized by Google

Ritualium istorum descriptioni vacaremus. Denique liber ille sepissime editus est, omniumque manibus teritur: quapropter cætera ejusdem generis quisque cum eo facile comparare poterit. Quamquam nec hoc sit necesse; cum prope omnia, quæ prætermittimus, in Ritualibus præcedentibus hic insertis verbum e verbo exprimantur.

Hactenus Morinus, cui plura addere hoc loco peropportunum haud censemus, lemmatum ergo, & monumentorum, elenchum eorum, quæ in hoc volumine continentur, accipe Lector benevole, & nostra qualicumque cænula contentus, Deum O. M. supplex precare, ut vires, atque subsidia congrua suggerat ad Codicem integrum vulgandum, siquidem in majorem ipsius gloriam sit cessurus, eo enim omnis nostra dirigitur intentio. Vale.

SERIES EORUM

Quæ in hoc volumine continentur.

Sacrarum Ordinationum Ritus ex Concilio Carthaginensi quarto depromptus. Pag. 1

Sacrarum Ordinationum Ritus ex antiquissimo, & venerando undecim Seculorum codice decerptus. 4

Sacrarum Ordinationum Ritus ex Codice Nongentorum annorum ætate superante decerptus. 19

Sacrarum Ordinationum Ritus ex antiquissimo Corbejensi Codice octingentorum annorum ætatem longe superante decerptus. 30

Ordo qualiter in Romana Ecclesia Diaconi, & Presbyteri ordinandi sunt, Mensis primi, quarti, septimi, & decimi Sabbatorum die in duodecim lectionibus ad S. Petrum, ubi Missæ celebrantur. 34

Sa-

Digitized by Google

Sacrarum Ordinationum Ritus ex antiquissimo Bibliothecæ Vaticanæ Codice decerptus. 41
Sacrarum Ordinationum Ritus ex antiquissimo Corbejensis Monasterii Codice descriptus. 48
Ordo qualiter in Romana Ecclesia Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi ordinandi sunt. 57
Sacrarum Ordinationum Ritus ex antiquissimo Rotomagensis Ecclesiæ annorum saltem octingentorum Codice Anglicano decerptus. 59
Sacrarum Ordinationum Ritus ex antiquissimo Remensis Ecclesiæ annorum octingentorum Codice descriptus. 77
Ordo, qualiter in Ecclesia Romana Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri ordinandi sunt. 80
Sacrarum Ordinationum Ritus ex antiquissimo Senonensi Codice decerptus. 85
Ordo, qualiter in Romana Ecclesia Presbyteri, Diaconi ordinandi sunt. 88
Sacrarum Ordinationum Ritus ex Manuscripto annorum prope septingentorum Codice decerptus. 94
Electio quomodo a Clero, & a Populo eligitur Episcopus in propria Sede cum consensu Regis, Archipræsulisque, omniumque de Populo. 110
Sacrarum Ordinationum Ritus ex antiquo octingentorum annorum Codice Thuano decerptus. 119
Ordo, qualiter in Romana Sedis Apostolicæ Ecclesia, Presbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi ordinandi sunt. 123
Sacrarum Ordinationum Ritus ex Codice annorum septingentorum ætatem superante decerptus. 130
Ordo, qualiter in Romana Ecclesia Diaconi, Presbyteri eligendi sunt, Mense primo, quarto, septimo & decimo. 139
Ritus antiquus electionis, examinis & Ordinationis Episcopalis. 160

Digitized by Google

Sacrarum Ordinationum Ritus ex duobus Codicibus Bellovacensibus, quorum unus est sexcentorum, & quinquaginta annorum, alter paulo posterior, decerptus. 164

Sacrarum Ordinationum Ritus, ex Codice annorum circiter quingentorum exscriptus. 169

Excerpta quædam e duobus Codicibus, ante annos quinquaginta supra quadringentos scriptis, quæ ad sacras Ordinationes spectant. 185

Ordo, qualiter in Romana Ecclesia Subdiaconi, vel Diaconi, & Presbyteri ordinandi sunt. 188

Electa quædam Miscellanea sacras Ordinationes spectantia, de variis Pontificalibus, sive Sanctorum Officiorum Ordinibus ab hinc annos quadringentos scriptis decerpta. 194

Auxilius de Ordinationibus a Formoso Papa factis. 207

Ejusdem auxilii de eadem quæstione tractatus, qui Infensor, & Defensor dicitur. Præfatiuncula ad modum Interrogationis, & Responsionis. 230

Appendix. Ordo Primus. Ex ms. Pontificali Insignis Ecclesiæ Apamiensis in Syria, quem vulgavit Martenius lib. 1. cap. 8. art. XI. 277

Ordo qualiter in Romana Ecclesia Diaconi, Presbyteri eligendi sunt. 280

Ordo Secundus. Ex ms. Pontificali insignis Ecclesiæ Moguntinæ, annorum circiter 400. quod extat in Bibliotheca Regia n. 3870. hunc vulgavit Martenius laudatus Ord. XVI. 297

Ordo Tertius. Ex ms. Pontificali Romano Bibliothecæ Colbertinæ n. 4160. Apud Martenium in ordine est XVII. 320

Ordo Quartus. Ex Pontificali Romano Clementis VIII. primum nunc denuo Urbani VIII. auctoritate recognito. 331

AD-

Digitized by Google

Poterit imprimi, si iis ita videbitur ad quos pertinet.

Nicolaus Maria de Vecchis Rector deputatus.

BRevi sane absolvimus examen hujus *Primæ partis libri octavi de Ordine*, cum in ea Cl. Auctor Josephus Aloysius Assemanus in nostro Archigymnasio Sapientiæ Linguarum Orientalium, & Ecclesiasticarum de Christianorum Sacris Institutionum Professor recudi curet celeberrimi *Joannis Morini Sacras Ordinationes*. Suam tamen ipse meretur laudem, cum illas *emendare tentabimus, quæ correctione digna videbuntur, omissa supplere, atque defectus implere conabimur, itaut eruditi Morini Commentarium integrum habeant, & perfectum, variisque monumentis adauctum, & ditatum*. Sunt Auctoris verba, quæ plene adimplevit minime aberrando a principiis Catholicæ Fidei, & Christianorum morum. Quare, si permiserit Rmus P. F. Augustinus Orsi S. P. A. Magister, hæc ipsa *Prima Pars* in publicam lucem proferri potest, & debet propter Literatorum utilitatem. Ita censeo ex Cœnobio S. Eusebii de Urbe die 14. Augusti 1755.

Ego P. Fridericus de Judice Abbas Cœlestinorum, ac Sacrorum Dogmatum Publicus Professor.

Ego P. Antonius Franciscus Vezzosi Præpositus C. R. & Historiæ Ecclesiasticæ in Archigymnasio Romano Prof. publ.

Ego Silverius Orbini in eodem Archigymnasio J. V. Prof. Pub.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Pal. Apostol.

F. M. de Rubeis Patriarcha Const. Vicesg.

IMPRIMATUR,

Fr. Vincentius Elena Ordinis Præd. Reverendiss. Patris Mag. Sacri Pal. Apost. Soc.

CO-

Digitized by Google

SACRÆ ERUDITIONIS AMATORIBUS

HÆREDES BARBIELLINI.

JOHANNIS MORINI Viri Cl. *Commentarius* aureus *de Sacris Ordinationibus* cum rarus evasisset, quoniam preciosus, e Rei Literariæ Publicæ bono fore censuimus, si tanti viri præclarissimum opus nova editione donaretur, atque pulvere, quo aurum quodvis obduci consuevit, excusso, splendidius illud adpareret, & defectus, quos in ipso Eruditi homines observarunt, supplerentur. Arduam provinciam in se suscepit Cl. *Joseph Aloysius Assemanus*, qui & *Codici* suo *Liturgico* celeberrimum opus intexere constituit, & Notis illustrare, atque insigni Monumentorum accessione ditare. Cum enim Syrorum, & Ægyptiorum Ordinationes mancas, ac mutilas deprehendisset, Armenas autem penitus desiderari; His in nova editione locum dedit, & reliquas integras ex Codicibus MSs. vulgavit, atque nova versione donatas digessit recensuit. Latinas Ordinationes adauxit, varioque ordines à Morino prætermissos vulgavit. Græcis Ordinatio-

Digitized by Google

tionibus Constitutiones variorum Pontificum, maxime BENEDICTI XIV. feliciter Regnantis, præmisit. Exercitationes Morinianas Notis, ac Præfationibus illustravit, atque hæc omnia ita perficere curavit, ut & Morinum integrum habeant omnes, & Codicis Liturgicis Ecclesiæ Universæ editionem non interrumperet; & qui subscripserunt contractui societatis inito ab anno 1749. cum *Nicolao Brondio* Bibliopola, cui nos suffecti sumus, insertum illum haberent, & ii, qui contractui hujusmodi m. non subscripserunt, sejunctum, atque seorsim à Codice Liturgico, ipsum sibi compararent. Prodit itaque Tomus primus Commentarii præfati complectens *Latinas Ordinationes*, qui Codicis Liturgici est Tomus octavus. Sub prælo vero sunt Syrorum Ordinationes. Editionem & Morini, & Codicis Liturgici brevi absolvere decrevimus, si Deo bene favente operam nostram utilem Reipublicæ Literariæ gratamque perspexerimus. Verum erit igitur Sacræ Eruditionis Amatores, ut conatus nostros juvetis symbolam conferentes, quo sumtus gravissimos pro Editione necessarios subeamus, &c. Romæ in foro Pasquini ad signum S. Pii Quinti Kal. Septembris 1755.

CODEX

Digitized by Google

CODEX LITURGICUS
ECCLESIÆ UNIVERSÆ
LIBER VIII.
DE SACRIS ORDINATIONIBUS
PARS PRIMA.
SACRÆ LATINORUM ORDINATIONES.

SACRARUM ORDINATIONUM

Ritus ex Concilio Carthaginensi quarto depromptus.

QUI Episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper suis negotiis cavens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in Scripturarum sensibus cautus, si in Dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus; & ante omnia, si Fidei documenta verbis simplicibus asserat, idest, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum unum Deum esse confirmans, totamque Trinitatis Deitatem coessentialem, & consubstantialem, & coæternalem, & coomnipotentem prædicans: si singularem quamque in Trinitate personam plenum Deum, & totas tres personas unum Deum. Si incarnationem divinam non in Patre, neque in Spiritu Sancto factam, sed in

Digitized by Google

filio tantum credat, ut qui erat in divinitate Dei Patris filius, ipse fieret in homine hominis matris filius: Deus verus ex Patre, homo verus ex Matre, carnem ex Matris visceribus habens, & animam humanam rationalem; simul in eo ambæ naturæ, ideſt, Deus, & homo, una perſona, unus Filius, unus Chriſtus, unus Dominus, Creator omnium, quæ ſunt, & autor, & Dominus, & rector cum Patre, & Spiritu Sancto, omnium creaturarum. Qui paſſus ſit vera carnis paſſione; mortuus vera corporis ſui morte, reſurrexit vera carnis ſuæ reſurrectione, & vera animæ reſumptione, in qua veniet judicare vivos, & mortuos. Quærendum etiam ab eo, ſi novi, & veteris Teſtamenti, ideſt, Legis, & Prophetarum, & Apoſtolorum unum, eumdemque credat autorem, & Deum. Si Diabolus non per conditionem, ſed per arbitrium ſit malus. Quærendum etiam ab eo ſi credat hujus, quam geſtamus, & non alterius carnis reſurrectionem. Si credat judicium futurum, & recepturos ſingulos pro his, quæ in carne geſſerunt, vel pœnas, vel gloriam. Si nuptias non improbat; ſi ſecunda matrimonia non damnet, ſi carnium perceptionem non culpet; ſi Pœnitentibus reconciliatis communicet, ſi in baptiſmo omnia peccata, ideſt, tam illud originale contractum, quam illa, quæ voluntarie admiſſa ſunt, dimittantur. Si extra Eccleſiam Catholicam nullus ſalvetur.

Cum in his omnibus examinatus, inventus fuerit plene inſtructus, tunc cum conſenſu Clericorum, & Laicorum, & conventu totius Provinciæ Epiſcoporum, maximeque Metropolitani vel authoritate, vel præſentia ordinetur Epiſcopus. Suſcepto in nomine Chriſti Epiſcopatu, non ſuæ delectationi, nec ſuis moribus, ſed his Patrum definitionibus acquieſcat. In cujus ordinatione etiam ætas requiritur, quam Sancti Patres in præeligendis Epiſcopis conſtituerunt. Dehinc diſponitur qualiter Eccleſiaſtica officia ordinantur.

Epiſcopus cum ordinatur, duo Epiſcopi ponant, & teneant

Digitized by Google

neant Evangeliorum codicem supra caput, & cervicem ejus, & uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui ad sunt, manibus suis caput ejus tangant.

Presbyter cum ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput ejus tenente, etiam omnes Presbyteri, qui præsentes sunt, manus suas juxta manum Episcopi super caput illius teneant.

Diaconus cum ordinatur, solus Episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat, quia non ad Sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, Patenam de Episcopi manu accipiat vacuam, & Calicem vacuum. De manu vero Archidiaconi urceolum cum aqua, & mantile, & manutergium.

Acolythus, quum ordinatur, ab Episcopo quidem doceatur qualiter in officio suo agere debeat. Sed ab Archidiacono accipiat Ceroferarium cum cereo, ut sciat se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari. Accipiat & urceolum vacuum ad suggerendum vinum in Eucharistiam Sanguinis Christi.

Exorcista cum ordinatur accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi Episcopo, Accipe, & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super Energumenum, sive baptizatum, sive Catechumenum.

Lector cum ordinatur, faciat de illo verbum Episcopus ad plebem, indicans ejus fidem, ac vitam, atque ingenium. Posthæc spectante plebe, tradat ei codicem, de quo lecturus est, dicens ad eum. Accipe, & esto Lector verbi Dei, habiturus, si fideliter, & utiliter impleveris officium, partem cum eis, qui verbum Dei ministraverint.

Ostiarius cum ordinatur, post quam ab Archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conversari, ad suggestionem Archidiaconi tradat ei Episcopus claves Ecclesiæ

de altario, dicens: sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clavibus recluduntur.

Psalmista, ideſt, Cantor, poteſt abſque ſcientia Epiſcopi, ſola juſſione Presbyteri, officium ſuſcipere cantandi, dicente ſibi Presbytero: Vide, ut quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus probes.

Sanctimonialis Virgo, cum ad conſecrationem ſuo Epiſcopo offertur, in talibus veſtibus applicatur, qualibus ſemper uſura eſt, profeſſioni, & Sanctimoniæ aptis.

SACRARUM ORDINATIONUM

Ritus ex antiquiſſimo, & venerando undecim Seculorum codice decerptus.

IN Bibliotheca viri ampliſſimi D. Petavii Senatoris Parlamenti Pariſienſis integerrimi codex eſt omnium codicum Ritualium, quos nobis videre contigit, antiquiſſimus: Accurate admodum ſcriptus, literis uncialibus majoribus, bene quadratis, & ſplendide efformatis. In gratiam Eccleſiæ Pictavienſis videtur olim deſcriptus: Nullius enim Sancti præter Hilarii Miſſam ſpecialiter continet, ipſius nomine in orationibus, in Præfatione, & infra actionem, expreſſo; cæteræ communes ſunt. In Memento quoque poſt Coſmam, & Damianum Hilarii fit memoria, & Martini: Codicem illum Gallicum fuiſſe dubitari non poteſt, cum in Miſſa pro Regibus Francorum, & in variis orationibus imperium Romanum nunquam commemoretur, ſed perpetuo Deus in eo pro Regni Francici proſperitate exoretur. Itaque mihi videtur, Codex ille poſt annum 5..., ſed ante annum 560. in Gallia ſcriptus Galliſque nondum in unum populum cum Francis coaleſcentibus. Ter enim pro Regno Francorum nominis, *preces fiunt: alias* pro Francorum principatu, *alias*, pro Principibus Francorum, *& ſemel*, pro ſalute, & in-

Digitized by Google

& incolumitate Regni Francorum. *Codex ille vetuſtate, & characteris magnificentia adeo venerandus, e Gallia migravit Stokolmium Suecorum Regiam, a Chriſtina incomparabili Suecorum Principe, cum innumeris aliis auro redemptus. Magna illa Regina Vernante juventutis flore mortalium genus exemplo ſuo docuit, glorioſius eſſe Regnum faſtidire, quam poſſidere. Non placuit illi hoc maximi Regis decretum*: Nunquam imperium vivus amittam, idemque erit Regni mei, qui & Spiritus finis: *Nemo tamen hactenus regno ſe lubens abdicavit, cui eventus omnes ex ſententia proceſſerint, quemque facti tandem, non pœnituerit. Conſilia enim hominum magis moderatur fortuna, quam humana ſapientia. Imo recte Poeta.* Neſcia mens hominum fati, ſortiſque futuræ. *An caſuum, quibus humana rotantur, gnara, omnibus caverit, poſteri narrabunt. Incipit antiquiſſimus ille, & pulcherrimus Codex a Sacris Clericorum Ordinationibus, ſed initio aliquid deeſt. Dictio iſta ſupereſt,* recluduntur, *ex præcedentibus periodis deperditis. Poſtea ſequitur totius Ordinationis ritus integer in hunc modum. Admonitus eſto, Lector, nos multa verba, atque etiam phraſes, quæ non abs re judicari poſſent Scribarum errata, & allucinationes non correxiſſe, Exemplaris vetuſtate, & γαλλιγραφια cohibitos. Deinde earum repetitio ſuaſit, nobis id factum eſſe, non ſcribæ incogitantia, aut paragrammate, ſed ex vulgato idiomate Gallico, quod tunc Latinum erat, necdum, quod poſtea contigit, univerſum Germanicorum populorum barbarie fœdatum.*

INCIPIT DE SACRIS ORDINIBUS.

Oſtiarius cum ordinatur, poſtquam ab Archidiacono inſtructus fuerit qualiter in domo Dei debeat converſari, ad ſuggeſtionem Archidiaconi tradat ei Epiſcopus claves Eccleſiæ de altari dicens: Sic age quaſi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ iſtis clavibus recluduntur (1).

ACO-

(1) *Hæc deſiderantur apud Morinum, ſed extant apud V. Card. Thomaſ.*

Digitized by Google

ACOLITUS cum ordinatur, ab Archidiacooo quidem doceatur qualiter officio suo agere debeat: sed ab ipso Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo; ut sciat se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari: accipiat & orciolum vacuum ad suggerendum vinum Eucharistia Corporis Christi.

Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum in quo scripti sunt Exorcismi, dicente sibi Episcopo: Accipe & commenda: & habeto potestatem imponendi manus super energumenum sive baptizatum, sive catechumenum,

Diaconus cum ordinatur, solus Episcopus ei benedicat, manum super caput illius ponat. Per &c.

Presbyter, cum ordinatur, Episcopus ei benedicat, manum suam super caput ejus teneat: etiam omnes Presbyteri qui præsentes sunt, manus suas juxta manum Episcopi super caput illius teneant.

Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi manus eorum super caput ejus ponant; & teneant Evangeliorum codicem supra cervicem ejus: & uno super eum infundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi qui adsunt, manibus suis super caput ejus teneant.

Benedictio Ustiarii. (1).

DEum Patrem omnipotentem suppliciter deprecemur: ut hunc famulum suum benedicere dignetur; quem in officii Ustiarii eligere dignatus est: ut sit ei fidelissima cura in die-

(1) Eædem orationes in Ordine Romano pro his, & sequentibus Ordinibus usque ad Episcopatum. Eædem illam orationes habentur in pervetusto Missali Bibliothecæ Regiæ num. 386. ad cujus oram hoc loco ita legitur. *Helias Scotigena sic faciebat: & Episcopus Ugo Secundum ordinem Romanum.* Hi Episcopi erant Ecolismenses: Helias quidem tempore Caroli Calvi; Hugo vero medio sæculo decimo. Itaque hic ritus est Gallicanus, non Romanus. Mabill. *Contrarium potius crediderim esse ex prædictis concludendum: ritus enim iste Sacrarum ordinationum Romanus*

Digitized by Google

diebus ac noctibus ad distinctionem horarum certarim (l. certarum), ac invocandum nomen Domini. Per &c.

Alia.

Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, benedicere digneris famulum tuum hunc Ustiarium: ut inter lanitores Ecclesiæ paret obsequia; & inter partem tuam mereatur habere mercedem. Per &c.

Benedictio Acolyti.

DOmine Sancte, Pater omnipotens ætene Deus, qui Moysen & Aaron locutus es, ut accenderetur lucerna in tabernaculo testimonii: sic benedicere & sanctificare digneris hunc famulum tuum, ut sit Acolytus in Ecclesia tua. Per &c.

Præfatio Lectoris.

ELigunt te fratres tui: ut sis Lector in domo Dei tui: & agnoscas officium tuum, ut impleas illud: potens est enim Deus, ut augeat tibi gratiam. Per &c.

Benedictio Lectoris.

Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, benedicere digneris famulum tuum hunc *nom. illum* in officium Lectoris: ut assiduitate lectionum distinctus atque ordinatus curis modolis, spiritali devotione lingua resonet Ecclesiæ.

PRÆ-

nus videtur, non Gallicanus, si præsertim illum conferas cum Gelasiano, quod & ipse Mabillonius agnoverat, quum Liturgiæ Gallicanæ lib. 3. num. 7. scripsit de, hoc Missali Francorum: sed nec diffitendum quædam esse (*in hoc scilicet Missali*) ad modum Ordinum Gelasiani, & Gregoriani. ORDINATIONUM quippe RITUS, ET PRECATIONES eædem reperiuntur in ordine Romano. *Typographum forsan illius sententiæ ordinem adulterasse dicendum.* Ita cl. Vezzosi.

Digitized by Google

Præfatio Exorciſtæ.

DEum Patrem omnipotentem ſupplices deprecamur; ut hunc famulum ſuum *nom. ill.* benedicere dignetur in officio Exorciſtæ, ut ſit ſpiritalis Imperator ad abjiciendos dæmones de corporibus obſeſſis cum omni nequitia eorum multiformi. Per &c.

Benedictio Exorciſtæ.

Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, benedicere digneris famulum tuum hunc *nom. ill.* in officio Exorciſtæ: ut per impoſitionis manuum & oris officium, eum eligere digneris: & imperium habeat ſpirituum immundorum coercendorum: & probabilis ſit medicus Eccleſiæ tuæ, gratiæ curationum virtute confirmatus.

ALLOCUTIO.
Ad Subdiaconum Ordinandum.

Exhibeatur in conſpectu Epiſcopi patena (1) *& calix vacuus & dicat ei Epiſcopus:*

VIde cujus miniſterium tibi traditur. Et ideo ſi uſque nunc fuiſti tardus ad Eccleſiam, ammodo debes eſſe aſſiduus. Si uſque nunc ebrioſus, amodo ſobrius. Si uſque nunc inhoneſtus, amodo caſtus. Oblationes, quæ veniunt in Altario, panes propoſitionis appellantur. De ipſis oblationibus tantum debet in Altario poni, quantum populo poſſit ſufficere; ne aliquid putridum in Sacrario maneat. Pallæ vero quæ ſunt in ſubſtraturio (2) in alio vaſe debent lavi; in alio corporales pallæ. Ubi pallæ corporales lavatæ fuerint, nullum lenteamen ibidem aliud debet lavi: ipſa aqua in Beptiſterio debet ver-

(1) Huc ſpectat can. 6. Tolet. VIII.

(2) Ideſt, quibus ſternitur altaris planities: *corporales*, quæ Corpus Chriſti proxime tangunt. *Mabill. Vide Du-Cangium ad vocem* Subſtratorium.

Digitized by Google

vergi. Ideo te admoneo: tu ita te exhibe: ut Deo placere possis. *Et trades ei calicem & patenam.*

Præfatio Ordinationis Subdiaconi.

Oremus Deum & Dominum nostrum: ut super servum suum *nom.ill.* quem ad Subdiaconatus officium evocare dignatus est, infundat benedictionem & gratiam suam: ut in conspectu suo fideliter serviens, destinata Sanctis præmia consequatur. Per Dominum.

Benedictio Subdiaconi.

Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, benedicere digneris famulum tuum hunc *nom.ill.* quem ad Subdiaconatus officium eligere dignatus es: uti eum Sacrarium tuum sancto strenuum sollicitumque cælesti militiæ instituas; & sanctis Altaribus fideliter subministret: & requiescat super eum Spiritus sapientiæ & intellectus, Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus scientiæ & pietatis. Repleas eum Spiritu timoris tui: ut eum in ministerio divino confirmes: ut obediens atque dicto parens, tuam gratiam consequatur. Per Dominum.

ALLOCUTIO AD POPULUM.
In Ordinatione Diaconi.

Dilectissimi fratres, quamlibet possint ad ordinationem Ecclesiastici ministerii promovendam, sibi ipsa sufficere privilegia Sacerdotum: attamen quia probabilior & nostra apud Dominum conversatio est; & eorum quorum honor augetur, major est gratia; si id quod arbitria nostra eligunt, etiam vestræ confirmet dilectionis adsensus. Idcirco filio nostro *illo* cupio ad officium Diaconatus in consortium nostrum divinitatis auxilium promovere. An eum dignum hoc officio censeatis, scire desidero: & si vestram apud meam concor-

Digitized by Google

dat electio ; teſtimonium quod vultis, vocibus adprobate; Per Dominum.

Oratio ad Diacon. ordinand.

Oremus, dilectiſſimi, Deum Patrem omnipotentem, ut ſuper hunc famulum ſuum, quem ad officium Diaconatus vocare dignatur, benedictionem gratiæ clementer effundat; & conſecrationis adulta propitius dona conſervet: ut preces noſtras clementer exaudiat; & quæ noſtro ſunt geranda ſervitio, ſuo benigno proſequatur auxilio: & quem ſacris Miniſteriis exequendis pro noſtra intelligentia credimus offerendum, ſua potius electione juſtificet. Per Dominum.

Conteſtatio.

Adeſto, quæſumus, omnipotens Deus, honorum dator, ordinum diſtributor, officiorumque diſpoſitor: qui in te manens, innovas omnia, & cuncta diſponis per Verbum Virtutem Sapientiamque tuam Jeſum Chriſtum Filium tuum Dominum noſtrum, ſempiterna providentia præparas, & in ſingulis quibuſque temporibus aptanda diſpenſas. Cujus corpus Eccleſiam tuam cæleſtium gratiarum varietate diſtinctam, ſuorumque connexa diſcretione membrorum, per legem totius mirabilem compagis unitam, in augmentum templi tui creſcere dilatarique largiris: ſacri muneris ſervientem trinis Gradibus Miniſtrorum nomini tuo militare conſtituens: electis ab initioLevi filiis, qui myſticis operationibus domus tuæ fidelibus excubiis permanentes, hæreditatem benedictionis æternæ ſorte perpetua poſſiderent. Super hunc famulum tuum, quæſumus, Domine, placatus intende: quem tuis ſacris ſerviturum, in officium Diaconi ſuppliciter dedicamus. Et nos quidem tanquam homines divini ſenſus & ſummæ rationis ſignare, hujus vitam, quantum poſſumus, æſtimamus. Te autem, Domine, quæ nobis ſunt ignota, non tranſeunt: te occulta non fallunt. Tu cognitor pectorum, tu ſcrutator es animæ-

Digitized by Google

marum. Tu veraciter in eum cæleſte potes adhibere judicium: & velut indignis donare quæ poſcimus. Emitte in eum quæſumus, Domine, Spiritum Sanctum in opus Miniſterii fideliter exequendi: munere ſepteformis tuæ gratiæ roboretur. Abundet in eum totius forma virtutis, auctoritas, modeſtia, pudor, conſtans innocentiæ & ſpiritalis obſervantia diſciplinæ. In moribus ejus præcepta tua fulgeant: ut ſuæ caſtitatis exemplo imitatione ſanctæ plebis adquirat: & bonum conſcientiæ teſtimonium perferens, in Chriſtus firmus & ſtabilis perſeveret: digniſque ſucceſſionibus de inferiore Gradu, per gratiam tuam potiora capere mereamur. Per Dominum noſtrum.

Exaudi, Domine, ſupplicum preces: & devoto tibi pectore famulantes perpetua defenſione cuſtodi: ut nullis perturbationibus impediti, liberam ſervitutem tuis ſemper exhibeamus officiis. Per Dominum noſtrum.

Ad Conſumman. Diaconat. Officium.

Commune votum communis proſequatur oratio: ut hii totius Eccleſiæ prece, qui in Diaconatus miniſterii præparatur, Levitici benedictionis, & ſpiritali converſatione præfulgens, gratia ſanctificationis eluceat. Per Dominum.

Benedictio ſequitur.

Domine ſancte ſpei, fidei, gratiæ, & profectuum munerator, qui in cæleſtibus & terrenis Angelorum miniſteriis ubique diſpoſitis, per omnia elementa voluntatis tuæ defendes affectum; hunc quoque famulum tuum *illo* ſpeciali dignare inluſtrare aſpectu: ut tuis obſequiis expeditus, ſanctis Altaribus Miniſter purus adcreſcat: & indulgentia purior, eorum Gradu, quos Apoſtoli tui in ſeptinario numero, Beato Stephano duce ac prævio, Sancto Spiritu auctore elegerunt, dignus exiſtat: & virtutibus univerſis, quibus tibi ſervire oportet,

tet, instructus compleat. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

ALLOCUTIO AD POPULUM
In Ordinatione Presbyteri.

QUoniam, dilectissimi fratres, Rectores navem & navigium deferendis eadem est vel securitatis ratio vel timoris: communis eorum debet esse sententia; quorum causa communis existet. Ne frustra a Patribus remineſcimur institutum; ut de electione eorum, qui ad regimen Altaris adhibendi sunt, consoletur & populos: quia de actu & conversatione præsenti, quod nonnunquam ignoratur a pluribus, scitur a paucis: & necesse est, ut facilius quis obedientiam exhibeat ornato; cui adsensum præbuerit ordinando. Fratris nostri & Conpresbyteri conversatio, quantum nosse mihi videor, probata ac Deo placita est; & digna (ut arbitror) Ecclesiastici honoris augmentum: sed ne unum fortasse vel paucos aut decipiat adsensio, aut fallat affectio; sententia est expectanda multorum. Itaque quid de ejus actibus aut moribus noveritis, quid de merito censeatis. Deo teste consolemus. Debet hanc fidem habere caritas vestra; quam secundum præceptum Evangelii, & Deo exhibere debitis & proximo: ut huic testimonium Sacerdoti magis pro merito, quàm pro affectione aliquid tribuatis. Et qui devotione omnium expectamus, intelligere tacentes non possumus. Scimus tamen quod est acceptabilius Deo, aderit per Spiritum Sanctum consensus unus omnium animorum. Et ideo electionem vestram debetis voce publica profiteri. Per Dominum.

Oratio ad Presbyteros ordinandos.

Oremus, dilectissimi, Deum patrem omnipotentem: ut super hunc famulum suum, quem ad Presbyterii munus eligit, cælestia dona multiplicet: & quæ ejus dignatione suscipiunt, ejus exequantur auxilio. Per Dominum.

Item

Digitized by Google

Item alia.

Exaudi nos Deus salutaris noster: & super hunc famulum tuum benedictione Spiritus Sancti, & gratiæ Sacerdotalis effunde virtutem: ut quem tuæ pietatis suspectibus offerimus consecrandum, perpetua muneris tui largitate prosequaris. Per &c.

Consecratio.

Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, honorum omnium dignitatum, quæ tibi militant, distributor, per quem proficiunt universa: per quem cuncta firmantur, amplificatis semper in melius naturale rationalis incrementis, per ordinem congruam rationem dispositum: unde Sacerdotales Gradus, & officia Levitarum Sacramentis mysticis instituta creverunt. Ut cum Pontifices Summos regendis populis præfecisses, ad eorum societatis & operis adjumentum sequentis ordinis viros & Secundæ Dignitatis elegeris. Sic in eremo per LXX. virorum prudentium mentes Moysi spiritum propagasti: quibus ille adjutoribus usus in populo, innumeras multitudines facile gubernavit. Sic & Eleazaro & Ithamar filiis Aaron paternæ plenitudinis abundantiam transfudisti: & ad hostias salutares, & frequentioris officii Sacramenta sufficeret meritum Sacerdotum. Hac providentia, Domine, Apostolis Filii tui Doctores fidei comites addedisti, quibus illi orbem totum Secundis Prædicatoribus impleverunt. Quapropter infirmitati quoque nostræ, Domine, quæsumus, hæc adjumenta largire: qui tanto magis fragiliores sumus, tanto his pluriùs indigemus. Da, quæsumus, omnipotens Pater in hoc famulo tuo *illo* Ptesbyterii dignitatem: innova in visceribus ejus Spiritum Sanctitatis. Acceptum a te, Deus, secundi meriti munus obteneat: censuramque morum exemplo suæ conversationis insinuet. Sit providus cooperator ordinis nostri: eluceat in eum totius forma justitiæ: ut bonam rationem dispensationis sibi creditæ redditurus, æternæ beatitudinis præmia consequatur. Per &c.

Con-

Digitized by Google

Consummatio Presbyterii.

Sit nobis, Fratres, communis oratio: ut hic, qui in adjutorium & utilitatem vestræ salutis eligitur, Presbyteratus benedictionem divini indulgentia muneris consequatur: ut Sancti Spiritus Sacerdotali dona privilegio virtutum, ne impar loco deprehendatur, obteneat per suum. Per Dominum.

Item Benedictio.

Sanctificationum omnium Auctor, cujus vera consecratio, plena benedictio est: tu, Domine, super hunc famulum *illo*, quem Presbyterii honore dedicamus, manum tuæ benedictionis eum infunde: ut gravitate actuum, & censura vivendi probet se esse Seniorem, his institutus disciplinis, quas Tito & Timotheo Paulus exposuit: ut in lege tua die ac nocte, omnipotens, meditans, quod elegerit, credat; quod crediderit, doceat; quod docuerit, imitetur: justitiam, constantiam, misericordiam, fortitudinem in se ostendat: exemplum probet; admonitionem confirmet; ut purum atque immaculatum Ministerii tui donum custodiat: & per obsequium plebis tuæ Corpus & Sanguinem Filii tui immaculata benedictione transformet: & inviolabili caritate in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, in die justitiæ æterni judicii, conscientia pura, fide plena, Spirito Sancto plenus persolvat. Per Dominum.

Consecratio manus.

Consecrentur manus istæ & sanctificentur per istam unctionem, & nostram benedictionem: ut quæcunque benedixerint, benedicta sint, & quæcunque sanctificaverint, sanctificentur. Per Dominum.

Item alia.

Unguantur manus istæ de oleo sanctificato & Chrismate sanctificationis. Sicut unxit Samuel David in Regem & Prophetam; ita unguantur & consummentur in nomine Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, facientes imaginem sanctæ

Cru-

Digitized by Google

Crucis Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti: qui nos a morte redemit, & ad regna cælorum perducit. Exaudi nos, pie Pater, omnipotens æterne Deus: & præſta quid te rogamus & oramus. Per &c.

EXHORTATIO AD POPULUM
Cum Epiſcopus ordinatur.

SErvanda eſt, dilectiſſimi Fratres, in exceſſu Sacerdotum, & antiquæ Eccleſiæ, ut decidentibus aliis quidem digniſſime ſubrogentur; per quorum doctrina fides Catholica, & religio Chriſtiana ſubſiſtat: ne ovili Domini prædo violentus inrumpat; & diſperſas abſque Paſtore oves fur nocturnus invadat. Receptu itaque diſpenſatione Dei Sacerdoti veſtro, ſollicite vobis agendum eſt: ut in locum defuncti, talis Succeſſor præparetur Eccleſiæ; cujus pervigili cura, & inſtanti ſollicitudine ordo Eccleſiæ, & credentium fides in Dei timore melius convaleſcat. Qui præcipiente Apoſtolo, in omni doctrina formam boni operis ipſe præbeat: cuique habitus, ſermo, vultus, inceſſus, doctrina virtus ſit: qui vos ut Paſtor bonus fide inſtruat, exemplum patientiæ doceat, doctrinam religionis inſtituat, in omni opere bono confirmet caritatis exemplum. Secundum voluntatem ergo Domini in locum ſanctæ memoriæ *illi nom.* virum venerabilem *Ill.* teſtimonio Preſbyterorum & totius Cleri, & conſilio civium ac conſiſtentium credimus eligendum virum (ut noſtis) natalibus nobilem, moribus clarum, religione probum, fide ſtabilem, miſericordia abundantem, humilem, juſtum, pacificum, patientem, caritatem habentem, tenacem, cunctiſque Sacerdos eligendus ſunt bonis omnibus exuberantem. Hunc ergo, dilectiſſimi Fratres, teſtimonii boni operis electum, digniſſimum Sacerdotium conſonantes laudibus, clamate & dicite: Dignus eſt.

ORA-

Digitized by Google

ORATIONES ET PRECES
De Episcopis ordinandis.

ORemus, dilectissimi nobis; ut his viris ad utilitatem Ecclesiæ providendis benignitas omnipotentis Dei gratiæ suæ tribuat largitatem. Per Dominum.

Exaudi, Domine, supplicum preces: ut quod nostrum gerendum est ministerium, tua potius virtute firmetur. Per Dominum nostrum.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris: & inclinato super hos famulos tuos cornu gratiæ Sacerdotalis, benedictionis tuæ in eos effunde virtute. Per Dominum.

Collectio sequitur.

Deum, totius sanctificationis ac pietatis Auctorem, qui plagationem suam, & sacrificia, & sacra constituit, Fratres dilectissimi, deprecemur, uti hunc famulum suum, quem exaltare in Ecclesia, & Seniorum Cathedra (concordibus sua inspiratione judiciis, & effusis super plebem suam votis fidelibus ac vocum testimoniis) voluit imponi, conlocans eum cum Principibus populi sui: ad eorum nunc precem universam eumdem Summum Sacerdotium debita honoris plenitudine, charismatum gratia, sanctificationum ubertate, ac præcipue humilitatis virtute locupletet: ut Rector potius non extollatur; sed in omnibus se, quantum est major humilians, sit in ipsis quasi unus es illis: omnia judicii Domini nostri non pro se tantum, sed & pro omni populo, qui sollicitudini suæ creditur, contremiscens: ut qui meminerit de Speculatorum manibus omnium animas requirendas, pro omnium salute pervigilet, pastorali erga creditas sibi oves Domini diligentiæ ejus semper se flagrantissimum adprobans. Te delictorum adigitur præfuturus, ex omnibus electus, ex omnibus universis sacris

sa-

Digitized by Google

ſacrandiſque idoneus fiat ſub hac, quæ eſt homini per hominem poſtrema benedictio conſummata atque perfecta ſuæ conſecrationis, noſtræ ſubplicationis adtentiſſime concordiſſimiſque omnium precibus adjuvemur: omnium pro ipſo oratio incumbat; cui exorandi pro omnibus pondus imponitur. Impetret ei affectus totius Eccleſiæ virtutem, pietatem, ſanctificationem, & cæteras Summi Sacerdotii ſacras dotes univerſæ Eccleſiæ profuturas, Domino Deo noſtro (qui ſacrorum munerum profluus fons eſt, qui dat omnibus adfluenter) quod Sacerdoti pio affectu poſcitur ad exundandam in omnibus ſanctificationem ſuorum omnium, promptiſſime ac pleniſſime conferentem. Per Dominum noſtrum Jeſum.

Conſecratio.

Deus honorum omnium, Deus omnium dignitatum, quæ gloriæ tuæ ſacris famulantur ordinibus; Deus, qui Moyſem famulum tuum ſecreti familiaris affectu inter cætera cæleſtis documenta culturæ, de habitu quoque indumenti Sacerdotalis inſtituens, electum Aaron myſticò amictu veſtire inter ſacra juſſiſti: ut intelligentiæ ſenſum de exemplis priorum caperet ſecutura poſteritas; ne eruditio doctrinæ tuæ ulli deeſſet ætati: cum & apud veteres reverentiam ipſam ſignificationum ſpecies obtineret; & apud nos certiora eſſent ex perimenta rerum, quam ænigmata figurarum. Illius namque Sacerdotii anterioris habitus, noſtræ mentis ornatus eſt: & Pontificalis gloria non jam nobis honorem commendat veſtium, ſed ſplendorem animarum. Quia & illa, quæ tunc carnalibus blandiebantur obtutibus, potius quæ ipſis erant intelligenda poſcebant. Et idcirco famulis tuis, quos ad Summi Sacerdotii miniſterium elegiſti, hanc, quæſumus, Domine, gratiam largiaris: ut quicquid illa velamina in fulgore auri, in nitore gemmarum, & multimodi operis varietate ſignabant; hoc in horum moribus actibuſque clareſcat. Comple, Domine, in Sacerdo-

Digitized by Google

tibus tuis myſterii tui ſummam : & ornamentis totius glorificationis inſtructos, cæleſtis unguenti flore ſanctifica. Hoc, Domine, copioſe in eorum caput influat : hoc in oris ſubjecta decurrat : hoc in totius corporis extrema deſcendat : ut tui Spiritus virtus & interiorum ora repleat, & exteriora circumtegat. Abundet in his (eo) conſtantia fidei, puritas dilectionis, ſinceritas pacis. Sint ſpecioſi munere tuo pedes horum ad evangelizandum pacem, ad evangelizandum bona tua. Da eis, Domine, miniſterium reconciliationis in verbo & in factis & in virtute & ſignorum & prodigiorum. Sit ſermo eorum (ejus) & prædicatio non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis. Da eis, Domine, claves regni cælorum : utantur nec glorientur poteſtate, quam tribues in ædificationem non in deſtructionem. Quodcunque ligaverint ſuper terram, ſit ligatum & in cælis; & quodcunque ſolverint ſuper terram, ſit ſolutum & in cælis. Quorum detinuerint peccata, detenta ſunt; & quorum dimiſerint, tu demittas. Qui benedixerit eis, ſit benedictus : & qui maledixerit eis, maledictionibus repleatur. Sint ſervi fideles & prudentes, quos conſtituas tu, Domine, ſuper familiam tuam : ut dent illis cibum in tempore neceſſario : ut exhibeant omnem hominem perfectum. Sint ſollicitudine impegri : ſint ſpiritu ferventes : oderint ſuperbiam : diligant veritatem, nec eam unquam deſerant aut laſſitudine aut timore ſuperati. Non ponant lucem ad tenebras, nec tenebris lucem. Non dicant malum, bonum; nec bonum, malum. Sint ſapientibus & inſipientibus debitores : & fructum de profectu omnium conſequantur. Tribuas eis, Domine, Cathedram Epiſcopalem ad regendam Eccleſiam tuam & plebem univerſam. Sis eis auctoritas : ſis eis poteſtas : ſis ei firmitas. Multiplices ſuper eos benedictionem & gratiam tuam : ut ad exorandam ſemper miſericordiam tuam tuo munere idonei, tua gratia poſſint eſſe devoti. Per Dominum &c.

Super

Digitized by Google

Super oblata.

Suscipe, Domine, munera, quæ tibi offerimus pro famulo tuo *Illo*: & propitius in eodem tua dona custodi.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus pro *Illo* famulo tuo, quem ad Pontificalem gloriam promovere dignatus es, quæsumus Domine, placatus accipias: ut quod divino munere consecutus est, tua in eo protectione firmetur. Per Dominum nostrum.

Adesto, misericors Deus: ut quod actum est nostræ servitutis officio, tua benedictione firmetur. Per &c.

Item alia.

Ecclesiam tuam, Domine, benignus inlumina: ut & gratis tui proficiat ubique successus: & grati fiant nomini tui, te gubernante, Pastores. Per Dominum (1).

SACRARUM ORDINATIONUM RITUS
Ex Codice Nongentorum annorum ætate superante decerptus.

Post hunc Codicem antiquissimus est Sacramentarium quoddam Gelasianum ex eadem Bibliotheca Petaviana depromptum & nobis perhumane commodatum. Antiquissimum istum Sacramentorum librum descripsimus in fine commentarii nostri historici de Administratione Sacramenti Pœnitentiæ (2) *ubi varios manuscriptos libros, quibus in eo opere usi sumus, enarra-*

 mus:

(1) Orationes illæ postremæ titulum *Super oblata* sequentes, sunt orationes Ordinatione facta ad Missam complendam dicendæ. Postea sequitur in antiquissimo illo Codice ritus consecrationis Virginum, in cujus fine datur ei pallium cum his verbis, *Accipe puella pallium, quod perferas sine macula ante Tribunal Domini Nostri Jesu Christi, cui flectitur, omne genu Cœlestium, & Terrestrium & infernorum.* Succedit benedictio, & consecratio vestimentorum viduæ. Deinde Ritus viduæ castitatem profitentis. De Abbate nihil habet Codex: *Hactenus Morinus pagin. 217. Cæterum hos Ritus nos in alio Codicis Libro referemus.*

(2) De eo quædam diximus in Dissertat. de Origin. Liturg. tom. IV. præfixa sectione 6.

Digitized by Google

mus : Ideo plura hic non addemus. In isto Codice post Missam Sabbati ante II. *Dominicam Quadragesimæ sic legitur.*

ORDO,

Qualiter in Romana Sedis Apostolicæ Ecclesia Presbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi eligendi sunt.

Mensis (1) *primi*, IIII. VII. & X. *Sabbatorum die in* XII. *Lectiones ad Sanctum Petrum, ubi Missæ celebrantur. Post quam* (2) *Antiphonam ad Introitum dixerint, data oratione, adnunciat Pontifex in Populo dicens :*

AUxiliante Domino Deo, & Salvatore Nostro JESU CHRISTO.

Iterum dicit :

Auxiliante Domino Deo Salvatore nostro Jesu Christo, Elegimus in ordine Diaconi, *sive* Presbyteri, *illum* Subdiaconum de Titulo *illo*. Si quis autem habet aliquid contra hos viros, pro Deo, & propter Deum cum fiducia exeat, & dicat. Veruntamen memor sit communionis suæ.

Et post modicum intervallum mox incipiunt omnes : Kyrie eleison *cum Lætania. Hac expleta ascendunt ipsi electi ad Sedem Pontificis : & benedicit eos, a quo vocati sunt, & descendunt. Stant in ordines suos, benedictione percepta.* Per Dominum. *Sequitur oratio de Benedict. require ipsam in quarto, aut* X. *Mense.*

AD

(1) *Mensis primi*, hoc est Martii, *quarti*, Junii scilicet, *septimi*, Septembris, *& Decimi*, Decembris nimirum, *Sabbatorum diebus in duodecim Lectiones &c.* Ita locus ille interpretetur ex vetustissimis Ritualibus de sacris Ordinibus, quorum plures occurrunnt apud Martenium de antiquis Ecclesiæ Ritibus lib. I. cap. 8. artic. 9. Ita cl. Vezzosi.

(2) *S. Cælestinus constituit, ut Antiphona ante sacrificium caneretur.* Ita legitur in MS. apud Bollandum VI. Aprilis pag. 544.

Digitized by Google

AD ORDINANDOS PRESBYTEROS.

ORemus, Dilectiſſimi, Deum Patrem omnipotentem: ut ſuper hos famulos ſuos, quos ad Presbyterii munus elegit, cæleſtia dona multiplicet: & quæ ejus dignatione ſuſcipiunt, ejus exequantur auxilio. Per Dominum &c.

Exaudi nos Deus Salutaris noſter, & ſuper hos famulos tuos benedictionem Sancti Spiritus, & gratiæ Sacerdotalis effunde virtutem: Ut quos tuæ pietatis aſpectibus offerimus conſecrandos, perpetuam muneris tui largitatem conſequantur. Per &c.

Conſecratio.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus honorum omnium, dignitatum, quæ tibi militant, diſtributor. Per quem proficiunt univerſa (1), per quem cuncta firmantur amplificatis ſemper in melius naturæ rationalis incrementis per ordinem congrua ratione diſpoſitum. Unde Sacerdotalis gradus, & officia Levitarum Sacramentis myſticis inſtituta creverunt: ut cum Pontifices Summos regendis populis præfeciſſes, ad eorum Societatis, & operis adjumentum, ſequentis ordinis viros, & ſecundæ Dignitatis eligeres. Sic in Eremo per 70. virorum prudentium mentes Moyſe Spiritum propagaſti: quibus ille adjutoribus uſus in populo innumerasmultitudines facile gubernavit. Sic & Heleazaro, & Ithamar filiis Aaron paternæ plenitudinis abundantiam transfudiſti, & ad hoſtias ſalutaris officia Sacramenta ſufficeret meritum Sacerdotum.

Hac

(1) Morinus hæc omittit & nonniſi ſequentia habet = &c. omnia prorſus, ut in Sacramentario S. Gregorii, ſed hæc pluraliter enunciantur. Verum ubi in Sacram. Greg. legitur. *Ut ad Hoſtias Salutares, & frequentioris officii Sacramenta miniſterium ſufficeret Sacerdotum* Mal. in antiquo illo Codice, *& ad Hoſtias ſalutaris officia Sacramenta ſufficeret meritum Sacerdotum*, & pro *probus Cooperator*, legitur *Providi Cooperatores*.

Hac providentia Domine Apoſtolis filii mi Doctores fidei Comites addidiſti: quibus illi orbem totum ſecundis Prædicatoribus impleverunt. Quapropter infirmitati quoque noſtræ Domine quæſumus hæc adjumenta largire qui quanto magis fragiliores ſumus, tanto his plurius indigemus. Da quæſumus omnipotens Pater in hos famulos tuos Presbyterii dignitatem: Innova in viſceribus eorum Spiritum ſanctitatis; acceptum a te Deus ſecundum meriti munus obtineant: cenſuramque morum exemplo ſuæ converſationis inſinuent. Sint providi cooperatores noſtri ordinis: luceat in eis totius forma juſtitiæ; ut bonam rationem diſpenſationis ſibi creditæ reddituri, æternæ beatitudinis præmia conſequantur. Per &c.

Conſummatio Presbyteri.

Sit nobis fratres, communis oratio: ut ii, qui in adjutorium & utilitatem veſtræ ſalutis eliguntur Presbyteratus benedictionem divini indulgentia muneris conſequantur: ut ſancti Spiritus ſacerdotalia dona privilegio virtutum, ne imparis loco deprehendantur, obtineant. Per ſuum &c.

Item Benedictio.

Sanctificationum omnium Auctor, cujus vera conſecratio, cujus plena benedictio eſt: Tu Domine ſuper hos famulos tuos, quos Presbyterii honore dedicamus, manum tuæ benedictionis his infunde: ut gravitate actuum, & cenſura vivendi probent ſe eſſe Seniores, his inſtituti diſciplinis, quas Tito, & Timotheo Paulus expoſuit: ut in lege tua die, ac nocte, Omnipotens, meditantes, quod elegerint, & credant: quod crediderint, doceant, quod docuerint, imitentur: juſtitiam, conſtantiam, miſericordiam fortitudinem in ſe oſtendant, & exemplo probent, admonitione confirment: ut purum atque immaculatum Miniſterii tui donum cuſtodiant, & per obſequium plebis tuæ Corpus, & Sanguinem Filii tui immacula-

ta

Digitized by Google

tà benedictione transforment: & inviolabili charitate in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, in die justitiæ æternæ judicii, constantia pura, fide plena, Spiritu Sancto pleni persolvant. Per &c. (1)

Capitulum, S. Gregorii Papæ.

SIcut qui invitatus renuit, quæsitus refu git sacris est Altaribus removendus: sic qui ultro ambit, vel importunus se ingerit, est procul dubio repellendus: Nam qui nititur ad altiora conscendere, quid agit, nisi ut crescendo decrescat? cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledicto convertitur, qualiter ad hoc, ut fiat hæreticus promovetur?

Ad Ordinandos Diaconos.

ORemus, Dilectissimi Deum Patrem Omnipotentem, ut super hos famulos suos, quos ad officium Diaconatus vocare dignatur, benedictionem gratiæ suæ clementer effundat, & consecrationis adultæ propitius dona conservet.

OREMUS

Sequitur Oratio.

DOmine Deus preces nostras clementer exaudi, ut quæ nostro sunt gerenda servitio, tuo benignus prosequaris auxilio, & quos sacris ministeriis exequendis, pro nostra intelligentia credimus offerendos; tua potius electione justifices.

Con-

(1) Morinus pag. 218. subdit = plura non habet hoc loco de Presbyterorum Ordinatione, sed infra iterum, quæ exhibebimus, cum quæ sequuntur relata fuerint. Succedit Diaconi Ordinatio, cui præponitur Capitulum ex S. Gregorio excerptum, *sicut qui invitatus renuit &c.* quod alia Sacramentaria, & Pontificalia ordinationi Subdiaconi præponere solent = Capitulum integrum nos ex MS. Codice hic vulgamus.

Digitized by Google

Consecratio.

ADesto quæsumus Omnipotens Deus, honorum dator (1); ordinum distributor; officiorumque dispositor. Qui in te manens innovas omnia, & cuncta disponis per verbum virtutem, sapientiamque tuam Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum sempiterna providentia præparas, & singulis quibusque temporalium aptanda dispensas. Cujus corpus Ecclesiam tuam cælestium gratiarum varietate distincta suorumque connexa discretione membrorum, per legem totius mirabilem compagis unitam, in augmentum templi tui crescere dilatarique largiris: Sacri numeris servitutem trinis gradibus Ministrorum nomini tuo militare constituens: electis ab initio Levi filiis, qui mysticis operationibus domus tuæ fidelibus excubiis permanentes hæreditatem benedictionis æternæ sorte perpetua possiderent. Super hos quoque famulos tuos quæsumus Domine placatus intende: quos tuis sacris servituros in officium Diaconii suppliciter dedicamus. Et nos quidem tamquam homines divini sensus, & summæ rationis ignari, horum vitam, quantum possumus, æstimamus. Te autem Domine, quæ a nobis sunt ignota non transeunt: Te nota non fallunt. Tu cognitor pectorum. Tu servator, es animarum. Tu veraciter in eis cæleste potes adhibere judicium, & velut indignis donare, quæ poscimus. Emitte in eos quæsumus Domine Spiritum Sanctum: quo in opus Ministerii fideliter exequendi munere septiformis tuæ gratiæ roborentur. Abundet in eis totius forma virtutis, auctoritas modesta, pudor constans innocentiæ, & spiritalis observantia disciplinæ. In moribus præcepta tua fulgeant, ut suæ castitatis exemplo imitatione sanctæ plebis adquirant: & bonum conscientiæ testimonium præferen-

(1) Morinus ibid. omittit seq. scribens = similia prorsus sunt iis, quæ habentur in Sacramentario S. Gregorii unica Periodus diversimode legitur: Tu es scrutator animarum, tu veraciter in eis cæleste potes adhibere judicium, & velut indignis donare, quæ poscimus. Emitte &c. Ἄμεινον sequitur: *Ad Consummandum Diaconi officia* =

Digitized by Google

rentes, in Christo firmi, & stabiles perseverent: digniſque successibus de inferiore gradu per gratiam tuam potiora capere mereamur. Per &c.

Ad consumand. Diacon: officia.

Commune votum, communis oratio prosequatur: ut hi tot tius Ecclesiæ prece, qui in Diaconatus ministerio præparantur, Leviticæ benedictionis, & spiritali conversatione præfulgentes gratia sanctificationis eluceant. Per &c.

Sequitur benedictio.

Domine Sanctæ Spei, fidei, gratiæ, profectuum munerator, qui in cælestibus, & terrenis Angelorum ministeriis ubique dispositis, per omnia elementa voluntatis tuæ diffundis effectum: hos quoque famulos tuos nostri speciali dignare aspectu; ut tuis obsequiis expediti, sacris Altaribus Ministri puri adcrescant: & indulgentia puriores, eorum gradu, quos Apostoli tui in septenarium numerum Beato Stephano Duce, atque prævio Sancto Spiritu auctore, elegerunt, digni existant: & virtutibus universis, quibus tibi servire oportet, instructi complaceant. Per &c. (1).

(1) Hæc tantum de ordinationibus eo manuscripti loco, sed post ritum dedicationis Ecclesiæ cap. 95. De ordinationibus hæc iterum leguntur. Ita Morinus pag. 218.

Digitized by Google

XCV. INCIPIT ORDO
De (1) sacris Ordinibus (2) benedicendis.

HÆc (3) autem singulis Gradibus observanda sunt tempora (4) si ab infantia Ecclesiasticis (a) Ministris nomen dederit, inter Lectores usque in vigesimum ætatis annum continuata observatione perduret (5). Si majori ætate jam accesserit, ita

(a) Ministris in ord. Rom. Ministeriis.

(1) Sacri ordines vocantur illic omnes Ecclesiastici Ordinis gradus. Vide Menardum. Adnot. 683.

(2) *De sacris ordinibus benedicendis*, hoc est ritus *conferendi Ecclesiasticos Ordines*, benedicere enim sacros Ordines in veterum chartis idem denotat in re præsenti, ac ad ordinis Ecclesiæ gradus aliquos promovere.

(3) In libro Pontificali Egberti Eboracensis apud Martene de Antiq. Eccles. ritibus lib. 1. par. 11. cap. 8. cap. 9. pag. 350, & in Pontificali Caturcensi apud eumdem pag. 380. perantiquis sane Ecclesiæ monumentis, quorum unum nongentorum creditur annorum, alterum octingentorum integra hæc de temporum intervallis inter Ecclesiasticos Ordines conferendos institutio Innocentio Pontifici Summo tribuitur hac inscriptione. *Incipit sermo Innocentii Papæ de septem gradibus Ecclesiæ ordinandis.* Verum Zosimi Rom. Pont. illam esse constat in epist. ad Hesychium Salonitanum cap. 3, quæ epist. justa Petri Constant. recensionem col. 968. est illius Pontificis 9. De his vero quæ in eadem hac institutione occurrunt, consuli poterunt Siricii epist. ad Himerium Tarraconensem Episcopum cap. 9. Gregor. Turonensis Hist. Franc. lib. 4. cap. 6. & Canones Hibernenses cap. 19. lib. 1. apud d'Acherium Spicilegii tom. 4. *Ita Vezzosi.*

(4) *Siricius epistola prælaudata cap. 9.* Quicumque itaque se Ecclesiæ vovit obsequiis a sua infantia ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet ministerio sociari. *Ita Vezzosi.*

(5) *Zosimus*, si major jam, & grandævus accesserit &c. *Siricius vero cap. x.* Qui vero jam ætate grandævus melioris propositi conversione provocatus ex laico ad sacram militiam venire festinat desiderii sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo quo baptizatur tempore statim Lectorum, aut Exorcistarum numero societur. *Observa veterem primævæ Ecclesiæ disciplinam in Clerum non admittendi, nisi eos, qui statim a Baptismo Ecclesiæ servitio sese mancipaverint.* Ita Vezzosi.

Digitized by Google

ita tamen ut post Baptismum statim se divinæ militiæ desiderat mancipari, sive inter Lectores, sive inter Exorcistas quinquennio teneatur: & exinde Acolythus, vel Subdiaconus quatuor annis stet: & sic ad benedictionem Diaconatus, si meretur accedat. In quo ordine quinque annis si inculpate se gesserit, hærere debet: (1) *ex suffragantibus meritis stipendiis per tot Gradus, datis propriæ fidei documentis, Presbyterii Sacerdotium poterit promereri. De quo loco, si illum exactior ad bonos mores vita perduxerit, Summum Pontificatum sperare debebit, hac tamen lege servata, ut neque Bigamus, neque* (2) *pœnitens ad hos Gradus possit admitti. Sane ut etiam* (3) *Defensores Ecclesiæ, qui ex Laicis fiunt, supradicta observatione teneantur, si meruerint esse in ordine Clericatus,*

Episcopus cum ordinatur duo Episcopi ponant, & (4) *teneant*

(1) Zosimus, & duo prælaudata Pontificalia apud Martene habent, *Exinde suffragantibus meritis &c.*

(2) *Neque pœnitens*, qui scilicet ob patratum grave crimen publicæ pœnitentiæ sese submiserat; hi porro ab Ecclesiasticis Ordinibus arcebantur: quemadmodum innumeri fere ea de re Conciliorum Canones fidem faciunt. Ab hac lege eximendos volunt aliqui, quibus lubenter adsentirer, eos, qui pro levi culpa, ardenti in Deum pietate, publicam sponte pœnitentiam suscipiebant. Consule Ed. Martene de antiquis Eccl. ritibus lib. 1. par. 11. cap. 8. art. 11. num. 5. Cætera ad Clerum, & Ordines Ecclesiæ recipiendos una cum Bigamis, & pœnitentibus, nec admittebantur Hæretici, & Schismatici, neque Neophiti, neque Clinici, sive Grabatarii, neque servi, neque milites, neque curiales, neque illiterati, neque corpore vitiati, neque illegitimi, de quibus omnibus videsis prælaudatum art. 11. Ed. Martene. *Ita Vezzosi.*

(3) Defensores Ecclesiæ, *qui fuerint satis constat, illi enim erant*, quibus Ecclesiæ bona ut curarent demandabatur, qui Ecclesiæ jura defendebant, & pauperum curam gerebant: quique modo e Clericis, modo e Laicis eligebantur. Vide Du-Cangium ad eam vocem in Glossario. *Ita Vezzosi.*

(4) Ritum tenendi Librum Evangeliorum super caput illius, qui in Episcopum ordinatur, improbat Amalarius lib. 11. de Offic. Ecclesiast. cap.

neant Evangeliorum Codicem ſuper caput ejus, & uno ſuper eum fundente benedictionem, reliqui omnes Epiſcopi, qui adſunt, manibus ſuis caput ejus tangant.

Presbyter cum ordinatur (1) *Epiſcopum eum benedicentem, etiam omnes Presbyteri, qui præſentes* (2) *ſunt.*

Diaconus cum ordinatur (3) *ſolus Epiſcopus, qui eum benedicit, manum ſuper caput illius ponat: reliqui vero Sacerdotes juxta manum Epiſcopi ſuper caput illius ponant: quia non ad Sacerdotium, ſed ad Miniſterium conſecratur.*

Subdiaconus cum ordinatur, quia manuum impoſitionem non accipit, Paterum de manu Epiſcopi accipiat vacuam, & Calicem vacuum: de manu vero Archidiaconi accipiat urceolum cum aqua, & aquimanile (4) *ac* (5) *manutergium.*

Aco-

cap. XIV. utpote qui neque veteri auctoritate comprobetur, neque Apoſtolica traditione, aut canonica auctoritate. Quæ quantum a vero abludant fuſe demonſtrant de ſacris Ordinationibus agentes, & qui Greg. M. ſacram, & Pontificale Romanum animadverſionibus, & commentariis inluſtrarunt. *Ita Vezzoſi.*

(1) Epiſcopum eum benedicentem, etiam *apud Menardum*. Epiſcopo eum benedicente, & manum ſuper caput ejus tenente. etiam.

(2) Præſentes ſunt, *apud Menardum additur*, manus ſuas juxta manum Epiſcopi ſuper caput ejus teneant. *Ita Vezzoſi. Morinus pag. 218. aſteriſcum hic inſerſerit adnotans, omiſſa ſunt nonnulla verba, quæ ex aliis Codicibus ſupplenda.*

(3) Iterum Amalarius hoc emendandus, dum cap. XII. memorati lib. III. improbat quendam libellum docentem ſolum ab Epiſcopo imponendas eſſe manus in capite illius, qui Diaconus ordinatur, contendítque omnes, qui adſunt, Presbyteros eidem manus ſuper caput imponere neceſſe eſſe, cum in Actibus Apoſtolorum legatur cap. 6. omnes Apoſtolos manum poſuiſſe ſuper caput illorum, qui Diaconi eligebantur. Verum quod unus tantum Epiſcopus in ordinatione Diaconi eum ritum exerceat ſtatuit Concil. Carthag. IV. can. IV. cujus canonis ipſiſſima verba ſunt præſens. hisce ſacramentarii ordo. *Diaconus cum ordinatur &c. Ita Vezzoſi.*

(4) *Aquimanile*, illic vocatur vas, in quo aqua ſupra manus ad lavandum infuſa cadens recipitur, quod vulgo Bacinum appellamus. Conſule Du-Cangium ad hanc vocem. *Ita Vezzoſi.*

(5) Hoc eſt *mantile* vel *mantele* tergendis manibus idoneum.

Digitized by Google

Acolytus cum ordinatur ab Episcopo quidem doceatur qualiter se in officio suo agere debeat: sed ab Archidiacono accipiat Ceroferarium cum cereo, ut sciat se ad accendenda luminaria Ecclesiæ mancipari: accipiat & urceolum vacuum ad suggerendum vinum in Eucharistia Corporis Christi.

Exorcista cum ordinatur accipiat de manu Episcopi libellum in quo scripti sunt Exorcismi, dicente sibi Episcopo: Accipe, & commenda & habeto potestatem imponendi manum super energumenum, sive baptizatum sive catechumenum.

Lector cum ordinatur faciat de illo verbum Episcopus ad plebem, indicans ejus fidem atque ingenium. Post hæc spectante plebe tradat ei Codicem, de quo lecturus est, dicens ad eum: Accipe, & esto verbi Dei relator habiturus, si fideliter, & utiliter impleveris officium, partem cum his, qui verbum Dei ministraverunt.

Ostiarius cum ordinatur post quam ab Archidiacono instructus fuerit qualiter in Domo Dei debeat conversari, a (1) *suggestione Archidiaconi tradat ei Episcopus claves Ecclesiæ de Altari, dicens ei:* Sic age quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ istis clavibus recluduntur.

Psalmista, idest Cantor potest absque scientia Episcopi, sola jussione Presbyteri, officium suscipere cantandi; dicente sibi Presbytero, vide, ut quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus probes. Sanctimonialis virgo cum ad consecrationem sui Episcopi offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper usura est, professioni, & sanctimoniæ aptis.

Item Benedictiones super eos, qui sacris ordinibus benedicendi sunt. Præfatio ostiarii &c. (2)

S. A.

(1) *A suggestione* apud Menardum correctius legitur *ad suggestionem*.

(2) Præfationes illæ, & benedictiones vix aliquo verbulo ab antiquis jam enarratis, aut enarrandis differunt. Imprudenter in eo Codice omissæ sunt, quæ ad Exorcistam spectant. Quæ vero ad Diaconum & Presbyte-

SACRARUM ORDINATIONUM
Ritus ex antiquissimo Corbejensi Codice octingentorum annorum ætatem longe superante decerptus.

SEcundum duos præcedentes Codices antiquissimus mihi videtur ille, ex quo sequentem ritum descripsimus. Optimus ille Codex nunc pertinet ad Monachos S. Germani de Pratis vulgo nuncupatos in Suburbano Parisiensi; olim Abbatiæ fuit S. Petri Corbejensis, & a Monachis illius Abbatiæ vocabatur Missale S. Eligii: Posterius tamen descriptum fuisse ex quorumdam Sanctorum commemoratione, qui post Eligium vixerunt, colligitur. Hunc Codicem abhinc annos decem in lucem edidit, recensuit, variisque, & utilissimis notis illustravit Hugo Menardus Sancti Germani Monachus. Quapropter illius ampliore descriptione supersedebimus. Antequam publici juris fieret in eum incideramus, & quæ ad sacras ordinationes spectant, exscripseramus: Eas tum propter antiquitatis majestatem, & venerationem, tum propter Lectoris commodum, aliis ejusdem generis inserere, licet aliunde eas recuperare posset, non fore inutile judicavimus.

In-

terum, hic omisit Amanuensis, quia supra retulerat. Sed post benedictionem Subdiaconi, refert loco non suo consecrationem manus Presbyteri, iis prorsus verbis, quæ mox in Codice Corbejensi deprehendes. Postea in eodem Codice sequuntur Missæ in Natalitiis consecrationis Diaconi, & Presbyteri. Sequitur Oratio de Episcopis ordinandis. *Oremus Dilectissimi &c.* omnia ut in Codice Corbejensi sequente, præter Episcopi consecrationem, quæ eadem est cum ea, quæ in ordine Romano edita est quamque ex antiquissimo Codice Gallicano supra exhibuimus. Itaque nihil in eo est, de Unctione manus & pollicis, & aliis, quæ in Codice Romano fuse descripta leguntur. Posthæc sequitur in eo Codice Virginum consecratio, quæ ut ibi adnotatur in Epiphania, vel II. Feria Paschæ, aut in Apostolorum Natalitio celebratur. = Hactenus Morinus. Vide si placet Tom. IV. Codicis nostri Liturg. pag. 92. 93. & seqq. & Cl. Vezzosi laudatum.

Digitized by Google

Incipit ordo ad sacros Ordines benedicendos.

Majores gradus ante Evangelium; Minores vero post Communionem dantur. Et minores quidem Dominicis diebus si necesse est: Majores autem in Sabbatis duodecim lectionum per quatuor tempora tantummodo.

Ordinatio Ostiarii.

Ostiarius cum ordinatur post quam ab Archidiacono instructus fuerit qualiter in Domo Dei debeat conversari ad suggestionem Archidiaconi tradat ei Episcopus claves Ecclesiæ, dicens, sic age qnasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ istis clavibus recluduntur. Et tradat ei Diaconus ostium Ecclesiæ.

Præfatio Ostiarii.

Deum Patrem Omnipotentem suppliciter deprecamur &c. *ut supra in primo Codice.*

Benedictio ejusdem.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris hunc famulum tuum *ill.* Ostiarium, ut inter Janitores Ecclesiæ paret obsequia, & inter electos tuos partem tuæ mereatur habere mercedis. Per Dominum &c.

Ordinatio Lectoris.

Lector cum ordinatur &c. *plane ut antiquo Rotomagensi infra.* Dei sui, *hic*, Dei tui, *melius.*

Benedictio Lectoris.

Domine Sancte Pater &c. *ut in eodem Rotomag.* ornatus, *hic*, ordinatus.

Ordinatio Exorcistæ.

Exorcista cum ordinatur accipiat de manu Episcopi libel-

Digitized by Google

bellum, in quo ſcripti ſunt Exorciſmi, dicente ſibi Epiſcopo, accipe, & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manum ſuper Energumenum, ſive Baptizatum, ſive Catechumenum.

Præfatio Exorciſtæ.

Deum Patrem omnipotentem ſupplices deprecamur, ut hunc famulum ſuum *ill.* benedicere &c. *prorſus ut in eodem Rotomagen.*

Benedictio Exorciſtæ.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus benedicedicere digneris hunc famulum tuum *ill.* in officium exorciſtæ, & ad impoſitionem manuum, & oris officium eum eligere digneris, ut imperium habeat ſpirituum immundorum coercendorum, & probabilis ſit Medicus Eccleſiæ gratiæ curationum virtute confirmatus. Per Dominum &c.

Ordinatio Acolythi.

Acolythus cum ordinatur, primum ab Epiſcopo doceatur qualiter in officio ſuo agere debeat; ſed ab Archidiacono accipiat Ceroferarium cum Cereo, ut ſciat ſe ad accendenda Eccleſiæ luminaria mancipari, ita ſibi dicente.

Accipite hoc geſtatorium luminis, ut per illud valeatis Adverſariorum tenebras effugare, & verimum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in mundum, fideliter invenire.

Accipiat & urceolum vacuum ad fundendum vinum in Euchariſtia Corporis Chriſti.

Benedictio Acolythi.

Omnipotens ſempiterne Deus, fons lucis, & origo bonitatis, qui per Jeſum Chriſtum filium tuum, lumen verum mun-

Digitized by Google

mundum illuminasti, ejusque passionis mysterio redemisti, benedicere dignare hunc famulum tuum, quem in Acolythi officium consecramus, poscentes tuam clementiam, ut ejus mentem, & lumine scientiæ illustres, & pietatis tuæ rore irriges, ut ita perceptum ministerium peragat, qualiter ad æternam remunerationem pervenire mereamur. Per eumdem Dominum nostrum &c.

Ordinatio Subdiaconi
Cap. Sancti Gregorii (1).

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, Patenam de manu Episcopi accipiat vacuam, & Calicem vacuum: De manu Archidiaconi accipiat urceolum cum aqua manili, ac mantergium. Exhibeatur in conspectu Episcopi Patena, & Calix vacuus, & dicat Episcopus.

Vide cujus ministerium tibi traditur &c. *cætera prorsus ut in Rotom. sequente.* Pallæ, quæ sunt in substratorio in alio vase debent lavari, in alio Corporales Pallæ. Ubi Pallæ corporales lavatæ fuerint, nullum linteamen ibidem aliud debet lavari. Et ipsa aqua in Baptisterio debet vergi. Ideo te admoneo: Tutalem te exhibe, ut Deo placere possis; Et tradat ei Calicem, & Patenam.

Ordinatio Subdiaconi.

Oremus Deum, ac Dominum nostrum, ut super servum suum *ill.*, quem ad Subdiaconatus officium vocare dignatus est, infundat benedictionem, & gratiam suam, ut in conspectu suo fideliter servientis, prædestinatâ Sanctis præmia consequatur, auxiliante Domino nostro Jesu Christo, qui cum eo vivit, & regnat Deus &c.

Benedictio Subdiaconi.

Domine Sancte, Pater omnipotens æterne Deus, benedi-

(1) *Sicut, qui invitatus* &c. Vide supra; Morinus integrum hic exhibet.

Digitized by Google

cere digneris famulum tuum hunc, quem ad Subdiaconatus officium eligere dignatus es &c. *ut in Rotom., & præcedentibus.*

ORDO QUALITER IN ROMANA

Ecclesia Diaconi, & Presbyteri ordinandi sunt, Mensis primi, quarti, septimi, & decimi Sabbatorum die in duodecim lectionibus ad S. Petrum ubi Missæ celebrantur.

POstquam Antiphonam ad introitum dixerint, data oratione venit Archidiaconus, & offert eum, qui ordinandus est Pontifici, ita dicens.

Postulat Sancta Mater Ecclesia Catholica, ut hunc præsentem Subdiaconum ad onus Diaconii, vel Diaconum ad onus Presbyterii ordinetis.

Interrogat Episcopus: scis illum dignum esse? Respondet offerens. Quantum humana fragilitas nosse sinit, & scio, & testificor ipsum dignum esse ad hujus onus officii.

Et tunc annuntiat Pontifex Populo, dicens, Auxiliante Domino Deo, & Salvatore nostro Jesu Christo, eligimus in ordinem Diaconii, sive Presbyterii *ill.* Subdiaconum, seu Diaconum de titulo *ill. ill.* Presbyterum de titulo *ill.* Si quis autem habet aliquid contra hos viros, pro Deo, & propter Deum cum fiducia exeat, & dicat: Verumtamen memor sit conditionis suæ.

Et post modicum intervallum, mox incipiunt omnes Kyrie eleison cum Litania. Hac expleta ascendunt ipsi Electi ad Sedem Pontificis, & benedicit eos ad quod vocati sunt: & descendentes stant in ordine suo benedictione percepta.

Diaconus cum ordinatur, solus Episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat, quia non ad Sacerdotium, sed ad ministerium consecratur. Ad ordinandum Diaconum, & Presbyterum prima oratio dicitur, legendo: Et

se-

Digitized by Google

sequitur oratio. Et non dicitur. Vere dignum in Consecratione.

Oremus dilectissimi Deum Patrem omnipotentem, ut super hunc famulum suum, quem in sacrum ordinem dignatur assumere, benedictionis suæ gratiam clementer effundat, eique donum consecrationis indulgeat, per quod eum ad præmia æterna perducat, auxiliante Domino nostro Jesu Christo. Qui cum eo vivit, & regnat &c.

Oremus.

Exaudi Domine preces nostras, & super hunc famulum tuum Spiritum tuæ benedictionis emitte, ut cælesti munere ditatus, & tuæ gratiam possit Majestatis acquirere, & bene vivendi aliis exemplum præbere, Per Dominum nostrum &c. in unitate ejusdem &c

Consecratio.

Adesto quæsumus omnipotens Deus, honorum dator, ordinum distributor, officiorumque dispositor. Qui in te manens innovas omnia, & cuncta disponens per verbum, virtutem, sapientiamque tuam Jesum Christum filium tuum Dominum nostrum sempiterna providentia præparas, & singulis quibusque temporibus aptanda dispensas. Cujus corpus Ecclesiam tuam cælestium gratiarum varietate distinctam, suorumque connexam discretione membrorum per legem mirabilem totius compagis unitam in augmentum templi tui crescere, dilatarique largiris, sacri muneris servitutem trinis gradibus Ministrorum nomini tuo militare constituens. Electis ab initio Levi filiis, qui in mysticis operationibus domus tuæ fidelibus excubiis permanentes, hæreditatem benedictionis æternæ sorte perpetua possiderent. Super hunc quoque famulum tuum, quæsumus Domine, placatus intende, quem tuis sacrariis serviturum in officium Diaconi suppliciter dedicamus. Et nos qui-

Digitized by Google

dem tamquam homines divini ſenſus, & ſummæ rationis ignari, hujus vitam, quantum poſſumus exiſtimamus. Te autem Domine, ea quæ nobis ſunt ignota, non tranſeunt; Te occulta non fallunt. Tu cognitor ſecretorum; Tu ſcrutator es cordium: Tu ejus vitam cæleſti poteris examinare judicio, quo ſemper prævales, & admiſſa purgare, & ea, quæ ſunt agenda concedere. Emitte in eum Domine quæſumus Spiritum Sanctum, quo in opus Miniſterii tui fideliter exequendi, ſeptiformis gratiæ tuæ munere roboretur. Abundet in eo totius forma virtutis, auctoritas modeſta, pudor conſtans, innocentiæ puritas, & ſpiritalis obſervatio diſciplinæ. In moribus ejus præcepta tua fulgeant; ut ſuæ caſtitatis exemplo imitationem ſancta plebs acquirat; & bonum conſcientiæ Teſtimonium proferens, in Chriſto firmus, & ſtabilis perſeveret, digniſque ſucceſſibus de inferiori gradu per gratiam tuam capere potiora mereatur. Per eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum &c.

Quando Stolam eum induis, dices.

Per hoc ſignum vobis Diaconatus officium humiliter imponimus, ut firmamentum menſæ divinæ, tamquam ſuſtentacula columnarum eſſe poſſitis, & præcones Regis cæleſtis irreprehenſibiliter exiſtere mereamini.

Presbyter cum ordinatur, Epiſcopo eum benedicente, & manum ſuper caput ejus tenente, etiam omnes Presbyteri, qui præſentes ſunt, manus ſuas juxta manum Epiſcopi ſuper caput ejus teneant.

Oratio ad Presbyteros ordinandos.

Oremus dilectiſſimi Deum Patrem omnipotentem, ut ſuper hunc famulum ſuum, quem ad Presbyterii munus elegit, cæleſtia dona multiplicet: & quæ ejus dignatione ſuſcipit ipſius ex equatur auxilio, auxiliante Domino noſtro Jeſu Chriſto.

Ore-

Digitized by Google

Oremus.

Exaudi nos quæsumus Domine Deus noster, & super hunc famulum tuum benedictionem Sancti Spiritus, & gratiæ Sacerdotalis effunde virtutem, ut quem tuæ pietatis aspectibus offerimus consecrandum, perpetua muneris tui largitate prosequaris. Per Dominum &c.

Consecratio.

Domine Sancte, Pater omnipotens æterne Deus honorum auctor, & distributor omnium dignitatum, per quem proficiunt universa, per quem cuncta firmantur &c. *ut in præcedentibus. Sed in iis legitur*, sufficeret meritum Sacerdotum, *hic vero*, ministerium sufficeret Sacerdotum, *ibi* plurius, *hic* pluribus, *ibi* providus cooperator, *hic* probus cooperator, *ibi* censuraque, *hic* censuramque, *ibi* qui tanto magis, *hic* quia tanto magis.

His vestis, & casulam.

Benedictio Patris, & Filii, & Spiritus Sancti descendat super te, ut sis benedictus in ordine Sacerdotali, & offeras placabiles hostias pro peccatis, atque offensionibus Populi, omnipotenti Deo. Cui sit honor, & gloria in sæcula sæculorum.

Consecratio manus.

Consecrentur manus istæ, quæsumus Domine, & sanctificentur per istam unctionem, & nostram benedictionem, ut quæcumque benedixerint, benedicta sint, & quæcumque sanctificaverint, sanctificentur. Per &c.

Episcopus cum ordinatur.

Duo Episcopi ponant, & teneant Evangeliorum Codicem super caput ejus, & uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput ejus tangant. *Ora-*

Digitized by Google

Oratio ad ordinandos Episcopos.

Oremus dilectissimi nobis, ut his viris ad utilitatem Ecclesiæ providendam Electis, benignitas Omnipotentis Dei, gratiæ suæ tribuat largitatem. Per Dominum nostrum Jesum Christum &c.

Benedictio Episcoporum.

Adesto supplicationibus nostris Omnipotens Deus: Et quod humilitatis nostræ gerendum est ministerio virtutis impleatur effectu. Per &c.

Alia.

Propitiare Domine supplicationibus nostris: Et inclinato super hunc famulum tuum cornu gratiæ Sacerdotalis benedictionis tuæ in eo effunde virtutem. Per &c.

Consecratio.

Deus honorum omnium, Deus omnium dignitatum, quæ gloriæ tuæ sacratis famulantur ordinibus, Deus qui Moysen famulum tuum secreti familiaris affatu inter cætera cælestis documenta culturæ, de habitu quoque indumenti Sacerdotalis instituens, electum Aaron mystico amictu vestiri inter sacra jussisti, ut intelligentiæ sensum de exemplis Priorum caperet secutura posteritas, ne eruditio doctrinæ tuæ ulli deesset ætati: Cum & apud veteres reverentiam ipsa significationum species obtineret, & apud nos certiora essent experimenta rerum, quam ænigmata figurarum. Illius namque Sacerdotii anterioris habitus nostræ mentis ornatus est, & Pontificalem gloriam non jam nobis honor commendat vestium, sed splendor animarum: quia & illa, quæ tunc carnalibus blandiebantur obtutibus, ea potius, quæ in ipsis erant intelligenda poscebant. Et id circo huic famulo tuo quem ad Summi Sacerdotii ministerium elegisti, hanc quæsumus Domine gratiam largiaris, ut quid-

Digitized by Google

quidquid illa velamina in fulgore auri, in nitore gemmarum, in multimodi operis varietate signabant, hoc in ejus moribus, actibusque clarescat. *Hic accipis Chrisma*. Comple Domine in Sacerdote tuo mysterii tui summam, & ornamenti totius glorificationis instructum, cælestis unguenti flore sanctifica ✠ *Hic mittatur Chrisma super caput ejus*. Hoc Domine copiose in ejus caput ✠ influat, hoc in oris subjecta ✠ decurrat, hoc in totius corporis extrema descendat, ut tui Spiritus virtus, & interiora ejus repleat, & exteriora circumtegat. Abundet in eo constantia fidei, puritas dilectionis, sinceritas pacis, tribuas ei Domine Cathedram Episcopalem ad regendam Ecclesiam tuam, & plebem universam. Sis ei authoritas, sis ei firmitas, sis ei potestas. Multiplices super eum benedictionem, & gratiam tuam, ut ad exorandam semper misericordiam tuam, tuo munere semper idoneus, tua gratia possit esse devotus. Per &c.

Si Papa ordinatus est, hæc addi debent in loco ubi scriptum est.

Et id circo huic famulo tuo, quem Apostolicæ Sedis Præsulem, & Primatem omnium, qui in orbe terrarum sunt Sacerdotum, ac universalis Ecclesiæ tuæ Doctorem dedisti, & ad Summi Sacerdotii ministerium elegisti, hanc quæsumus. Domine gratiam largiaris.

Super Oblata.

Hæc hostia, Domine, quæsumus, emundet nostra delicta, & sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per Dominum nostrum &c.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus etiam pro famulo tuo *ill.*

quem

Digitized by Google

quem ad Episcopatus ordinem promovere dignatus es, quæsumus Domine, ut placatus accipias, & propitius in eo tua dona custodias, ut quod divino munere consecutus est, divinis effectibus exequatur, dieſque nostros &c.

Ad Complendum.

Hæc nos Communio, Domine, purget a crimine, & cæleſtis remediis faciat esse consortes. Per &c.

Oratio in Nat. Papæ.

Deus, qui licet sis magnus in magnis, mirabilia tamen gloriosus operaris in minimis, concede mihi indigno famulo tuo, sacris convenienter servire mysteriis: atque in omnibus tua misericordia protegat, quem conscientiæ reatus accusat. Per Dominum &c.

Alia.

Deus, qui Populis tuis indulgentia consulis, & amore dominaris, da Spiritum Sapientiæ, quibus dediſti regimen disciplinæ, ut de profectu Sanctarum ovium fiant gaudia æterna Pastorum. Per Dominum nostrum &c.

Super Oblata.

Hostiam tibi, Domine, laudis exolvo suppliciter implorans, ut quod immerito mihi contuliſti intercedente Beato Petro Apostolo tuo propitius exequaris.

Præfatio.

Vere dignum, & justum est, æquum, & salutare, nos tibi semper, & ubique gratias agere, Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, ut quia in manu tua, dieſque nostri vitaque consistit, sicut honorem nobis indignis largiris ministerii, sic quoque tribuas rationabilis obsequii propitius incremen-

mentum, & tua dona in nobis cuſtodias, ut ejus ſuffragiis apud te ſemper reddar acceptus, cujus me vice hodie Eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum &c.

Ad complendum.

Corporis Sacri, & pretioſi Sanguinis repleti libamine, quæſumus Domine Deus noſter, ut gratiæ tuæ munus, quod nobis immeritis contuliſti, intercedente Beato Petro Apoſtolo tuo propitius muniendo cuſtodias. Per Dominum &c.

Sequitur in eodem Codice Miſſa propria in die ordinationis quotannis dicenda; ſed quia editus eſt Codex integer, eam prætermittimus.

SACRARUM ORDINATIONUM.
Ritus ex antiquiſſimo Bibliothecæ Vaticanæ Codice decerptus.

Codex ille Sacramentorum de circulo anni a S. Gregorio expoſitus, unde Ordinationum iſte ritus decerptus eſt, antiquus plurimum fuit, ut teſtatur qui illum edi curavit Angelus Rocca Apoſtolici Sacrarii Præfectus, ferebatque Codex ille in ipſo limine deſcriptum fuiſſe: ex authentico Bibliothecæ Cubiculi. *Scilicet Pontificalis, idem etiam præfert codex præcedens: Quo ſane demonſtratur duos illos antiquos Codices ex libris Secretarii Baſilicæ Sanctorum Petri, & Pauli deſcriptos eſſe, quibus Romani Pontifices ad officiorum Eccleſiaſticorum operationem utebantur. Itaque de illius fide, & ſinceritate, non ſecus ac de præcedente nullus eſt dubitandi locus. Liber ille Sacramentorum reperitur tom. 5. operum S. Gregorii editionis Romanæ, anni ni fallor 1593. & Pariſienſis anni 1605. quas poſteriores imitatæ ſunt. Tanta eſt utriuſque conformitas in omnibus Ordinationibus, præterquam in Epiſcopali, ut verba Syllabæque omnes, & verborum ordo ubique prope ſint eadem, vixque tan-*

tilla compareat examinantibus differentia. Qua propter uno descripto, censeatur, & alter descriptus. Utriusque similiter idem est titulus.

Incipit ordo ad sacros ordines benedicendos.

Majores gradus ante Evangelium. Minores vero post communionem dantur. Et minores quidem Dominicis diebus si necesse est: Majores autem in Sabbatis duodecim lectionum per quatuor tempora tantummodo. *Cætera similiter hæc admodum paucula, si tantum excipias. In Ordinatione Acolyti omittuntur verba, quæ Ceroferario dicuntur, cum ipsi cereus traditur.* Accipite hoc gestatorium luminis &c. *Ideo in titulo Ordinationis Acolyti uno tenore dicitur post*, mancipari, accipiet, & urceolum vacuum ad fundendum vinum in Eucharistia Corporis Christi, *quæ in præcedente referuntur post hæc verba.* Accipe hoc gestatorium.

In Ordinatione Subdiaconi post hæc verba, & tradat ei Calicem, & Patenam, *non additur titulus.*

Ordinatio Subdiaconi.

In ordinatione Subdiaconi. Etenim dicitur: Vere dignum in Consecratione. *in præcedente*, & non dicitur, vere dignum in Consecratione. *Quæ videntur contradicentia. Postea consecratio incipit.* Vere dignum &c. *quæ præcedens codex omittit in Consecratione. In Consecratione Diaconi.* Bonorum dator. *præcedens*, honorum. *Iterum.* Tuis sacris Altaribus, *præcedens* tuis sacrariis. *In Vaticano omittuntur verba in traditione stolæ prolata, atque ipsa stolæ traditio. In quo procul dubio aberravit, & cespitavit Amanuensis.*

In Ordinatione Presbyteri: in Consecratione bonorum auctor, *præcedens* honorum auctor. *Posthea* secundis prædicationibus, *præcedens* secundis prædicatoribus. *Hallucinatio Librarii, legendum* Prædicatoribus. *Iterum.* Hic imponitur ei casula, *præcedens.* Hic vestis, & casulam. *Postea sequitur ordinatio Episcopi in Codice Vaticano in hunc modum.*

Exa-

Digitized by Google

Examinatio in Ordinatione Episcopi ante Litaniam facienda.

Antiqua Sanctorum Patrum institutio docet, & præcipit, ut is, qui ad ordinem Episcopatus eligitur; maxime, ut legimus in Canone Cartaginensi, antea diligentissime examinetur cum omni charitate, de fide Sanctæ Trinitatis, & interro getur de universis Causis, vel moribus, quæ huic regimini congruunt, & necessaria sunt retinere secundum Apostoli dictum: Manus nemini cito imposueris: Et ut etiam is, qui est ordinandus, antea erudiatur qualiter sub hoc regimine constitutum oporteat etiam versari in Ecclesia Dei, ut inexcusabiles sint, qui ei manus ordinationis imponunt.

Eademque authoritate, & præcepto interrogamus te, dilectissime frater, charitate sincera, si omnem prudentiam tuam, quantum tua capax est natura, divinæ Scripturæ sensibus accommodare volueris? *Resp. ita.* Ex toto corde volo in omnibus consentire, & obedire.

Interr. Vis ea, quæ ex divinis Scripturis intelligis, plebem cui ordinandus es, & verbis docere, & exemplis? *Resp.* Volo.

Interr. Vis mores tuos ab omni malo temperare; & quantum poteris Domino adjuvante ad omne bonum commutare; *Resp.* Volo.

Interr. Vis castitatem, & sobrietatem cum Dei auxilio custodire, & docere. *Resp.* Volo.

Vis semper in divinis esse negotiis mancipatus, & a terrenis negotiis, vel lucris turpibus esse alienus, quantum se hæc humana fragilitas consentiat posse? *Resp.* Volo.

Interr. Vis humilitatem, & patientiam in temetipso custodire, & alios humiliter docere. *Resp.* Volo.

Tunc dicatur ei. Vis esse subditus huic nostræ Sedi, atque obediens? *Resp.* Volo.

Digitized by Google

Hæc & omnia cætera bona tribuat tibi Dominus, & custodiat te, atque corroboret in omni bono.

Et respondeant omnes. Amen.

Interr. Credis secundum intelligentiam tuam, & capacitatem sensus tui, Sanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unum Deum Omnipotentem, totamque in Trinitate Deitatem coessentialem, & consubstantialem, coæternum, & coomnipotentem, uniusque voluntatis, potestatis, & majestatis, Creatorem omnium creaturarum, a quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, quæ sunt in cælo, & in terra, visibilia, & invisibilia, & spiritualia?

Resp. Assentio, & ita credo.

Interr. Credis singulam quamque personam in Sancta Trinitate, unum verum Deum, plenum, atque perfectum.

Resp. Credo.

Interr. Credis ipsum Filium Dei, Verbum Dei: & naturaliter natum de Patre consubstantialem, coomnipotentem, & coæqualem per omnia Patri in divinitate, temporaliter natum de Spiritu Sancto, & Maria semper Virgine cum anima rationali, duas habentem Nativitates, unam ex Patre æternam, alteram ex Matre temporalem, Deum verum, & hominem verum, proprium in utraque natura, atque perfectum, non adoptivum nec phantasmaticum unicum, & unum Filium Dei in duabus naturis, sed unius personæ singularitate, impassibilem, & immortalem divinitate: in humanitate pro nobis, & pro salute nostra passum, vera carnis passione, & sepultum, & resurgentem a mortuis tertia die, vera carnis resurrectione. Die Quadragesimo post resurrectionem cum carne, qua surrexit, & anima, ascendisse in Cælum, & sedere ad dexteram Patris, inde venturum judicare vivos, & mortuos, & reddentem unicuique secundum opera sua, sive bona fuerint, sive mala? *Resp.* Assentio, & per omnia credo.

Interr. Credis etiam Spiritum Sanctum plenum, & perfectum

Digitized by Google

ctum verumque Deum a Patre, & Filio procedentem, coæqualem, & coessentialem, & coomnipotentem, & coæternum Patri, & Filio? *Resp.* Credo.

Interr. Credis Sanctam Catholicam, & Apostolicam unam esse veram Ecclesiam, in qua unum datur verum baptisma, & vera omnium remissio Peccatorum? *Resp.* Credo.

Interr. Anathematizas omnem hæresim extollentem se adversus hanc Sanctam Ecclesiam Catholicam.

Resp. Anathematizo.

Interr. Credis etiam veram resurrectionem ejusdem carnis, quam nunc gestas, & vitam æternam. *Resp.* Credo.

Interr. Credis etiam novi, & veteris Testamenti, Legis, & Prophetarum, & Apostolorum, unum esse auctorem Deum, & Dominum omnipotentem? *Resp.* Credo.

Hæc tibi fides augeatur a Domino ad veram, & æternam beatitudinem, dilectissime Frater in Christo. Et respondeant omnes. Amen.

Interr. Dilectissimi Fratres elegistis hunc ill. Presbyterum ad Episcopum? Ipsum elegimus omnes. Et hoc ter.

Item Episcopus: est dignus, & justus hoc subire ministerium? Resp. dignus est, justus est. Et hoc ter.

Iterum Episcopus: auxiliante Domino nostro Jesu Christo, & Beato Petro Apostolo intercedente, volumus hunc ill. Fratrem nostrum ordinare ad Episcopum, si vobis omnibus placet.

Resp. Placet nobis omnibus. Et hoc tertio. Iterum Episcopus, Orate pro nobis.

EPISCOPUS cum ordinatur.

Duo Episcopi ponant, & teneant Evangeliorum Codicem super caput ejus, & uno super eum fundente benedictionem: reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput ejus tangant. Hoc facto accipiat Patenam cum oblatis, & Calicem cum vino, & dat ei dicens: Accipe potestatem offerre Sacrificium Deo, Missamque celebrare tam pro vivis, quam pro defunctis.

Ora-

Oratio ad ordinandos Episcopos.

ORemus dilectissimi nobis, ut his viris ad utilitatem Ecclesiæ providendam electis, benignitas Omnipotentis Dei, gratiæ suæ tribuat largitatem. Per Dominum.

Benedictio Episcoporum.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens Deus, & quod humilitatis nostræ gerendum est ministerio, tuæ virtutis impleatur effectu. Per &c.

Alia.

Propitiare Domine supplicationibus nostris: & inclinato super hunc famulum tuum cornu gratiæ Sacerdotalis, benedictionis tuæ in eo effunde virtutem. Per Christum Dominum nostrum &c.

Ad Annulum dandum.

Memor sponsionis, & desponsationis Ecclesiasticæ, & dilectionis Domini Dei tui in die, qua assecutus es hunc honorem, cave ne obliviscaris illius. Accipe ergo Annulum discretionis, & honoris, fidei signum, ut quæ signanda sunt, signes: Et quæ aperienda sunt, prodas: Quæ liganda sunt, liges: Quæ solvenda sunt, solvas: utque credentibus per fidem baptismatis, lapsis autem, sed pœnitentibus, per mysterium reconciliationis januas regni cælestis aperias: Cunctis vero de thesauro Dominico nova & vetera proferas, ut ad æternam salutem omnibus consulas, gratia Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu Sancto est honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

Ad Baculum dandum.

Accipe Baculum Sacri Regiminis signum, ut imbecilles consolides, titubantes confirmes, pravos corrigas in viam salutis æternæ, habeasque potestatem attrahendi dignos, & corrigendi indignos, cooperante Domino nostro Jesu Christo, cui

cum

Digitized by Google

cum Patre in unitate Spiritus Sancti est virtus, & imperium. Per omnia secula seculorum. Amen.

Consecratio.

Deus bonorum omnium, Deus omnium dignitatum, quæ gloriæ tuæ sacratis famulantur ordinibus. Deus, qui Moysen famulum tuum secreti familiaris affatu &c. *Prorsus ut in præcedente Codice. Sed male hic*, ut quidquid ille, vel anima, *legendum* velamina. *Statim post finitæ consecrationis verba*, tua gratia possit esse devotus. Per &c. *Sequitur.*

Super oblata.

Hæc hostia, Domine quæsumus, emundet nostra delicta, & sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per &c.

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem servitutis nostræ &c. *ut in præced.*

Ad Complendum.

Hæc nos communio Domine purget a crimine, & cælestis remedii faciat esse consortes. Per Dominum &c.

Statim sequitur Missa in Natali Papæ, quæ ne syllaba quidem differt ab ea, quæ ex præcedente Codice descripta est.

Oratio in Nat. Papæ.

DEus, qui licet sis magnus &c. *Alia.*

Deus, qui Populis tuis &c. *Super oblata.* Hostiam tibi tibi Domine laudis exolvo &c.

Præfatio.

Vere dignum &c. ut quia in manu tua.

Ad Complendum.

Corporis Sacri, & pretiosi Sanguinis &c.

Sequitur quoque hic Missa propria in die annuo Ordinationis, eadem prorsus, quæ in præcedente. Sed hic abest solemnis benedictio. Ista, & similia, quia propositum nobis scopum non spectant, prætermittimus.

SA-

Digitized by Google

SACRARUM ORDINATIONUM.

Ritus ex antiquissimo Corbejensis Monasterii Codice descriptus.

Quod aliis Codicibus raro, huic feliciter contigit, ut scilicet temporis quo scriptus est, æra adnotetur. Hæc præstitit in ipso libri limine Scriptor simul, & Collector. Ego, *inquit*, Rodradus misericordia Dei indigens, victus Hilmeradi Antistitis jussionibus, vinctusque Episcopalis auctoritatis excommunicationibus 4. Non. Martii Sacerdotalis ministerii trepidus suscepi officium anno incarnationis Dominicæ 853. Indictione 1. Epacta 7. Concurrente 7. Termino Paschali 4. Kal. Aprilis. Quicumque hanc Ordinationis meæ adnotatiunculam legeris, & per hunc Codicem Dominici Corporis consecrationem recitaveris, quæso precibus adjutus, dicatum Christo exhibere sacerdotium, & supernæ visionis consequi merear bravium. *Creatus est igitur Rodradus Presbyter anno Christi 853., tumque, vel paulo ante, aut paulo post Sacramentorum librum collegit, & descripsit. Characteres illius anni, quos adscripsit omnes præter unum anno conveniunt. Anno enim Christi 853. Indictio erat prima: Epactæ septem. Est enim aureus numerus 18. sive penultimus cycli decemnovennalis, cum quo in antiqua supputatione concurrunt semper Epactæ septem, ut altero post anno redeunte Enneadecaeteride, saltui quem vocant Lunæ, sive dici ab anno Lunari exemptili locus detur. Terminus Paschalis, sive luna decima quarta tum incidit in 4. ante Kal. Aprilis. Est enim cycli solaris annus 22. litera Dominicalis A. Numerus aureus 18. Igitur Novilunium ex antiquo computo commissum est 17. Kal. ejusdem Mensis, & consequenter terminus Paschalis incidit in 4. Kal. Aprilis feria quarta, & Pascha celebratum est 4. Non. Aprilis. Sed concurrens dies erat sextus, non septimus, ut vult Autor. Concurrentes dies in vetustissimo computo erant vice literæ Dominicalis, eorumque circulus annuus eodem plane*

modo

Digitized by Google

modo vertebatur. Verum litera Dominicalis diem Dominicum notat toto anno. Sed concurrens, notat tantum feriam IX. *Kal. Aprilis, sive diem Martis* 24. *Quando igitur sic loquuntur; Hoc anno concurrens est tertias, quartus &c. ideſt hoc anno* 24. *dies Martis est feria tertia, feria quarta &c. Hinc facile illis erat feriam termini Paschalis, & ipsum Pascha erucre, cum dies ille* 24. *sit semper Paschati proximus. Hæc omnia recte anno* 853. *conveniunt, sed* 24. *Martis illo anno fuit feria Sexta, non Sabbato.*

Collegit Rodradus magna cum diligentia, quæ in libro Sacramentorum Sancti Gregorii Papæ habebantur, spuriaque a legitimis pro sententia sua discrevit, ut testatur in præfatione secundæ partis. Nam multa reperit in aliis Sacramentorum Libris Gregorii nomen præferentibus, quæ non judicavit esse S. Gregorii; sed posterius ab aliis Patribus inventa, & addita, de quibus secundam libri partem composuit. Præfatio ista eadem est, quæ reperitur ante secundum librum Sacramentorum Grimoldi Abbatis, quem Jacobus Pamelius in Liturgicis suis edi curavit. Non est tamen idem opus, quod Rodradus composuit, & Grimaldus, ut multis demonstrat Hugo Menardus Præfatione in Gregorianum Sacramentarium. Quidquid sit, id, quod de sacris ordinationibus ex Rodrado edimus apud Grimoldum non deprehenditur. Testatur autem in eadem præfatione, quæ de inferioribus ordinationum gradibus in secunda parte refert, ea se non deprehendisse in S. Gregorii Codicibus. Addimus etiam, & benedictiones ab Episcopo super Populum dicendas: nec non & illud, quod in præfato Codice Beati Gregorii ad gradus inferiores in Ecclesia constituendos non habetur. *Hæc fuit Rodradi sententia: sed aliorum Codicum Rodrado multo antiquiorum auctores legitimum S. Gregorii fœtum judicarunt eos libros, qui utrosque gradus, superiores, & inferiores complexi sunt.*

Initium Codicis, est hujusmodi. Incipit liber Sacramentorum de circulo anni expositus a S. Gregorio Papa Romano,

Digitized by Google

qualiter Missa Romana celebratur, hoc est in primis introitus qualis fuerit &c. *plane ut in Gregorianis, quos Menardus, & Pamelius ediderunt: Post canonem, videlicet post hæc verba.* Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. *Semel tantum dicta, immediate sequitur* Benedictio Episcoporum, *quos excipit Presbyterorum, & Diaconorum. Quibus peractis sequitur, ut apud Pamelium, & Menardum Missarum officium a Vigilia Nativitatis incipiens.*

Benedictio Episcoporum.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens Deus, & quod humilitatis nostræ gerendum est ministerio, tuæ virtutis impleatur effectu. Per Dominum &c.

Alia.

Propitiare Domine supplicationibus nostris, & inclinato super hunc famulum tuum cornu gratiæ Sacerdotalis benedictionis tuæ in eo effunde virtutem. Per Dominum &c.

Consecratio.

Deus bonorum omnium: Deus omnium dignatum, quæ gloriæ tuæ sacratis famulantur ordinibus; Deus qui Moysen famulum tuum secreti familiaris affatu, inter cætera cælestis documenta culturæ, de habitu quoque indumenti Sacerdotalis instituens, Electum Aaron mystico amictu vestiri inter sacra jussisti, ut intelligentiæ sensum, de exemplis Priorum caperet secutura Posteritas, ne eruditio doctrinæ tuæ ulli deesset ætati: Cum & apud veteres reverentiam ipsa sanctificationum species obtineret, & apud nos certiora essent experimenta rerum, quam ænigmata figurarum: Illius namque Sacerdotii auctoris habitus nostræ mentis ornatus est, & Pontificalem gloriam non jam nobis honor commendat vestium, sed splendor animarum. Quia & illa, quæ tunc carnalibus blandiebantur obtutibus, ea potius, quæ in ipsis erant intelligenda poscebant. Et

idcir-

Digitized by Google

idcirco huic famulo tuo, quem ad summi Sacerdotii ministerium elegisti, hanc, quæsumus Domine, gratiam largiaris, ut quidquid illa velamina in fulgore auri, in nitore gemmarum; in multimodi operis varietate signabant, hoc in ejus moribus, actibusque clarescat.

Comple in Sacerdote tuo mysterii tui summam, & ornamentis totius glorificationis instructum, cælestis unguenti flore sanctifica, ✠, Hoc Domine copiose in ejus caput influat ✠, hoc in oris subjecta decurrat ✠. Hoc in totius corporis extrema descendat, ut tui Spiritus virtus, & interiora ejus repleat, & exteriora circumtegat. Abbundet in eo constantia fidei, puritas dilectionis, sinceritas pacis. Tribuas ei Cathedram Episcopalem ad regendam Ecclesiam tuam & plebem universalem. Sis ei auctoritas, sis ei firmitas, sis potestas. Multiplices super eum benedictionem, & gratiam tuam, ut ad exorandam misericordiam tuam, tuo munere semper idoneus, tua gratia possit esse devotus. Per Dominum &c.

Super Oblata.

Hæc hostia, quæsumus Domine, emundet nostra delicta, & sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per Dominum &c.

Præfatio.

Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus etiam pro famulo tuo *ill.*, quem ad Episcopatus ordinem promovere dignatus es: Quæsumus Domine, ut placatus accipias, & propitius in eo tua dona custodias, ut quod divino munere consecutus est, dignis effectibus exequatur, diesque nostros in tua pace disponas.

Ad Completam.

Hæc nos communio Domine: purget a crimine, & cæle-

Digitized by Google

stis remedii faciat esse consortes. Per Dominum nostrum Jesum Christum &c.

Oratio ad ordinandum Presbyteram.

Oremus dilectissimi Deum, Patrem omnipotentem, ut super hunc famulum suum, quem ad Presbyterii munus elegit, cælestia dona multiplicet; auxiliante Domino nostro Jesu Christo, qui cum eo &c.

Alia.

Exaudi nos, quæsumus Domine Deus noster, & super hunc famulum tuum benedictionem Sancti Spiritus, & gratiæ Sacerdotalis effunde virtutem, ut quem tuæ pietatis aspectibus offerimus consecrandum, perpetua muneris tui largitate prosequaris. Per Dominum nostrum. In unitate ejusdem Spiritus Sancti &c.

Consecratio.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, honorum auctor, & distributor omnium dignitatum: per quem proficiunt universa; per quem cuncta firmantur, amplificatis semper in melius naturæ rationalis incrementis per ordinem congrua ratione dispositum. Unde, & Sacerdotales gradus, atque officia Levitarum, sacramentis mysticis instituta creverunt. Ut cum Pontifices Summos regendis Populis præfecisses, ad eorum societatis, & operis adjumentum sequentis ordinis viros, & secundæ dignitatis eligeres. Sic in Eremo per septuaginta Virorum prudentium mentem, Moysi spiritum propagasti, quibus adjutoribus usus ille in populo innumeras multitudines facile gubernavit. Sic in Eleazaro, & Ithamar paternæ plenitudinis abundantiam transfudisti, ut ad hostias salutares, & frequentioris officii sacramenta ministerium sufficeret Sacerdotum. Hac providentia, Domine Apostolis filii tui Doctores fidei.

fidei comites addidisti, quibus illi orbem totum secundis Prædicatoribus impleverunt. Quapropter infirmitati quoque nostræ, Domine, hæc adjumenta largire, qui quanto magis fragiliores sumus, tanto his pluribus indigemus. Da quæsumus Pater, in hunc famulum tuum Presbyterii dignitatem. Innova in visceribus ejus Spiritum sanctitatis, acceptum a te Deus secundi meriti munus obtineat, censuramque morum exemplo suæ conversationis insinuet. Sit probus cooperator ordinis nostri: Eluceat in eo totius forma justitiæ, ut bonam rationem dispensationis sibi creditæ redditurus, æternæ beatitudinis præmia consequatur. Per Dominum &c.

Oratio ad ordinandum Diaconum.

Oremus, dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem, ut super hunc famulum suum, quem in sacrum ordinem dignatur assumere, benedictionis suæ gratiam clementer effundat, eique donum consecrationis indulgeat, per quod eum ad præmia æterna perducat, auxiliante Domino nostro Jesu Christo, qui cum eo &c.

Alia.

Exaudi Domine preces nostras, & super hunc famulum tuum Spiritum tuæ benedictionis emitte, ut cælesti munere ditatus & tuæ gratiam possit majestatis adquirere, & bene vivendi aliis exemplum præbere. Per &c.

Consecratio.

Adesto quæsumus omnipotens Deus, honorum dator &c. *omnia prorsus, ut jamjam ex Corbejensi Codice descripsimus. Ibi* existimamus, *hic* æstimamus. *Ad finem ibi*, quo in opus ministerii tui, *hic*, qui in opus ministerii tui. *Sed scribendum*, quo; *Paulo post initium scribitur*, unitate, *sed menda est, legendum*; *ut in Corbejensi*, & *aliis*, unitam.

Ni-

Nihil præterea in hoc Codice de majoribus ordinibus. Omittitur ſtolæ traditio, cum verbis, quæ tunc ordinando dicuntur. Exemplaria Sacramentarii Gregoriani, quibus uſus eſt Rodradus plura non continebant. Sed manca ſane fuerunt: Nam ſtolæ traditio antiquiſſima eſt, & diutiſſime ante Gregorium uſurpata. Deinde non modo alia Gregoriana exemplaria, verum etiam Geloſiana, ordines inferiores complectebantur, quos ille in ſecunda parte, velut a S. Gregorio præterita, & ab aliis Sanctis Patribus ſuperaddita repoſuit. Itaque dicendum eſt Rodradum, & poſt ipſum Grimoldum, imperite admodum eorum, quæ Gregoriana erant, electionem feciſſe. In ſecunda parte Rodradus inferiores ordines, & ſplendidius multo quam majores, & fuſius, diſtinctiuſque in hunc modum deſcripſit.

Ordinatio Hoſtiarii.

Oſtiarius cum ordinatur, poſt quam ab Archidiacono inſtructus fuerit, qualiter in Domo Dei debeat converſari ad ſuggeſtionem Archidiaconi tradat in Epiſcopus claves de altari, dicens: Sic age, quaſi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ iſtis clavibus recluduntur, & tradat ei Diaconus oſtium Eccleſiæ.

Præfatio Oſtiarii.

Deum Patrem omnipotentem ſuppliciter deprecamur, ut hunc famulum ſuum *ill.* benedicere dignetur, quem in officium Oſtiarii eligere dignatus eſt, ut ſit ei fideliſſima cura in diebus, ac noctibus ad diſtinctionem horarum certarum ad invocandum nomen Domini. Adjuvante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum eo vivit, & regnat Deus, in unitate Spiritus Sancti per omnia ſæcula ſæculorum.

Benedictio ejuſdem.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedi-

ce-

Digitized by Google

cere digneris hunc famulum tuum *ill.* Ostiarium, ut inter Janitores Ecclesiæ paret obsequia, & inter electos tuos partem tuæ mereatur habere mercedis. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum &c.

Ordinatio Lectoris.

Lector cum ordinatur faciat de illo verbum Episcopus ad plebem, indicans ejus fidem, ac vitam, atque ingenium. Post hæc spectante plebe tradat ei Codicem, de quo lecturus est, dicens: accipe, & esto verbi Dei relator, habiturus, si fideliter, & utiliter impleveris officium, partem cum his, qui verbum Dei ministraverint: Eligunt te fratres tui, ut sis Lector in Domo Dei tui, & agnoscas officium tuum, & impleas illud. Potens est enim Deus, ut augeat tibi gratiam.

Benedictio Lectoris.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris famulum tuum hunc in officium Lectoris, ut assiduitate Lectionum distinctus, atque ornatus, & agenda dicat, & opere dicta compleat, & in utroque Sanctæ Ecclesiæ consulat. Per Dominum nostrum &c.

Ordinatio Exorcistæ.

Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt Exorcismi, dicente sibi Episcopo: Accipe, & commenda memoriæ, & habebo potestatem imponendi manum super Energumenum, sive Baptizatum, sive Catechumenum.

Præfatio Exorcistæ.

Deum Patrem omnipotentem, supplices deprecemur, ut hunc famulum suum *ill.* benedicere dignetur in officium Exorcistæ, ut sit spiritalis Imperator ad abijciendos Dæmones de cor-

corporibus obsessis, cum omni nequitia eorum multiformi, adjuvante Domino nostro Jesu Christo, qui cum eo vivit, & regnat &c.

Benedictio Exorcistæ.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris hunc famulum tuum *ill.* in officium Exorcistæ, ut per impositionem manuum, & oris officium, eum eligere digneris, ut imperium habeat Spirituum immundorum coercendo, & probabilis sit Medicus Ecclesiæ, gratiæ curationum virtute confirmatus. Per Dominum &c.

Ordinatio Acolythi.

Acolythus cum ordinatur, primum ab Episcopo doceatur, qualiter in officio suo agere debeat. Sed ab Archidiacono accipiat Ceroferarium cum Cereo, ut sciat se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari. Accipiat & urceolum vacuum ad fundendum vinum in Eucharistia Corporis Christi.

Benedictio Acolythi.

Omnipotens sempiterne Deus, fons lucis, & origo bonitatis, qui per Jesum Christum Filium tuum, lumen verum, mundum illuminasti, ejusque Passionis mysterio redemisti, benedicere dignare hunc famulum tuum, quem in Acolythi officium consecramus, poscentes tuam clementiam, ut ejus mentem, & lumine scientiæ illustres, et pietatis tuæ rore irriges, ut ita perceptum ministerium te auxiliante peragat, qualiter ad æternam remunerationem pervenire mereatur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit, &c.

OR-

Digitized by Google

ORDO QUALITER IN ROMANA ECCLESIA *Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi ordinandi sunt.*

MENSIS 1. 4. 7. & 10. *Sabbatorum die in duodecim lectionibus ad S. Petrum, ubi Missæ celebrantur; post quam Antiphonam ad Introitum dixerint, data oratione annuntiat Pontifex in Populum dicens.*

Auxiliante Domino Deo, & Salvatore nostro Jesu Christo, Eligimus in ordinem Diaconi, sive Presbyterii *ill.* sive *ill.* Diaconum de titulo *ill.* Presbyterum de titulo *ill.* Si quis autem habet aliquid contra hos Viros pro Deo, & propter Deum cum fiducia exeat, & dicat; verumtamen memor sit communionis suæ. Et post modicum intervallum, mox incipiunt omnes Kyrie eleison, cum Letania. Hac expleta ascendunt ipsi Electi ad Sedem Pontificis, & benedicit eos, ad quod vocati sunt. Et descendentes stant in ordine suo benedictione percepta.

Capitulum S. Gregorii.

Sicut qui invitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est Altaribus removendus. Sic qui ultro ambit, vel importunus se ingerit, est procul dubio repellendus. Nam qui nititur ad altiora conscendere, quid agit nisi, ut crescendo, decrescat? Cur non perpendit, quia benedictio illi in maledictum convertitur, quia ad hoc ut fiat hæreticus, promovetur.

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, Patenam de manu Episcopi accipiet vacuam, & calicem vacuum. De manu Archidiaconi accipiat urceolum cum aquamanili, & manutergio.

Ad Subdiaconum ordinandum.

Exhibeatur in conspectu Episcopi Patena, & Calix vacuus, & dicat Episcopus, vide cujus ministerium tibi traditur: & ideo

Digitized by Google

si usque nunc fuisti tardus ad Ecclesiam, a modo debes esse assiduus. Si usque nunc somnolentus, modo vigil. Si usque nunc ebriosus, a modo sobrius. Si usque nunc inhonestus, a modo castus. Oblationes, quæ veniunt in Altarium panes propositionis appellantur. De ipsis oblationibus tantum debet in Altare poni, quantum Populo possit sufficere, ne aliquid putridum in Sacrario remaneat. Pallæ vero, quæ sunt in Substratorio, in alio vase debent lavari, in alio Corporales Pallæ. Ubi Pallæ Corpovales lavatæ fuerint, nullum linteamen ibidem aliud debet lavari. Ipsa aqua in Baptisterio debet vergi. Ideo te admoneo, Tu talem te exhibe, ut Deo placere possis. Et tradat ei Calicem, & Patenam.

Ordinatio Subdiaconi.

Oremus Deum, ac Dominum nostrum, ut super Servum suum *ill.* quem ad Subdiaconatus officium vocare dignatus est, infundat benedictionem, & gratiam suam, ut in conspectu suo fideliter serviens prædestinata Sanctis præmia consequatur, auxiliante Domino nostro Jesu Christo, qui cum eo vivit, & regnat Deus, in unitate Spiritus Sancti. Per omnia sæcula sæculorum.

Benedictio Subdiaconi.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris famulum tuum hunc, quem ad Subdiaconatus officium dignatus es eligere, uti eum Sacrario tuo Sancto strenuum, sollicitumque cælesti militiæ instituas, & sanctis Altaribus fideliter subministret, & requiescat super eum Spiritus sapientiæ, & intellectus, Spiritus consilii, & fortitudinis, Spiritus scientiæ, & pietatis; Repleas eum Spiritu timoris tui, & eum ministerio divino confirmes, ut obediens, facto, atque dicto parens, tuam gratiam consequatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum &c.

Quæ

Quæ de ordinationibus habet eo loco sic finiunt, & loco vacuo relicto, pagina sequente, Missa de Sancta Trinitate sequitur. Has ordinationes integras descripsimus ob exemplaris antiquitatem, & characteris elegantia, licet a similibus jam descriptis nulla in re differant.

SACRARUM ORDINATIONUM
Ritus ex antiquissimo Rotomagensis Ecclesiæ annorum saltem octingentorum Codice Anglicano decerptus.

Codex ille magnificentissime descriptus est. Initio insignium festorum prima pagina tota literis aureis, & versicoloribus perfecte quadratis scripta est: Rubricæ quoque omnes, sive tituli quadrato charactere, & unciali. Universa denique scriptura octavi Sæculi characterem sapit, & genium. Nonnulla ex eo decerpsimus in libro nostro de Pœnitentia, hincque data occasione ibidem eum descripsimus: Quapropter nunc pauca sufficiunt. In Anglia, & pro Anglia scriptum olim fuisse certo videtur colligi ex nonnullis Sanctis, quorum in illo fit mentio, ut Sancti Svvithuni Grimbaldi, & Sanctæ Ætheldrich. Deinde ex coronatione Regis, in qua hæc habetur oratio. Super hunc famulum tuum *ill.* quem supplici devotione in Regnum Anglorum, sive Saxonum pariter elegimus, benedictionum tuarum dona multiplica &c. *Quæ sequuntur ex eo Codice ante plures annos descripsimus.*

Oratio ad Capillaturam.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, respice propitius super hunc famulum tuum N. quem ad novam tondendi gratiam vocare dignatus es, tribuens ei remissionem omnium peccatorum, atque ad cælestium donorum pervenire consortium. Per Dominum &c.

Digitized by Google

Oratio ad Clericum faciendum.

Oremus dilectiſſimi fratres, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum pro hoc famulo ſuo N., qui ad deponendam comam capitis ſui pro ejus amore feſtinat, ut donet ei ſpem ſanctam, qui habitum religionis in eo perpetuum conſervet, & a mundi impedimento, vel ſeculari deſiderio cor ejus defendat, ut ſicut immutatur in vultu, ita manus dextera ejus, ei virtutis tribuat incrementa, & ab omni cæcitate humana oculos ejus aperiat, & lumen ei æternæ gratiæ concedat. Qui &c.

Alia. Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris, & hunc famulum tuum N. benedicere dignare, cui in tuo ſancto Nomine habitum ſanctæ Religionis imponimus, ut te largiente, & devotus in Eccleſia perſiſtere, & vitam percipere mereatur æternam. Per &c.

Dum Tondes eum dicas hanc Antiphonam, Hic accipiet, &c. Sequatur oratio, Omnipotens ſempiterne Deus propitiare peccatis noſtris, & da, ut ab omni, &c.

Ad barbam tondendam.

Deus cujus ſpiritu creaturæ, &c. *ut in Rom. edito.*

Oratio poſt raſam barbam.

Deus, qui Eccleſiam tuam novo ſemper fœtu multiplicas, concede famulo tuo N., qui divini timoris, & amoris inſtinctu exteriora pubertatis abſcidit, ut tuorum omnium intervenientibus Sanctorum meritis, carnis petulantiam, non ſolum verbotenus, ſed intima cordis conſcientia in ſancta perſeverans converſatione, te eum ubique præcedente, & ſubſequente, calcare, & contemnere * vitam mereatur æternam. Per Dominum &c.

In-

Digitized by Google

Incipit ordo de sacris ordinibus benedicendis.

Psalmista, ideſt Cantor, poteſt abſque ſcientia Epiſcopi, ſola juſſione Presbyteri officium ſuſcipere cantandi, dicente ſibi Presbytero, vide ut quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis opere probes.

Ordinatio Hoſtiarii. Primus gradus.

Hoſtiarius cum ordinatur, poſt quam ab Archidiacono inſtructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat converſari, ad ſuggeſtionem Archidiaconi, tradat ei Epiſcopus claves Eccleſiæ de Altari dicens.

Sic age, quaſi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ iſtis clavibus recluduntur. Et tradat ei Diaconus hoſtium Eccleſiæ.

Benedictio Hoſtiarii.

Deum Patrem omnipotentem ſuppliciter deprecemur, ut hunc famulum ſuum *ill.* benedicere dignetur, quem in officium Hoſtiarii eligere dignatus eſt, ut ſit ei fideliſſima cura in domo Dei diebus, ac noctibus, ad diſtinctionem horarum certarum, ad invocandum nomen Domini, adjuvante Domino Deo noſtro Jeſu Chriſto, qui cum eo vivit, & regnat Deus, in unitate &c.

Alia. Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris hunc famulum tuum *ill.* Hoſtiarium, ut inter Janitores Eccleſiæ pareat obſequio, & inter Electos tuos partem tuæ mereatur habere mercedis. Per Dominum &c

II. *Gradus. Oratio Lectoris.*

Lector cum ordinatur faciat de illo verbum Epiſcopus ad plebem, indicans ejus fidem, ac vitam, atque ingenium. Poſt hæc

hæc ſpectante Plebe tradat ei Codicem, de quo lecturus eſt, dicens ad eum: Accipe, & eſto Verbi Dei relator, habiturus, ſi fideliter, & utiliter impleveris officium tuum partem cum his, qui verbum Dei miniſtraverunt. Eligunt te Fratres tui, ut ſis Lector in domo Dei tui, & officium tuum agnoſcas, & impleas illud: Potens eſt enim Deus, ut augeat tibi gratiam. Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre &c.

Benedictio Lectoris.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris hunc famulum tuum *ill.* in officium Lectoris, ut aſſiduitate Lectionum diſtinctuſ, atque ornatus, & agenda dicat, & dicta opere compleat, & in utroque Sanctæ Eccleſiæ conſulat. Per &c.

III. *Gradus. Ordinatio Exorciſtæ.*

Exorciſta cum ordinatur accipiat de manu Epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt Exorciſmi, dicente ſibi Epiſcopo: Accipe, & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manum ſuper Energumenum, ſive Baptizatum, ſive Catechumenum.

Benedictio Exorciſtæ.

Deum Patrem omnipotentem, ſupplices deprecemur, ut hunc famulum ſuum benedicere dignetur in officium Exorciſtae, ut ſit ſpiritalis Imperator ad abijiciendos Dæmones de corporibus obſeſſis, cum omni nequitia eorum multiformi, adjuvante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum eo vivit, & regnat &c.

Item alia. Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus benedicere digneris hunc famulum tuum *ill.* in officium Exorciſtæ, ut

Digitized by Google

ut per impositionem manuum, & officium oris, eum eligere digneris, ut imperium habeat Spirituum immundorum coercendorum, & probabilis sit Medicus Ecclesiæ tuæ, gratia curationum virtute confirmatus. Per &c.

IV. *Gradus. Ordinatio Acolythi.*

Acolythus cum ordinatur, primum ab Episcopo doceatur, qualiter in officio suo agere debeat, & ab Archidiacono accipiat Ceroferarium cum Cereo, ut sciat se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari. Accipiat, & urceolum vacuum ad fundendum vinum in Eucharistiam Corporis Christi.

Benedictio Acolythi.

Omnipotens sempiterne Deus, fons lucis, & origo bonitatis, qui per Jesum Christum Filium tuum, qui est lumen verum, mundum illuminasti, ejusque Passionis mysterio redemisti, benedicere dignare hunc famulum tuum *ill.* quem in Acolythi officium consecramus, poscentes clementiam tuam, ut mentem, & cor ejus lumine scientiæ inlustres, & pietatis tuæ rore irriges, ut ita perceptum ministerium te auxiliante peragat, qualiter ad æternam remunerationem pervenire mereatur. Per Dominum &c.

Item alia. Domine Sancte Pater omipotens æterne Deus, qui per Jesum Christum Filium tuum in hunc mundum lumen claritatis misisti, & in Cruce passionis tuæ triumphans Sanguinem, & Aquam ex latere tuo pro Genere humano dignatus es effundere, & per Apostolos tuos in hoc seculo lumen gratiæ spiritalis misisti, ita benedicere digneris hunc famulum tuum *ill.* in officium Acolythi, ut ad accendendum claritatis Ecclesiæ tuæ lumen, & ad suggerendum vinum, & aquam ad conficiendum Sanguinis tui mysterium in offerendo Eucharistiam sanctis Altari-

Digitized by Google

taribus tuis fideliter ſubminiſtret. Accende Domine ejus mentem, & cor ad amoris tui deſiderium, & gratiam tuæ miſerationis in eo tua virtute confirma. Per &c.

ORDO

Qualiter Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi ordinandi ſunt, Menſis primi, quarti, ſeptimi, & decimi, Sabbatorum die, in duodecim lectionibus, ubi miſſæ celebrantur. Finita benedictione, antequam Evangelium legatur, annuntiat Pontifex in Populum dicens.

AUXILIANTE Domino Deo, & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, eligimus in ordinem Diaconi, ſive Presbyteri, *ill.* Subdiaconum, ſive Diaconum de titulo *illo*, *ill.* Presbyterum ad titulum *ill.* Si quis autem habet aliquid contra hos Viros pro Deo, & propter Dominum cum fiducia exeat, & dicat, verumtamen memor ſit communionis ſuæ. Deinde accedant, qui ordinandi ſunt, & proſternant ſe ante Altare, & dicatur Litania, qua expleta erigant ſe, & inclinati ſtant ante Epiſcopum, & benedicantur ab eo, ut in ſequentibus ſcriptum habetur.

Ordinatio Subdiaconi.

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impoſitionem non accipit, Patenam de manu Epiſcopi accipit vacuam, & Calicem vacuum; de manu vero Archidiaconi accipiat Urceolum cum aquamanili, & manutergio: Et dicat Epiſcopus Subdiacono. Vide cujus miniſterium tibi traditur, & ideo ſi uſque nunc fuiſti tardus ad Eccleſiam, a modo debes eſſe aſſiduus. Si uſque nunc ſomnolentus, a modo vigil: ſi uſque nunc ebrioſus, a modo ſobrius: ſi uſque nunc inhoneſtus, a modo caſtus. Oblationes, quæ veniunt in altari panes propoſitionis appellantur: De ipſis oblationibus tantum debet in altari poni, quantum po-

Digitized by Google

populo possit sufficere, ne aliquid putridum in sacrario remaneat. Pallæ vero, quæ in subſtratorio fiunt in alio vaſe debent lavari, in alio corporales pallæ. Ubi pallæ corporales lavatæ fuerint, nullum aliud linteamen ibidem lavari debet. Ipſa aqua in baptiſterium debet vergi: Ideo te admoneo, ut talem te exhibeas, ut placere poſſis Deo.

Benedictio Subdiaconi.

ORemus Deum, ac Dominum noſtrum, ut ſuper ſervum ſuum, quem ad Subdiaconatus officium vocare dignatus eſt, infundat benedictionem, & gratiam ſuam, ut in conſpectu ſuo fideliter ſerviens prædeſtinata Sanctis præmia conſequatur auxiliante D. N. Jeſu Chriſto, qui cum eo vivit, & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti.

Alia.

Domine Sancte Pater Omnipotens æterne Deus, benedicere digneris hunc famulum tuum ill., quem ad Subdiaconatus officium vocare dignatus es, uti eum Sacrario tuo ſancto ſtrenuum, ſollicitumque cæleſti militiæ inſtituas, & ſanctis altaribus fideliter ſubminiſtret, & requieſcat ſuper eum Spiritus ſapientiæ, & intelligentiæ; Spiritus conſilii, & fortitudinis, Spiritus ſcientiæ, & pietatis. Repleas eum Spiritu timoris tui, & eum miniſterio divino confirmes, ut obediens facto, atque dicto parens, tuam gratiam conſequatur. Per Dominum.

V. Gradus. Ordinatio Diaconi.

Diaconus cum ordinatur, ſolus Epiſcopus, qui eum benedicit, manum ſuper caput illius ponat, reliqui vero Sacerdotes juxta manum Epiſcopi caput illius tangant, quia non ad Sacerdotium, ſed ad miniſterium conſecratur.

Digitized by Google

Oratio ad Ordinandum Diaconum.

ORemus, dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem, ut super hunc famulum suum ill., quem in sacrum ordinem Diaconatus officii dignatur assumere, benedictionis suæ gratiam clementer infundat, eique donum consecrationis propitius indulgeat, per quod eum ad præmia æterna perducat, auxiliante Domino nostro Jesu Christo, qui cum eo vivit, & regnat, per omnia &c.

Alia.

Exaudi, Domine, preces nostras, & super hunc famulum tuum ill. Spiritum tuæ benedictionis emitte, ut cælesti munere ditatus, & tuæ gratiam majestati possit adquirere, & bene vivendi aliis exemplum præbere. Per Dominum.

Alia.

Domine Deus omnipotens, preces nostras clementer exaudi, ut quæ nostro sunt gerenda servitio; tuo benignus prosequaris auxilio, & quos sacris mysteriis exequendis pro nostra intelligentia credimus offerendos, tua potius electione justifices. Per Dominum &c.

Alia.

Adesto quæsumus omnipotens Deus: honorum dator &c. *ut supra in secundo Codice, uno, aut altero tantum verbulo, quod hic adnotari non meretur.*

Oratio ad Stolas, vel Planetas benedicendas.

DEus invictæ virtutis triumphator, & omnium rerum creator, ac sanctificator, intende proprtius preces nostras, & has Stolas, sive Planetas Leviticæ, ac Sacerdotalis gloriæ ministris tuis fruendas tuo proptio ore benedicere, ac sanctificare, consecrareque digneris, omnesque eis utentes, tuisque ministeriis a nobis indignis consecratis, vel consecrandis aptos, & ti-

Digitized by Google

& tibi in eis devote, & amabiliter servientes, gratas efficere concedas, & nunc, & per infinita secula seculorum. Amen.

Postea imponatur Stola super humerum Levitæ, & dicatur hæc oratio.

In nomine Sanctæ Trinitatis, & unicæ divinitatis accipe Stolam, quam tibi Dominus per humilitatis nostræ famulatum, & per manus nostras accipiendam præparavit, per quam scias sarcinam Domini Dei tui cervicibus tuis impositam, & humilitatem; atque in administrationem te esse connexum, & per quam te cognoscunt fratres tui Ministrum Dei esse ordinatum, ut qui in Diaconatus ministerio es constitutus, Leviticæ benedictionis ordine claresças, & spirituali conversatione præfulgens gratia sanctificationis claresças. Sed & in Christo Jesu stabilis perseveres, ac firmus, quatenus hoc, quod per hanc stolam significatur, in die districti judicii, ante Tribunal Domini sine maculas representari valeas, ipso auxiliante cui est honor, & gloria in secula seculorum.

Postea tradat ei Episcopus Sanctum Evangelium dicens: Accipe istud volumen Evangelii, lege, & intellige, & aliis trade, & tu opere adimple.

Consecratio manuum Diaconi de oleo, atque chrismate.

Consecrentur manus istæ, quæsumus Domine, & sanctificentur per istam unctionem, tuamque benedictionem, ut quæcumque benedixerint benedicta sint, & quæcumque sanctificaverint, sanctificata sint. Per &c.

Oratio ad consummandum Diaconatus officium.

Commune votum permaneat, communis oratio prosequatur, ut hic totius Ecclesiæ prece, qui in Diaconatus ministerium præparatur, & Leviticæ benedictionis ordine claresçat, & spiritua-

Digitized by Google

rituali converſatione præfulgens per gratiam ſanctificationis eluceat, Per &c.

Item alia.

Domine Sancte, ſpei, fidei, gratiæ, & profectuum munerator, qui in cæleſtibus, & terrenis miniſteriis Angelorum ubique diſpoſitis per omnia elementa voluntatis tuæ diffundis effectum, hunc quoque famulum tuum *ill.* ſpeciali affectu intueri digneris, ut tuis obſequiis expeditus, ſanctis Altaribus purus miniſter clareſcat, & indulgentia purior, gradu eorum, quos Apoſtoli tui in ſeptenario numero, beato Stephano duce, atque Spiritu Santo autore, elegerunt, dignus exiſtat, & virtutibus univerſis, quibus tibi ſervire oportet, inſtructus polleat. Per Dominum &c.

VI. Gradus. Ordinatio Presbyteri.

Presbyter cum ordinatur, Epiſcopo eum benedicente, & manum ſuper caput ejus ponente, etiam omnes Presbyteri, qui præſentes ſunt, manus ſuas juxta manum Epiſcopi ſuper illius ponant caput.

Oratio ad ordinandum Epiſcopum.

Oremus, Dilectiſſimi, Deum Patrem omnipotentem, ut ſuper hunc famulum ſuum, quem ad Presbyterii munus elegit, cæleſtia dona multiplicet, & qui ejus dignationem ſuſcipit, ejus exequatur auxilium. Per &c.

Alia.

Exaudi nos quæſumus Domine Deus noſter, & ſuper hunc famulum tuum ill. &c. *ut ſupra in Corbejenſi primo.*

Hic mutatur Stola, ſequitur oratio.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, bonorum autor, & diſtributor omnium dignitatum, quæ tibi militant: Per te proficiunt univerſa, per te cuncta firmantur. *Cætera ut ſu-*

Digitized by Google

supra in Corbejensi primo, nisi, quod hic scribitur. Sacerdotalis ordo, mentem, sacrum ministerium quæsumus hæc, qui quanto famulum tuum ill., ut acceptum, *Corbejensem Codicem hoc loco cum verbis nostris comparans varietatis lectionem facile intelligit, sed leviſſimæ sunt differentiæ.*

Benedictio, vel consecratio manuum Sacerdotis ante unctionem Chrismatis.

Benedic Domine, & sanctifica has manus Sacerdotis tui ill. ad consecrandas hostias, quæ pro delictis, atque negligentiis populi offeruntur, & ad cætera benedicenda, quæ ad usus Populi necessaria sunt, & præsta quæsumus, ut quæcumque sacraverint, sacrentur, Salvator mundi, qui vivis, & regnas.

Consecratio manuum Sacerdotis de oleo, & Chrismate.

Consecrentur manus istæ, quæsumus Domine, de oleo Sancto, & sanctificentur per istam unctionem, sanctamque benedictionem, ut quæcumque benedixerint, benedicta sint, & quæcumque sanctificaverint, sanctificata permaneant. Per &c.

Consecratio Capitis cum Oleo.

Ungatur, & consecretur caput tuum cæleſti benedictione in ordine Sacerdotali, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Pax tibi. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Tunc vestiatur casula. Sequitur oratio.

Benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti descendat super te, & hac Sacerdotali veste indutus, protectus, & munitus esse valeas ab omnibus impugnationibus malignorum spiri-

Digitized by Google

rituum, & sis benedictus, & offeras hostias placabiles pro peccatis, atque offensionibus Populi omnipotenti Deo, cui est honor, & gloria.

Ad consumandum Presbyteri officium.

Sit nobis communis oratio, Fratres, ut hic, qui in adjutorium, & utilitatem vestræ salutis eligitur Presbyteratus benedictionem divini muneris indulgentia consequatur, & Sancti Spiritus Sacerdotalia dona privilegio virtutum, ne impar loco deprehendatur, obtineat.

Item alia.

Deus sanctificationum omnium autor, cujus vera consecratio plena benedictio est super hunc famulum tuum ill. quem ad Presbyterii honorem ad ill. Ecclesiam dedicamus, gratiam tuæ benedictionis infunde, ut gravitate actuum probet se esse omnium seniorem, his institutis disciplinis, quas Tito, & Timotheo Paulus instituit, ut in lege tua omnipotens Deus, die ac nocte meditans, quod legerit, credat, quod crediderit, doceat, & quod docuerit, imitetur. Justitiam, constantiam, misericordiam, fortitudinem in se ostendat, probet, ammonitione confirmet, ut purum, atque immaculatum mysterii donum custodiat, & per obsequium plebis tuæ corpore, & sanguine filii tui immaculata benedictione transformetur ad inviolabilem charitatem, & in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, in die justi, & æterni judicii, conscientia pura fide plena, Spiritu sancto plenus appareat, te largiente. Qui vivis &c.

Incipit ordinatio Episcopi. Septimus Gradus incipit.

Episcopum, qui ordinandus est, duo Episcopi per manus de Secretario, antequam Evangelium legatur, deducant ante altare, & eo inibi prosternato, ab Archiepiscopo inchoe-

tur,

Digitized by Google

tur Litania. qua finita, & eo erecto ponatur Evangelium ſuper ſcapulas ejus, & has dicant Epiſcopi ſuper ipſum orationes.

Oremus.

Dilectiſſimi nobis, ut huic viro ill. ad utilitatem Eccleſiæ provehendo benignitas omnipotentis Dei gratiæ ſuæ tribuat largitatem. Per Dominum.

Alia.

Adeſto ſuplicationibus noſtris omnipotens Deus, ut quod humilitatis noſtræ gerendum eſt miniſterio, tuæ virtutis impleatur effectu. Per &c.

Alia.

Propitiare Domine ſupplicationibus noſtris: Et inclinato ſuper hunc famulum tuum ill. cornu gratiæ Sacerdotalis, benedictionis tuæ in eo effunde virtutem. Per Dominum.

Solus vero Archiepiſcopus hanc dicat Conſecrationem cæteris adſtantibus, & duobus Epiſcopis Evangelium ſuper ipſum, qui ordinandus eſt tenentibus.

Deus honorum omnium, Deus omnium dignitatum, quæ gloriæ tuæ ſacratis famulantur ordinibus. Deus, qui Moyſen famulum tuum ſecreti familiaris affatu, inter cætera cæleſtis documenta culturæ, de habitu quoque indumenti Sacerdotalis inſtituens, electum Aaron myſtico amictu veſtiri inter ſacra juſſiſti, ut intelligentiæ ſenſum de exemplis Priorum caperet ſecutura poſteritas, ne eruditio doctrinæ tuæ ulli deeſſet ætati: Cum & apud veteres reverentiam ipſa ſignificationum ſpecies obtineret, & apud nos certiora eſſent experimenta rerum, quam ænigmata figurarum. Illius namque Sacerdotii anterioris habitus, noſtræ mentis ornatus eſt, & Pontificalem gloriam non jam nobis honor commendat veſtium, ſed ſplendor animarum, quia, & illa, quæ tunc carnalibus blandiebantur obtutibus, ea potius, quæ in ipſis erant intelligenda poſcebant. Et proinde huic famulo tuo, quem ad ſummi Sacerdotii miniſterium elegiſti,

Digitized by Google

sti, hanc quæsumus Domine, gratiam largiaris, ut quidquid illa velamina in fulgore auri, in nitore gemmarum, in multimodi operis varietate signabant, hoc in ejus moribus, actibusque clarescat. *Hic accipis Chrisma.* Comple Domine in Sacerdote tuo mysterii tui summam, & ornamentis totius glorificationis instructum eum cælestis unguenti flore sanctifica. *Hic mittatur Chrisma super caput ejus.* Hoc Domine copiose in ejus caput influat, hoc in oris subjecta decurrat, hoc in totius corporis extrema descendat, ut tui Spiritus virtus, & interiora ejus repleat, & exteriora circumtegat. Abundet in eo constantia fidei, puritas dilectionis, sinceritas pacis, sint speciosi munere tuo pedes ejus ad Evangelizandam pacem, ad Evangelizandum bona tua. Da ei Domine mysterium reconciliationis in verbis, & factis; & virtutibus, & signis, & prodigiis. Sit sermo ejus, & prædicatio non in persuasibilibus humanæ Sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtute. Da ei, Domine, claves Regni Cælorum, utatur, nec glorietur potestate, quam tribuis in ædificationem, & non in destructionem; Quodcumque ligaverit super terram sit ligatum & in Cælis, & quodcumque solverit super terram, sit solutum & in Cælis. Quorum detinuerit peccata, detenta sint, & quorum dimiserit, tu dimittas. Qui benedixerit ei, sit benedictus, & qui maledixerit ei, maledictionibus repleatur. Sit fidelis servus, & prudens, quem constituas Dominum super familiam tuam, ut det illis cibum in tempore necessario, & exhibeat omnem hominem perfectum. Sit sollicitudine impiger. Sit spiritu fervens, oderit superbiam, diligat veritatem, nec eam unquam deserat, aut lassitudine, aut timore superatus. Non ponat lucem tenebras, nec tenebras lucem. Non dicat bonum malum, nec malum bonum. Tribuas ei, Domine, Cathedram Pontificalem ad regendam Ecclesiam tuam, & plebem universam. Sis ei authoritas, sis firmitas, sis ei potestas. Multiplices super eum benedictionem, & gratiam tuam, ut ad exorandam misericor-

Digitized by Google

ricordiam tuam tuo ſemper munere idoneus, tua gratia poſſit eſſe devotus. Per &c.

Item alia ſuper Epiſcopum.

Pater Sancte, omnipotens Deus, qui per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ab initio cuncta creaſti, & poſtmodum in fine temporum ſecundum pollicitationem, quam Abraham Patriarcha noſter acceperat, Eccleſiam quoque Sanctorum Congregatione fundaſti, ordinatis rebus, per quas legibus a te datis diſciplinæ religio regeneretur. Præſta ut hic famulus tuus ſit miniſteriis, cunctiſque fideliter geſtis officiis dignus, ut antiquitus inſtituta Sacramentorum myſteria poſſit celebrare, per te in ſummum, ad quod aſſumitur, Sacerdotium conſecretur. Sit ſuper eumdem benedictio tua, licet manu noſtra ſit. Præcipe Domine huic paſcere oves tuas, ac tribue, ut commiſſi gregis cuſtodia ſollicitus paſtor invigilet. Spiritus huic Sanctus cæleſtium Chariſmatum diviſor adſiſtat, ut ſicut ille electus gentium Doctor inſtituit, ſit juſtitia non indigens, benignitate pollens, hoſpitalitate diffuſus, ſervet in exhortationibus alacritatem, in perſecutionibus fidem, in charitate patientiam, in veritate conſtantiam, in hæreſibus, ac vitiis omnibus odium ſciat, in æmulationibus neſciat: In judiciis gratioſum eſſe ſinas, & gratum eſſe concedas. Poſtremo a te largitore diſcat, quæ ſalubriter tuos doceat, Sacerdotium ipſum opus eſſe exiſtimet, non dignitatem. Proficiant ei honoris augmenta, etiam ad incrementa meritorum, ut per hæc ſicut apud nos nunc adſciſcitur in Sacerdotium, ita apud te poſt ea adſciſcatur in regnum. Per Dominum &c.

Benedictio de Septiformi Spiritu.

Spiritus Sanctus ſeptiformis veniat ſuper te; & virtus Altiſſimi ſine peccato cuſtodiat te, & omnis benedictio, quæ in

Digitized by Google

ſcripturis ſanctis ſcripta eſt, ſuper te veniat. Confirmet te Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, ut habeas vitam æternam, & vivas in ſecula ſeculorum. Amen.

Conſecratio Manuum Epiſcopi ab Archiepiſcopo, Oleo ſancto, & Chriſmate.

Ungantur manus iſtæ, & ſanctificentur, & in te Deum deorum ordinentur. Ungo has manus oleo ſanctificato, & Chriſmate unctionis purificato, ſicut unxit Moyſes verbo oris ſui manus S. Aaron germani ſui, & ſicut unxit Spiritus Sanctus per ſuos flatus, manus ſuorum Apoſtolorum, ita ungantur manus iſtæ, & ſanctificentur, & conſecrentur, ut in omnibus ſint perfectæ in nomine tuo, Pater, Filiique tui, atque æterni Spiritus Sancti, qui es unus, ac ſummus Dominus omnium vivorum, & mortuorum, manens in ſecula ſeculorum.

Hic mittatur oleum ſuper caput ejus.

Ungatur, & conſecretur caput tuum cæleſti benedictione in ordinem Pontificalem in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Pax tibi. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Benedictio Baculi ut alii volunt.

Tu baculus noſtræ, & rector per ſecula vitæ.
Iſtum ſanctifica pietatis jure bacillum.
Quo mala ſternantur, quo ſemper recta regantur.

Hic detur baculus, ſequatur Oratio.

Accipe baculum paſtoralis officii, & ſis in corrigendis vitiis ſæviens, in ira judicium ſine ira tenens: Cum iratus fueris, miſericordiæ reminiſcens. *Item*

Digitized by Google

Item alia.

Accipe baculum ſacri regiminis ſignum, ut imbecilles conſolides, titubantes confirmes, pravos corrigas, rectos dirigas in viam ſalutis æternæ, habeaſque poteſtatem erigendi dignos, & corrigendi indignos, cooperante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit.

Cum datur Annulus, hæc Oratio dicatur.

Accipe ergo annulum diſcretionis, & honoris, fidei ſignum, ut quæ ſignanda ſunt ſignes, & quæ aperienda ſunt, prodas, quæ liganda ſunt, liges, quæ ſolvenda ſunt, ſolvas: atque credentibus per fidem baptiſmatis, lapſis autem, & pœnitentibus per miniſterium reconciliationis, januas reconciliationis aperias; cunctis vero de Theſauro Dominico nova, & vetera proferas ad æternam ſalutem omnium conſolator, gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat.

Additio in Conſecratione.

Deus honorum omnium, Deus omnium dignitatum, quæ gloriæ tuæ ſacris famulantur ordinibus, huic famulo tuo ill., quem Apoſtolicæ Sedis Præſulem, & Primatem Sacerdotum, ac Eccleſiæ tuæ Doctorem dediſti, & ad ſummi Sacerdotii miniſterium elegiſti, hanc quæſumus Domine gratiam largiaris, ut Cathedram Pontificalem ad regendam Eccleſiam tuam, & plebem univerſam aſcendat. Per &c.

Hic mittatur in Cathedram Epiſcopalem, & hæc Oratio dicatur.

OMnipotens Pater Sancte, Deus æterne, tu omnem ordinem dignatus es in cæleſtibus ſedibus ordinare, in cælo Domine in æternum permanet verbum tuum, ubi Angelos,

Digitized by Google

& Archangelos ſuo tibi ordine manciparis, & in veteris Teſtamenti privilegio Moyſen, & Aaron, & Samuel inter eos in Sacerdotibus tuis, qui invocant nomen tuum, Patriarchas, & Prophetas per unguinem ordinaſti; in novo per filium tuum Jeſum Chriſtum Apoſtolos Sanctos, & præcipuè Apoſtolum Petrum in cathedram honoris univerſæ Eccleſiæ præpoſuiſti, & Mathiam ejuſdem conſortem in Apoſtolatum, atque Cathedram enumeraſti, & in numerum Sanctorum omnium Apoſtolorum evocaſti, quæſumus pro tua immenſa miſericordia in noſtris temporibus, da tuam gratiam fratri noſtro ill. ad inſtar Sanctorum Apoſtolorum tuorum Sedentium in Cathedra honoris, & dignitatis, ut in conſpectu majeſtatis tuæ dignus honore appareat. Per Dominum &c.

Alia.

Domine Jeſu Chriſte, tu præelegiſti Apoſtolos tuos, ut doctrina ſua nobis præeſſent, ita etiam vice Apoſtolorum hunc Epiſcopum doctrinam docere, & benedicere, & erudire digneris, ut immaculatam vitam, & illæſam conſervet. Per omnia ſecula ſeculorum.

Benedictio ejuſdem Sacerdotis.

Populus te honoret, adjuvet te Dominus, quidquid petieris, præſtet tibi Deus cum honore, cum caſtitate, cum ſcientia, cum largitate, cum charitate, cum nobilitate. Dignus ſis, juſtus ſis, humilis ſis, ſincerus ſis, Apoſtolus Chriſti ſis. Accipe benedictionem, & Apoſtolatum, qui permaneat in die iſta, & in die futura. Angeli ſint ad dexteram tuam, Apoſtoli coronati ad ſiniſtram. Eccleſia ſit mater tua, & altare ſit Deus Pater tuus, ſint Angeli amici tui, ſint Apoſtoli fratres tui, & Apoſtolatus tui gradum cuſtodiant. Confirmet te Deus in Juſtitia, in ſanctitate, in Eccleſia ſancta. Angeli recipiant te, & pax tecum indiſcrepabilis per Redemptorem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

SA-

Digitized by Google

SACRARUM ORDINATIONUM.

Ritus ex antiquissimo Remensis Ecclesiæ annorum octingentorum Codice descriptus.

IN Bibliotheca Ecclesiæ Metropolitanæ Remensis extat antiquissimus admodum Sacramentorum Liber Gregorianus præclare scriptus, atque ut facile colligitur ante annos octingentos. In codicis limine prostat S. Gregorii imago in Cathedra sedentis, egregie, & splendide depicta, habens a latere versus caput columbæ effigiem, & sub pedibus hos versus literis aureis inscriptos.

Spiritus ætherco descendens Sanctus Olympo
Gregorium Papam fecundat famine sacro,
Quo valeat Corpus Christi, Sanguisque sacrari.

Pallium humeris super sacras vestes gestat aureum, quod sub imo stomacho in angulum desinit, a quo rursus pendet ad genua. In illa parte inferiori, quæ a stomacho ad genua, & ultra dejicitur, tres signatæ sunt cruces, & duarum partium, quæ a collo descendentes subtus stomachum uniuntur, unaquæque duabus crucibus signatur. Præterea circa unamquamque crucem quatuor puncta alba, & illustria notantur. Planeta rotunda est super brachia ad carpum usque collecta, qualem non solum omnes antiquæ imagines Pontificum, & Presbyterorum, verum etiam, quæ supersunt in majoribus Ecclesiis antiquæ Planetæ, seu casulæ nobis repræsentare solent. Initio Canonis est imago Christi in cruce pendentis, quatuor clavis in cruce affixi cum hoc titulo: J. H. S. Nazarenus Rex Judeorum. Similes Crucifixi imagines in locis insignoribus ejusdem Ecclesiæ visuntur.

Initio eximii istius voluminis ante Missæ præfationem descriptus eodem quo cætera charactere Sacrarum Ordinationum ritus in hunc modum.

Or-

Digitized by Google

Ordinatio Oſtiarii.

OSTIARIUS cum ordinatur, poſtquam ab Archidiacono inſtructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat converſare: Ad ſuggeſtionem Archidiaconi tradet ei Epiſcopus claves Eccleſiæ de altari dicens: Sic age, quaſi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ iſtis clavibus recluduntur, & tradit ei Diaconus oſtium Eccleſiæ.

Præfatio Oſtiarii.

DEum Patrem omnipotentem ſuppliciter deprecamur, ut hunc famulum ſuum ill. benedicere dignetur, quem in officium Oſtiarii eligere dignatus eſt, ut ſit ei fideliſſima cura in diebus, ac noctibus ad diſtinctionem horarum certarum ad invocandum nomen Domini. Per &c.

Benedictio Oſtiarii.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus benedicere digneris hunc famulum tuum nomen ill. Oſtiarium, ut inter janitores Eccleſiæ paret obſequia, & inter electos tuos partem tuæ mereatur habere mercedis. Per &c.

Ordinatio Lectoris.

Lector cum ordinatur faciat de illo verbum Epiſcopus, indicans ejus fidem, ac vitam, atque ingenium. Poſt hæc ſtante plebe tradet ei codicem, de quo lecturus eſt, dicens: Accipe, & eſto verbi Dei relator, habiturus ſi fideliter, & utiliter impleveris officium, partem cum his, qui verbum Dei miniſtraverint. Eligunt te fratres tui, ut ſis Lector in domo Dei tui, & agnoſcas officium tuum, ut impleas illud. Potens eſt enim Deus, ut augeat tibi gratiam. Per &c.

Benedictio Lectoris:

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, famulum tuum hunc nomen ill. in officio Lectoris benedicere digneris, ut aſſiduitate Lectionum deſtinatus, atque ornatus, cujus modulis ſpirituali devotione gratiam reſonet Eccleſiæ. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum &c.

Ordi-

Digitized by Google

Ordinatio Exorciſtæ.

Exorciſta cum ordinatur accipiat de manu Epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt Exorciſmi, dicente ſibi Epiſcopo. Accipe, & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manum ſuper Energumenum ſive baptizatum, ſive catechumenum.

Prefatio Exorciſtæ.

Deum Patrem omnipotentem ſupplices deprecemur, ut hunc famulum ſuum nomen ill. benedicere dignetur in officium Exorciſtæ, ut ſit ſpiritualis Imperator ad abjiciendos Dæmones de corporibus obſeſſis cum omni nequitia eorum multiformi. Per Dominum &c.

Benedictio Exorciſtæ.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus benedicere digneris famulum tuum hunc nomen ill. in officio Exorciſtæ, ut per impoſitionem manuum, & oris officium eum eligere digneris, & imperium habeat ſpirituum immundorum coercendorum, & probabilis ſit Medicus Eccleſiæ, gratiæ curationum virtute confirmatus. Per &c.

Ordinatio Acolythi.

Acolytus cum ordinatur primum ab Epiſcopo doceatur qualiter in officio ſuo agere debeat. Sed ab Archidiacono accipiat Ceroferarium cum cereo, ut ſciat ſe ad accendenda Eccleſiæ luminaria mancipari, & accipiat urceolum vacuum ad ſuggerendum vinum in Euchariſtiam Corporis Chriſti.

Benedictio Acolythi.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus qui per Jeſum Chriſtum filium tuum in hunc mundum lumen claritatis miſiſti, & in cruce paſſionis ſuæ triumpho ſanguinem, & aquam ex latere pro genere humano dignatus es fundere: Et per Apoſtolos tuos in hoc ſeculo lumen gratiæ ſpiritualis miſiſti: ita benedi-

Digitized by Google

nedicere digneris hunc famulum tuum ill. in officio Acolythi, ut ad accendendum claritatis tuæ ... & ad ſuggerendum vinum, & aquam ad conficiendum ſanguinis tui offerendo Euchariſtiam ſacris altaribus tuis fideliter ſubminiſtret. Accende Domine ejus mentem ... & cordis adam reſtitui cæleſtia, & gratiæ miſerationis tuæ virtute confirma. Per &c.

ORDO,

Qualiter in Eccleſia Romana Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri ordinandi ſunt.

MENSIS primi, quarti, ſeptimi, & decimi, Sabbatorum die in 12. Lectiones ad S. Petrum ubi Miſſa celebratur, poſt quam Antiphonam ad introitum dixerint, data oratione adnuntiat Pontifex in pópulo dicens; Auxiliante Domino Deo, & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, eligimus in ordine Diaconii, ſive Presbyterii illum Subdiaconum, ſive Diaconum de titulo illo. Si quis autem habet aliquid contra hos viros pro Deo, & propter Deum cum fiducia exeat, & dicat: Verumtamen memor ſit communionis ſuæ. Modicum intervallum mox incipiunt omnes Kyrie eleiſon cum Litania. Hac expleta aſcendunt ipſi Electi ad Sedem Pontificis, & benedicit eos, a quo vocati ſunt, & deſcendunt: Stant in ordinibus ſuis benedictione accepta.

CAPITULUM S. GREGORII.

Sicut qui invitatus renuit &c. *Ut ſupra.*

Ad Subdiaconos ordinandos.

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impoſitionem non accipit, Patenam de manu Epiſcopi accipiat vacuam, & calicem vacuum, de manu Archidiaconi accipiat urceolum cum aquamanili, ac manutergium.

Ordi-

Digitized by Google

Ordinatio Subdiaconi.

Exhibeatur in conſpectu Epiſcopi patena, & calix vacuus, & dicat Epiſcopus; Vide cujus miniſterium tibi traditur: Et ideo ſi uſque nunc fuiſti tardus ad Eccleſiam, a modo debes eſſe aſſiduus. Si uſque nunc ebrioſus, a modo ſobrius, ſi uſque nunc inhoneſtus, a modo caſtus; oblationes, quæ veniunt in Altario, panes propoſitionis appellantur. De ipſis oblationibus tantum debet in Altario poni, quantum populo poſſit ſufficere, ne aliquid putridum in ſacrario remaneat. Pallæ vero, quæ ſunt in ſubſtratorio, in alio vaſe debent lavi, in alio corporales pallæ. Ubi pallæ corporales lavatæ fuerint, nullum linteamen ibidem aliud debet lavi. Ipſa aqua in baptiſterio debet vergi. Ideo te admoneo, tu ita te exibe, ut Deo placere poſſis. Et tradit ei calicem, & patenam.

Benedictio Subdiaconi.

Oremus Deum, ac Dominum noſtrum, ut ſuper ſervum ill. quem ad Subdiaconatus officum evocare dignatus eſt, infundat benedictionem, & gratiam ſuam, ut in conſpectu ſuo fideliter ſerviens, prædeſtinata ſanctis præmia conſequatur.

Item benedictio eorumdem.

Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere dignare hunc famulum tuum, &c. *ut in ordine Romano edito, excepto quod hic omnia in ſingulari leguntur. Deinde omittitur.* Excubitores. *Statim poſt hanc benedictionem ſequitur.*

Ad Diaconum ordinandum.

Diaconus cum ordinatur, ſolus Epiſcopus, qui eum benedicit, manum ſuper caput illius ponat, quia non ad Sacerdotium, ſed ad miniſterium conſecratur.

Præfatio Diaconi.

Oremus dilectiſſimi Deum Patrem omnipotentem, ut ſuper famulum ſuum, quem ad officium Diaconatus vocare di-

Digitized by Google

gnatus est, benedictionem gratiæ suæ clementer effundat, & consecrationis adultæ propitius dona conservet, ut preces nostras clementer exaudiat, & quæ nostro sunt gerenda servitio, suo benigno consequatur auxilio, & quem sacris ministeriis exequendis pro nostra intelligentia credimus offerendum, sua potius electione justificet. Per &c.

Consecratio ejusdem.

Eadem est, quæ supra in Corbejensi primo, & in ordine Romano edito, atque etiam in aliis supra expositis, si pauciſſima excipias veluti. Discretione membrorum: Tu scrutator es animarum: Tu veraciter in eum cæleste potes adhibere judicium, & velut indignis donare, quæ poscimus. Emitte in eum quæsumus Domine &c. *Quæ ab aliis aliquantulum variant. Omnia vero ut in Corbejensi Codice ad singularem personam diriguntur: omnia plane, ut in antiquissimo supra exscripto.*

Ad consumandum Diaconatus officium.

Commune votum, communis oratio prosequatur, ut hic totius Ecclesiæ prece, qui in Diaconatus ministerio præparatur, Leviticæ benedictionis ordine claresçat, & spirituali conversatione præfulgens gratia sanctificationis eluceat. Per Dominum &c.

Sequitur benedictio. Oremus.

Domine sancte fidei, spei gratiæ, & profectuum remunerator &c. *exacte ut in ordine Romano edito, & supra in antiquissimo describitur. Finita benedictione, nullo verbo interposito sequitur.*

Presbyter cum ordinatur Episcopo eum benedicente, & manus super caput ejus tenente, etiam omnes Presbyteri, qui presentes sunt, manus suas juxta manus Episcopi super caput illius teneant.

Allocutio ad Populum ad ordinandum Presbyterum.

Quoniam dilectissimi fratres &c. *prorsus in ordine Roma-*

no

Digitized by Google

no edito, & supra in eodem antiquissimo Codice. Sed post illa verba ad finem. Et ideo Electionem vestram debetis voce publica profiteri; *statim sequitur, ut in antiquissimo Codice.*

Oratio ad Ordinandum Presbyterum.

Oremus dilectissimi Deum Patrem omnipotentem, ut super hunc famulum suum ill. quem ad Presbyterii munus elegit, cælestia dona multiplicet, & quæ ejus dignatione suscipiunt, ejus exequantur auxilio. Per &c.

Item. Oremus.

Exaudi nos salutaris noster, & super hunc famulum tuum ill. benedictionem Spiritus Sancti, & gratiæ Sacerdotalis effunde virtutem, ut quem tuæ pietatis aspectibus offerimus consecrandum, perpetua muneris tui largitate prosequaris. Per &c.

Consecratio. Dominum vobiscum. Et Reliqua.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, honorum omnium dignitatum, quæ tibi militant distributor, per quem proficiunt universa &c. *prorsus ut in ordine Romano edito, atque etiam in tribus primis superioribus codicibus. Finita Consecratione, statim in Codice sequitur.*

Ad consumandum Presbyteratus Officium.

Sit nobis frater communis oratio, ut hic, qui in adjutorium, & utilitatem vestræ salutis eligitur, presbyteratus benedictionem divini indulgentia muneris consequatur, ut Sancti Spiritus Sacerdotalia dona privilegio virtutum, ne impar loco deprehendatur, obtineat. Per &c.

Item Benedictio. Oremus.

Deus sanctificationum omnium autor, cujus vera consecratio, plena benedictio est, &c. *ut in ordine Romano edito: sed ibi refertur secundo sub titulo Consecrationis. Supra relata est in antiquissimo Codice. Habetur ut in illo Codice singulariter, non pluraliter, ut in edito Romano. Statim sequitur.*

Digitized by Google

Hic induas eum Planeta, dicens.

Benedictio Patris, & Filii, & Spiritus Sanctus descendat super te, & sis benedictus in ordine Sacerdotali, & offeras placabiles hostias pro peccatis, atque offensionibus Populorum potenti Deo, cujus honor, & gloria.

Post hæc ungens ei manus dicens, Consecrentur manus istæ, quæsumus Domine, & sanctificentur per istam unctionem, & nostram benedictionem, ut quæcumque benedixerint, benedicta sint, & quæcumque sanctificaverint, sanctificentur. Per &c.

Sequuntur in illo Sacramentorum Codice orationes Missæ super oblata, Præfatio infra actionem, ad complendum supra populum, quibus finitis additur:

Ad ordinandum Episcopum.

Episcopus cum ordinatur duo Episcopi ponant, & teneant Evangeliorum Codicem super caput ejus, & uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi qui adsunt manibus suis caput ejus tangant.

Allocutio ad Populum ad ordinandum Episcopum.

Servanda est, dilectissimi fratres in excessu Sacerdotum &c. *prorsus in ordine Romano edito. Eam quoque habes supra in antiquissimo Codice sub hoc titulo.* Exhortatio ad Populum cum Episcopus ordinatur. *Statim sequitur in Codice post hæc verba.* Et dicite, dignus est.

Benedictio Episcopi.

Oremus dilectissimi nobis, ut his viris ad utilitatem Ecclesiæ providendis benignitas omnipotentis Dei gratiæ suæ tribuat largitatem. Per &c.

Item alia.

Exaudi Domine supplicum preces, ut quod nostro gerendum est ministerio tua potius virtute firmetur. Per &c.

Item

Digitized by Google

Item alia.

Propitiare Domine supplicationibus nostris, & inclinato super hos famulos tuos cornu gratiæ Sacerdotalis benedictionis tuæ in eo effunde virtutem. Per Dominum.

Consecratio.

Deus honorum omnium, dignitatum, quæ Ecclesiæ tuæ sacris famulantur ordinibus; Deus qui Moysen, &c. *ut in ordine Romano edito: sed post illa verba*, unguenti flore sanctifica, *hæc sequuntur*, hoc Domine † copiose in eorum caput influat. Hoc in oris subjecta decurrat. Hoc † in totius corporis extrema descendat, ut tui Spiritus virtus, & interiorum ora repleat, & exteriora circumtegat. *Ut in antiquissimo Codice supra habes descripta. Post postrema Consecrationis verba, possint esse devoti. Per: subjungitur.*

Dehinc sequitur.

Injunctio manuum, & dicit, ungantur manus istæ, &c. *& finit Ritus in hæc verba.* Præsta, ut quod te rogamus, exoremus. Per. *Ut in ordine Romano edito. Statim sequitur* Missa in ordinatione Episcopi, *nihil postea quod huc pertineat.*

SACRARUM ORDINATIONUM.

Ritus ex antiquissimo Senonensi Codice decerptus.

Codex unde sequentes Ordinationes excriptæ sunt antiquissimus etiam mihi videtur. Non est Sacramentarium integrum, sed solemnes quasdam actionum Pontificalium formulas continet e Sacramentario selectas. Incipit ab orationibus super Pœnitentes in Capite Quadragesimæ conceptis, quarum initium, ut & Litaniæ, magnifice admodum scribuntur: sequuntur ordinationes cum hoc titulo: Qualiter sacri ordines fieri debeant: *Deinde primus titulus, qui est Ostiarii splendide scribitur. Multa alia solemnia habet a Pontificibus similiter peragi solita. Codex ille pertinuit olim ad Ecclesiam Senonensem, ut manifestum*

ſtum eſt ex variis locis, præſertim ex iis, in quibus de Regum, & Reginarum agitur coronatione. Subſcripſerunt enim manu propria iis locis, ſed variis temporibus viginti, & aliquot Epiſcopi Provinciæ Senonenſis, nomenque ſuum libro inſcripſerunt, his fere verbis omnes. Ego Epiſcopus N. promitto debitam ſubjectionem, & reverentiam Sanctæ Matri Eccleſiæ Senonum, ſuiſque Præſulibus, ore promitto, & manu confirmo. *Antiquiſſimi Præſulum ſic ſubſignatorum ſunt Gislebertus Meldenſis, qui creatus eſt Epiſcopus anno* 1004., *& Fulbertus Carnutenſis anno* 1007. *Nominum autem illæ inſcriptiones animi gratia Codici factæ videntur, non aliqua legis neceſſitate. Neque enim factæ ſunt in loco ordinationis, neque in loco alio ad id ex induſtria præparato, ſed prout ſors tulit in margine inferiori, & ſuperiori, quæ ſolent eſſe omni ſcriptura vacuæ. Longe autem Codicis iſtius ſcriptura ſuperat hoc tempus; conijcerem ſub Ludovico Pio Imperatore, aut regnantibus ipſius filiis exaratum eſſe cum coronationis, & unctionis Regum, & Reginarum ordinem exhibeat. Olim fuit Abbatiæ Ciſtercienſis de Valle-Gratioſa nuncupatæ in agro Pariſienſi. Nunc ad virum clariſſimum, & omnimodæ ſupellectilis antiquæ curioſum D. Vion d'Erouval pertinet, a quo, ut quæ liberet, deſcriberem, mutuo accepi, ſic ſe Textus habet.*

Qualiter ſacri Ordines fieri debeant. Ordinatio Oſtiarii.

OSTIARII cum ordinantur poſt quam ab Archidiacono inſtructi fuerint, qualiter in domo Dei debeant converſari, ad ſuggeſtionem Archidiaconi tradat eis Epiſcopus claves de altari, dicens &c. *ut in Rom. edito, & aliis.*

Præfatio Oſtiarii.

Deum Patrem omnipotentem ſuppliciter deprecamur, ut hos famulos ſuos ill. &c. *ut in Rom. edito, finit.* Adjuvante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum eo vivit, & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti Per &c. *ut antiquus Rotomag.*

Bene-

Digitized by Google

Benedictio eorundem.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus benedicere digneris famulos tuos ill. &c. *ut in Rom. edito, & Rotomag. antiquo, aliisque.*

Ordinatio Lectoris.

Lectores cum ordinantur &c. *plane ut in antiquo Rotomag. sed hic pluralis numerus usurpatur.*

Benedictio Lectorum.

Plane ut in antiquo Rotomag. sed plurali numero.

Ordinatio Exorcistæ.

Exorcistæ cum ordinantur accipiant de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt Exorcismi, dicente eis Episcopo. Accipite &c. *ut in antiquo Rotomag. & aliis.*

Præfatio Exorcistæ.

Deum Patrem &c. *Plane ut in antiquo Rotomag. sed plurali numero, titulus tantum differt.*

Benedictio Exorcistæ.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris hos famulos tuos ill. in officium Exorcistæ, & per impositionem manuum, & oris officium eligere digneris, ut imperium habeant spirituum immundorum coercendorum, & probabiles sint Medici Ecclesiæ, gratiæ curationum, virtute confirmati. Per Dominum. *Vix uno, aut altero verbo a secunda benedictione differt, quæ in antiquo Rotomag.*

Ordinatio Acolythi.

Acolythi cum ordinantur, primum ab Episcopo doceantur qualiter in officio suo agere debeant, sed ab Archidiacono accipiant Ceroferarium &c. *ut in antiquo Rotomag.*

Benedictio Acolythi.

Omnipotens sempiterne Deus, fons lucis, &c. *plane ut in antiquo Rotomag. in priore benedictione, nam secunda hic abest.*

CA-

Digitized by Google

CAPITULUM S. GREGORII.

Sicut qui invitatus renuit, &c.

Subdiaconi cum ordinantur, quia manus impositionem non accipiunt, patenam de manu Episcopi accipiant vacuam, & calicem vacuum. De manu Archidiaconi accipiant urceolum cum aqua manili, ac manutergium.

Ordinatio Subdiaconi.

Exhibeatur in conspectu Episcopi patena, ac calix vacuus; & dicat Episcopus: Videte cujus ministerium vobis traditur, &c. *ut supra in antiquo Remensi. Sed hic plurali numero.* Lavari *quoque hic scribitur, sed in Remensi* lavi. *In fine hic & tradat eis.*

Præfatio Subdiaconi.

Oremus Dominum, ac Deum nostrum &c. *ut in antiquo Rotomagensi, & Remensi titulus tantum differt.*

Benedictio Subdiaconi.

Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris famulos tuos hos, quos ad Subdiaconatus officium eligere dignatus es, ut eos sacrario tuo &c. *ut in antiquo Rotomag. in secunda benedictione, sed hic omnia plurali numero.*

ORDO,

Qualiter in Romana Ecclesia Presbyteri, Diaconi ordinati sunt.

MEnsis primi, quarti, quinti, septimi, & decimi, Sabbatorum die in duodecim lectionibus ad Sanctum Petrum, ubi Missæ celebrantur. Postquam Antiphonam ad Introitum dixerint, data oratione adnuntiat Pontifex in populum dicens: Auxiliante Domino Deo Salvatore nostro Jesu Christo, eligimus hos viros in ordinem Diaconii, sive Presbyterii, si quis autem habet aliquid contra hos viros pro Deo, & propter Deum cum fiducia exeat, & dicat. Verumtamen memor sit communionis suæ.

Digitized by Google

ſuæ. Et poſt modicum intervallum mox incipiunt omnes Kyrie eleiſon, cum Litania. His expletis aſcendunt ipſi electi ad Sedem Pontificis, & benedicit eos, ad quod vocati ſunt, & deſcendentes ſtant in ordine ſuo, benedictione ſua percepta.

Præfatio Diaconi.

Oremus dilectiſſimi Deum Patrem omnipotentem, ut ſuper hos famulos ſuos, quos in ſacrum ordinem dignatur aſſumere, benedictionis ſuæ gratiam clementer effundat, eiſque donum conſecrationis indulgeat, per quod eos ad præmia æterna perducat, auxiliante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum eo vivit.

Oratio.

Exaudi Domine preces noſtras, & ſuper hos famulos tuos Spiritum tuæ benedictionis emitte, ut cæleſti munere ditati, & tuæ gratiam majeſtatis poſſint acquirere, & bene vivendi aliis exemplum præbere. Per &c.

Conſecratio.

Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Surſum corda. *Reſp.* Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo noſtro. *Reſp.* Dignum, & juſtum eſt. Vere dignum, & juſtum eſt &c. æterne Deus, Honorum dator, ordinum diſtributor &c. *ut in ordine Rom. edito, voculis quibuſdam exceptis, ita quoque in antiquiſſimo, & aliis. Quæ ſequuntur hæc verba,* Te occulta non fallunt. *Se habent prorſus, ut in edito Romano. Sed pro* mitte *habet codex noſter,* Emitte, *& pro,* obſervantia, obſervatio. *Poſt conſecrationem ſtatim ſequitur ordinatio Presbyterorum. Nihil de ſtola: omiſerat hoc Amanuenſis, ſed folio uno ante Ordinationum initium alia manu, ſed minus accurata in loco vacuo ſuppletum eſt in hunc modum.*

Benedictio ad Stolas, vel Planetas.

Deus invictæ virtutis triumphator, & omnium rerum Creator, ac ſanctificator, intende propitius preces noſtras, &

Digitized by Google

has ſtolas, ſive planetas Leviticæ, ac Sacerdotalis gloriæ miniſtris tuis fruendas tuo proprio ore benedicere, conſecrareque digneris: Omneſque eis utentes, tuiſque miniſteriis a nobis indignis, vel conſecrandis aptos; & tibi devote, & amabiliter ſervientes gratos efficere concedas, & nunc, & per infinita ſecula ſeculorum: Amen.

Habetur ſupra plane iiſdem verbis in antiquo Codice Rotomagen.

Ad Presbyterum ordinandum.

Oremus dilectiſſimi Deum Patrem omnipotentem, ut ſuper hos famulos ſuos, quos ad Presbyterii munus elegit, cæleſtia dona multiplicet, & quod ejus dignatione ſuſcipiunt, ipſius exequantur auxilio, adjuvante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum eo &c.

Oratio.

Exaudi nos quæſumus Domine Deus noſter, & ſuper hos famulos tuos benedictionem Sancti Spiritus, & gratiæ Sacerdotalis effunde virtutem, ut quos tuæ pietatis aſpectibus offerimus conſecrandos, perpetuam muneris tui largitatem conſequantur. Per Dominum &c.

Conſecratio.

Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum Spiritu tuo.

Surſum corda. *Reſp.* Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino Deo noſtro. *Reſp.* Dignum, & juſtum eſt &c. æterne Deus, honorum auctor, & diſtributor omnium dignitatum, per quem proficiunt univerſa, per quem cuncta firmantur, amplificatis ſemper in melius naturæ rationalis incrementis per ordinem congruæ ratione diſpoſitum. Unde & Sacerdotales gradus, atque officia Levitarum Sacramentis myſticis inſtituta creverunt: ut cum Pontifices ſummos regendis populis præfeciſſes, ad eorum Societatis, & operis adjumentum ſequentis ordinis viros, ſecundæ dignitatis eligeres. Sic in Eremo per 70. virorum prudentium mentes Moyſi ſpiritum pro-

Digitized by Google

propagasti, quibus ille adjutoribus usus in populo innumeras multitudines facile gubernavit. Sic in Eleazarum, & Ithamar filios Aaron paternæ plenitudinis abundantiam transfudisti, ut ad hostias salutares, & frequentioris officii Sacramenta ministerium sufficeret Sacerdotum. Hac providentia Domine Apostolis filii tui Doctores, fidei Comites addidisti, quibus illi totum orbem secundis prædicatoribus impleverunt. Quapropter infirmitati quoque nostræ, Domine, hæc adiumenta largire, quia quanto fragiliores sumus, tanto magis his pluribus indigemus. Da quæsumus Domine Pater, in hos famulos tuos Presbyterii dignitatem, innova in visceribus eorum Spiritum sanctitatis, acceptum a te Deus secundi meriti munus obtineant, censuramque morum exemplo suæ conversationis insinuent. Sint probi cooperatores ordinis nostri, & luceat in eis totius forma justitiæ, ut bonam rationem dispensationis sibi creditæ reddituri, æternæ beatitudinis præmia consequantur. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit, & regnat Deus in unitate ejusdem Spiritus Sancti. Per omnia secula seculorum.

Hic vestis Casulam, ita dicendo.

Benedictio Patris, & Filii, & Spiritus Sancti descendat super te, & sis benedictus in ordine Sacerdotali, & offeras placabiles hostias pro peccatis, atque offensionibus populi omnipotenti Deo, cui est honor, & gloria in secula seculorum.

Consecratio manuum.

Consecrentur manus istæ, quæsumus Domine, & sanctificentur per istam unctionem, & nostram benedictionem, ut quæcumque benedixerint, benedicta sint, & quæcumque sanctificaverint, sanctificata sint.

Statim sequitur cum titulo splendido Benedictio Episcopalis ad Missam.

Adesto supplicationibus nostris Omnipotens Deus, & quod

Digitized by Google

noſtræ humilitatis gerendum eſt miniſterio tuæ virtutis impleatur effectu. Per &c.

Ad dandum Evangelium.

Accipe hoc Evangelium, & ito doce omnes gentes.

Oratio ſuper eum dicenda.

Propitiare Domine ſupplicationibus noſtris, ut inclinato ſuper hunc famulum tuum cornu gratiæ tuæ Sacerdoatlis, benedictionis tuæ in eo effunde virtutem.

Conſecratio.

Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum Spiritu tuo.

Surſum corda. *Reſp.* Habemus ad Domiuum. Gratias agamus Domino Deo noſtro. *Reſp.* Dignum & juſtum eſt. Vere dignum & juſtum eſt &c. æterne Deus honorum omnium: Deus omnium dignitatum, quæ gloriæ tuæ ſacratis famulantur ordinibus: Deus, qui per Moyſen famulum tuum ſecreti familiaris affatu, inter cætera cæleſtis documenta culturæ, de habitu indumenti Sacerdotalis inſtituens, electum Aaaron myſtico amictu veſtiri inter ſacra juſſiſti &c. *prorſus ut in edito Romano ordine, atque ut ſuperius jam relatum* (*hoc tantum excepto quod poſt* velamina, *additur hic* veſtium) *uſque ad hæc verba.* Comple in Sacerdote tuo, *quæ ſic ſe habent* comple in Sacerdote tuo myſterii tui ſummam, & ornamentis totius glorificationis inſtructum, cæleſtis unguenti flore ſanctifica ✠ *Hic infundatur Chriſma ſuper caput.* Hoc Domine copioſe in ejus caput influat: ✠ hoc in oris ſubiecta decurrat ✠ hoc in totius corporis extrema deſcendat ✠ uti tui Spiritus virtus, & interiora ejus repleat, & exteriora circumtegat. Abundet in eo conſtantia fidei, puritas dilectionis, ſinceritas pacis. Tribuas ei Cathedram Epiſcopalem ad regendam Eccleſiam tuam, & plebem univerſam. Sis ei auctoritas, ſis firmitas, ſis poteſtas. Multiplices ſuper eum benedictionem & gratiam tuam, ut ad exo-

exorandam misericordiam tuam, tuo munere semper idoneus, tua gratia possit esse devotus. Per &c.

Ad virgam dandam.

Accipe virgam Pastoralem ad regendum sanctæ ill. Ecclesiæ populum, & Pastoraliter in omnipotentis Dei servitio corroborandum.

Ad annulum dandum.

Accipe annulum sacræ devotionis quo insignitus sponsam Dei sinceriter custodias, & populum sanctum Dei divinis effectibus abundare facias.

Secreta.

Hæc Hostia quæsumus Domine, emundet nostra delicta, & ad Sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per &c.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem servitutis nostræ sed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus etiam pro famulo tuo ill. quem ad Episcopatus ordinem promovere dignatus es. Quæsumus Domine ut placatus accipias, & propitius in eo tua dona custodias, & quod divino munere consecutus est, divinis effectibus exequatur, diesque nostros.

Ad complendum.

Hæc nos Domine communio purget à crimine, & cælestis remedii faciat esse consortes. Per &c.

His plura non habet Codex, sed aliquot postea titulis versus libri medium hæc habentur, quæ huc pertinere possunt.

Oratio ad Capillaturam.

Omnipotens sempiterne Deus, respice propitius super hunc famulum tuum ill. quem ad novam tondendi gratiam vocare dignatus es, & tribue ei perseverantem tibi placendi famulatum, atque cælestium bonorum consortium. Per Dominum &c.

Ora-

Digitized by Google

Oratio ad Clericum faciendum.

Oremus dilectissimi fratres &c. *ut supra, in antiquo Rotomag. si excipias quod pro* spem sanctam, *scribitur hic* Spiritum Sanctum, *quod melius est.*

Benedictio. Adesto Domine supplicationibus nostris &c. *ut in antiquo Rotomag.* Dum tondes eum dic, A. Tu es Domine, qui restitues hæreditatem meam. V. Dominus pars hæreditatis A. Hæc est generatio. Et gloria.

Oratio post Tonsionem.

Præsta omnipotens Deus huic famulo tuo ill., cujus hodie capitis comam pro divino amore deposuimus, ut in tua dilectione perpetuo maneat, & eum sine macula in sempiternum custodias.

Oratio ad Barbas tondendas.

Deus cujus Spiritu creatura omnis incrementis adulta congaudet, exaudi preces nostras super hunc famulum tuum ill., juvenilis ætatis decore lætantem, & primis auspiciis ad tondendum: Præsta Domine, ut in omnibus protectionis tuæ munitus auxilio, ~~cælestem benedictionem~~ accipiat, ut & præsentis vitæ prosperitate gaudeat, & æternæ. Per &c.

SACRARUM ORDINATIONUM

Ritus ex Manuscripto annorum prope septingentorum Codice decerptus.

Hic Codex olim pertinuerat ad Monasterium S. Petri de Corbeja ad fluvium Sammonam, & in illius gratiam, & ejusmodi primo scriptus est. Nunc est penes Monachos S. Germani in Suburbiis Parisiensi. In Calendario istius Codicis ad Idus Martias scriptum est, sed alia manu, alioque Atramento.

Abbatis Dominæ hæc mentio sancta Rotoldi
Istum qui fecit scribere quippe librum.

Dein-

Deinde in margine exteriori recentissima manu, hic fuit 26. Abbas hujus loci, qui obiit anno Domini 986. id. Martii. *Videtur tamen esse nonnihil vetustior, aut saltem Ratoldum Abbatis dignitate diu potitum esse, & statim a dignitate adepta librum hunc describi curasse. Scribitur enim c. 26. in coronatione Regis.* Respice propitius ad preces nostræ humilitatis, & super hunc famulum tuum, quem supplici devotione in Regnum N. Albionis, totius videlicet Francorum pariter eligimus *Et paulo post*, & totius Albionis Ecclesiam deinceps cum plebibus sibi annexis, ita enutriat, ac doceat &c. regale solium videlicet Francorum sceptra non deserat, sed ad pristinæ Fidei, pacisque concordiam eorum animos te opitulante reformet, ut utrorumque horum populorum debita subjectione fultus, condigno amore glorificatus per longum vitæ spatium &c. *Hæc autem de nullo alio Francorum Rege dici possunt, quam de Ludovico quarto, cujus Mater erat Eadgina, sive Ogina, Alstani Anglosaxonum Regis filia, quæ audita Caroli Simplicis conjugis sui in carcerem per Heritbertum Comitem conjectione, in Angliam ad Patrem cum Ludovico filio suo confugit. Unde longo post tempore a Principibus Francorum evocatus, paterni Regni sceptra capessivit. Ludovicus autem ille ideo transmarinus vulgo dictus, obiit anno 955. Itaque videtur omnino Codex ille regnante isto Rege scriptus fuisse: ac consequenter ann. 955. præcessisse. Nec repugnat Character. Est enim admodum similis ei, qui vulgaris erat seculo præcedente. Experientia demonstratur ab anno septingentesimo ad nongentesimam uno prope, & eodem charactere scriptum in Europa fuisse, nisi quod in Italia præter Romanum characterem, usurpatus est etiam character Longobardicus. Ideo ex charactere solo difficile est de Codicis ætate speciale judicium ferre. Pronuntiari potest hic codex annos excedit septingentos, fieri tamen potest per characterem, at nongentos. Specialis annus, aut huic vicinus aliis indiciis inquirendus est. In codice antiquissimo Senonensi, de quo supra, legi-*

tur

Digitized by Google

tur eadem Regis coronatio, ſed quam quæ Rotaldi eſt, multo minus ampla. Hæc oratio in Senonenſi reperitur, ſed quæ de Albione dicuntur ab eo Codice abſunt, eo quod Codex Senonenſis antequam Carolus in carcerem conjiceretur, ſcriptus eſt.

Codex iſte Ratoldi eſt integer: Initio omnium capitum habetur index, quadrigenta triginta quatuor complectens capita, quæ poſtea ſecundum indicis ordinem exponuntur. Plurimum variat ab ordine cæterorum Sacramentariorum: Incipit ab Eccleſiæ, & Altarium dedicatione: Calendarium continet multis Sanctis inter textum, ſed corpori libri inſertum, quadrageſimo ſcilicet capite. In Calendario iſto nulli numeri aurei infixi. Artificium iſtum Novilunii inveniendi, aut nondum inventum erat, aut nondum Calendaria omnia pervaſerat. Deinde quadrageſimo primo capite habet, quod in aliis prope omnibus eſt principium: Nempe, In nomine Domini incipit liber Sacramentorum de circulo anni a S. Gregorio Papa Romano editus &c. *prorſus, ut in præcedentibus: Præfatio, & Canon Miſſæ ſequuntur, quæ* 41. *caput conficiunt, deinde Miſſa in Vigilia Nativitatis & ſic deinceps: ſed dominicas poſt Pentecoſtem annuis feſtis Martyrum Ordine miſcet, licet iis reſpondere non poſſint, cum modo citius, modo tardius contingant. Iſte Codex omnes Ordinationes continet ſed diffuſius, quam reliqui, utpote recentior: Capite* 100. *& ſeqq. ſic exponuntur.*

Oratio ad Clericum faciendum.

Oremus dilectiſſimi fratres D. N. J. C. pro hoc famulo ſuo N., qui ad deponendam comam capitis ſui pro ejus amore feſtinat, ut donet ei Spiritum Sanctum, qui habitum religionis in eo perpetuum conſervet, & a mundi impedimento, vel ſeculari deſiderio cor ejus defendat, ut ſicut immutatur in vultu, ita manus dexteræ ſuæ ei virtutis tribuat incrementa: ut ab omni cæcitate humana oculos ejus aperiat, & lumen ei æterna gratiæ concedat. Qui vivit &c.

Alia

Digitized by Google

Alia. Adesto Domine supplicationibus nostris, & hunc famulum tuum benedicere dignare, cui in tuo sancto nomine habitum sacrae Religionis imponimus, ut te largiente, & devotus in Ecclesia persistere, & vitam percipere mereatur æternam. Per Dominum.

Dum Tondes eum dicis Antiphonam.

A. Tu es Domine qui restitues mihi hæreditatem meam. V. Dominus pars hæreditatis meæ, cum gloria. A. Hæc est generatio, cum gloria. A. Hic accipiet benedictionem a Domino. *Psalm.* Domini est terra.

Oratio post Tonsionem.

Præsta omnipotens Deus huic famulo tuo &c. (1)

Oratio ad Barbas tondendas.

Deus, cujus Spiritu &c. *ut supra.*

Incipit Sermo Innocentii Papæ de 7. Gradibus Ecclesiæ.

Hæc autem singulis gradibus observanda sunt tempora: si ab infantia Ecclesiasticis mysteriis nostra didicerit exempla, & inter lectores usque in 20. annum continuata observatione perduraverit, & ... ætati jam accesserit. Ita tamen ut post baptismum statim se divino cultui mancipare desiderat, & sive inter Lectores, sive inter Exorcistas quinque annis teneatur. Et tunc Acolythus, vel Subdiaconus quatuor annis sit: & sic ad benedictionem Diaconatus, si mereatur accedat. In quo ordine quinque annis si inculpabiliter vixerit, hærere debet, ut melius inveniat. Exinde suffragantibus meritis per tot gradus, datis propriæ fidei documentis, si accuratior vita illum ad bonos mores perduxerit, summum Pontificatum sperare debebit, hac tamen lege servata, neque Bigamus, neque revertens, sive Pœnitens, a maximis criminibus ad hos gradus possit admitti.

(1) Ut in Senonensi, Morinus pag. 244. integram refert sicuti & sequentes.

Digitized by Google

Alioquin defensores Ecclesiæ, qui ex Laicis fiunt unius uxoris viri, si in supradicta observatione teneantur: Et si vita, & moribus, & scientia Scripturarum meruerint, in ordine Clericatus admittere debent.

Sabbato in duodecim Lectiones ad S. Petrum dicit Episcopus: Oremus. *Et Diaconus*: Flectamus genua.

Populum tuum, Domine quæsumus propitius respice, atque ab eo flagella tuæ iracundiae clementer averte. Per Dominum &c.

Incipit Ordinatio Clericorum.

Hic dentur claves queat ut captare fideles. Ostiarii cum ordinantur, postquam ab Archidiacono instructi fuerint, qualiter in domo Dei debeant conversari; Tunc vocet Archidiaconus omnes nominatim coram Episcopo, & ad suggestionem ejus tradat eis Episcopus claves Ecclesiæ de Altari dicens. Sic agite quasi reddituri Deo rationem pro his rebus, quae istis clavibus recluduntur. Et ducat eos Archidiaconus ad ostium Ecclesiæ, & dicat. Per hoc ostium traditur vobis ministerium, ut sitis Janitores templi Dei, habeatisque potestatem recipiendi bonos, & ~~recipiendi~~ indignos.

Præfatio super Ostiarium.

Deum Patrem omnipotentem suppliciter deprecemur &c. *ut in aliis. Benedictio ejusdem.* Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus benedicere digneris hos famulos &c. *ut in aliis. Modo legatur lectio Deuteron., deinde Responsorium. Dicit Episcopus* Oremus. *Diacon.* Flectamus genua. Deus, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere: Da nobis salutem mentis, & corporis, ut ea, quæ pro peccatis nostris patimur, te adjuvante vincamus. Per Dominum &c.

Ordinatio Lectoris.

Codex hic dabitur Lectori rite legendus. Lectores cum ordinantur faciat de illis verbum Episcopus ad plebem, indi-

caus

cans eorum fidem ac vitam, atque ingenium. Posthæc spectante plede tradat eis Codicem Esaiæ prophetæ, de quo lecturi sunt, dicens. Accipite, & estote verbi Dei relatores &c. *ut in aliis: finit.* Potens est Deus, ut augeat vobis fidem.

Consecratio Lectorum.

Domine Sancte &c. *ut in aliis.*

Modo legatur lectio Deuteronom., deinde Responsorium, dicit Episcopus Oremus. *Diacon.* ut supra.

Collecta. Protector noster aspice Deus, ut qui malorum nostrorum pondere premimur, percepta misericordia libera tibi mente famulemur. Per &c.

Ordinatio Exorcistarum.

Exorcismalis datur hic ex more libellus.

Exorcistæ cum ordinantur accipiant de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt Exorcismi, dicente illis Episcopo, Accipite, & commendate memoriæ, & habetote potestatum imponendi manum super Energumenum, sive baptizatum, sive Catechumenum.

Consecratio Exorcistæ.

Deum Patrem omnipotentem supplices deprecemur, ut hos famulos suos N. benedicere dignetur in officio Exorcistarum, ut sint spirituales Imperatores ad abiiciendos dæmones de corporibus obsessis cum omni nequitia eorum multiformi. Adjuvante Domino.

Benedictio. Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris hos famulos tuos N. in officium Exorcistæ, ut per impositionem manuum, & oris officium eos eligere digneris, ut Imperium habeant &c. *ut in aliis omnibus.*

Lectio Machabeorum, Et respons.

Coll. Adesto quæsumus Domine supplicationibus nostris,

Digitized by Google

ut esse te largiente mereamur, & inter prospera humiles, & inter adversa securi. Per &c.

Ordinatio Acolythorum.

Urceus hic vacuus tripode, denturque regendo.

Accolythi cum ordinantur, primum ab Episcopo doceantur, qualiter in officio suo agere debeant: sed ab Archidiacono accipiant Ceroferarium cum Cereo, ut sciant se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari, ita dicente.

Accipite hoc gestatorium luminis, ut per illud valeatis Adversariorum tenebras effugare, & verissimum lumen, quod inluminat omnem hominem venientem in hunc mundum fideliter invenire.

Detur eis urceum vacuum, Accipite urceum ad effundendum vinum in Eucharistia Corporis Christi.

Benedictio Acolythorum. Omnipotens sempiterne Deus, fons lucis, & origo bonitatis &c. *ut supra sæpius, sed hic post* mentes, *additur*, & corda.

Consecratio Acolythorum. Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui per Jesum Christum filium tuum in hunc mundum lumen claritatis misisti, & in Cruce passionis tuæ triumphum, Sanguinem, & aquam ex latere pro genere humano dignatus es fundere, & per Apostolos tuos in hoc seculo lumen gratiæ spiritualis misisti: Ita benedicere digneris hos famulos tuos in officio Acolythi, ut accendendum caritatis Ecclesiæ tuæ, & ad suggerendum vinum, & aquam ad conficiendum Sanguinem tuum in offerenda Eucharistia, sanctis altaribus tuis fideliter subministrent. Accende Domine eorum mentes, & corda ad amori tui cæleste, & gratiæ, miserationis tuæ virtute confirma. Per Dominum &c.

CA-

Digitized by Google

CAPITULA S. GREGORII.

Sicut qui invitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus removendus: &c. *ut supra*.

Lectio libri Sapientiæ. Resp. ut supra. *Coll.*

Preces Populi tui Domine, quæsumus clementer exaudi, ut qui juste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per &c.

Hic Calicem, Patenam, cum Syndone sistat & Orcam.

Ordinatio Subdiaconi.

Subdiaconi vero cum ordinantur, quia manus impositionem non accipiunt, Patenam de manu Episcopi accipiant vacuam; urceolum cum aqua, ac manutergium; exhibeantur in conspectu Episcopi Patena, & calix vacuus & dicat Episcopus.

Videte cujus ministerium vobis traditur: Et ideo si usque nunc fuistis tardi ad Ecclesiam, modo debetis esse assidui. Si usque nunc inhonesti, a modo casti: si usque nunc somnolenti, a modo vigiles: si usque nunc ebrioſi, a modo sobrii. Oblationes quæ veniunt in altari panes propositionis appellantur. De ipsis oblationis tantummodo debet in altari poni quantum populo possit sufficere, ne aliquid putridum in sacrario remaneat. Pallæ vero, quæ sunt in substratorio, in alio vase debent lavari, in alio corporales. Ubi pallæ, vel corporales lavatæ fuerint, nullum linteamen ibidem aliud debet lavari, & ipsa aqua in baptisterio debet vergi. Ideo vos admoneo, ut tales vos exhibeatis, ut Deo placere possitis. Et tradet eis Calicem, & Patenam.

Ordinatio Subdiaconorum.

Oremus Deum, ac Dominum nostrum, ut super servos N. *ut supra, sed hic in plurali.*

Bene-

Benedictio Subdiaconi. Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris famulos tuos hos, quos ad Subdiaconatus officium eligere dignatus es, ut eos sacrario tuo sancto strenuos, solicitosque cælesti militiæ instituas, & sanctis altaribus fideliter subministrent, & requiescat super eos spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus. Amen. Spiritus consilii, & fortitudinis, Amen, spiritus scientiæ, & pietatis, Amen. Reple eos spiritus timoris tui &c. *ut in aliis*.

Ordo qualiter ordinandi Romæ

Mensis primi, quarti, septimi, & decimi Sabbatorum die in duodecim lectionibus ad S. Petrum, ubi Missæ celebrantur; Post quam Antiphonam, & Introitum dixerint, data oratione, dicat Archidiaconus taliter.

Postulat sancta Mater Ecclesia Catholica, ut hos præsentes Subdiaconos ad onus Diaconii, vel Diaconos, ad onus Presbyterii ordinetis. Interroget Episcopus, scis illos dignos esse. Respondeat Archid. Quantum humana fragilitas nosse sinit, & scio, & testificor ipsos dignos esse ad hujus onus officii.

Postea adnuntiat Pontifex populum dicens.

Auxiliante Deo, & Salvatore nostro Jesu Christo elegimus in ordine Diaconii, sive Presbyterii illum Subdiaconum, vel Diaconum. Tunc nominat illos de titulo S. Mariæ, vel S. Petri, & aliorum. Si quis autem habet aliquid contra hos viros pro Deo, & propter Deum cum fiducia exeat, & dicat. Verumtamen memor sit communionis suæ. *Et post modicum intervallum, dicat hanc orationem*.

Oremus fratres charissimi, ut Deus omnipotens gratiam Sancti Spiritus sui super nos, Electosque nostros dignetur fundere, ut in domo illius sancta digne majestati illius designatis ordinibus ministrent, ipso adjuvante, qui vivit, & regnat Deus &c.

Alia

Digitized by Google

Alia. Ad preces noſtras, quæſumus Domine propitiatus intende, & Levitæ tui ſacris altaribus ſervientes, & fidei veritate fundati, & mente ſint ſpirituali conſpicui Per &c.

Incipit Clerum Litaniam.

Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Chriſte audinos. S. Maria, ora. S. Michael, ora. S. Gabriel, ora. S. Raphael, ora. Omnes Sancti Angel. orate. S. Joannes, ora. S. Petre, ora. S. Paule, ora. S. Andrea, ora. Omnes S. Apoſtoli, orate. S. Stephane, ora. S. Line, ora. S. Clete, ora. Omnes Sancti Martyres, orate. S. Sylveſter, ora. S. Leo, ora. S. Ambroſi, ora. S. Auguſtine, ora. Omnes Sancti Confeſſores orate. S. Felicitas, ora. S. Agnes, ora. S. Agatha. Omnes S. Virgines, orate. Omnes Sancti, orate. Propitius eſto. Libera nos Dom. Per adventum tuum: Libera nos Dom. Per nativitatem tuam. Libera nos Dom. Per Circumciſionem tuam. Libera nos Dom. Per baptiſmum tuum. Libera nos Domine. Per jejunium tuum - Libera nos Domine. Per Crucem tuam - Libera nos Dom. Peccatores, te rogamus. Ut Apoſtolicum noſtrum. Ut Regem noſtrum. Ut Epiſcopum noſtrum. Fili Dei, te rog. Agnus Dei, qui tollis. Chriſte audi nos.

Finita Litania, ſurgat Epiſcopus ad orationem. Lectio, & Reſponſ. Quali ut ſupra.

Collecta. Quæſumus omnipotens Deus, vota humilium reſpice, atque ad defenſionem noſtram, dexteram tuæ majeſtatis extende. Per Dominum &c.

Ordinatio Diaconorum.

Diaconi vero cum ordinantur, ſolus Epiſcopus, qui eos benedicit; manum ſuper capita illorum ponat, quia non ad Sacerdotium, ſed ad miniſterium conſecrantur.

Ora-

Digitized by Google

Oratio ad ordinandum Diaconum. Omnes Episcopi dicant has.

Oremus dilectissimi Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos N. quos in sacrum ordinem dignatur assumere, benedictionis suæ gratiam clementer effundat, eisque donum Consecrationis indulgeat, per quod eos ad præmia æterna perducat auxiliante Domino nostro Jesu Christo.

Alia. Exaudi Domine preces nostras, & super hos famulos tuos spiritum tuæ benedictionis emitte, ut cælesti munere ditati, & tuæ gratiam possint majestatis adquirere, & bene vivendi aliis exemplum præbere. Per &c.

Item alia. Domine Deus omnipotens preces nostras clementer exaudi, ut quæ nostro sunt gerenda servitio, tuo benignus prosequaris auxilio, & quos sacris ministeriis exequendis pro nostra intelligentia credimus offerendos, tua potius electione justifices. Per &c.

Consecratio. Adesto quæsumus omnipotens Deus honorum dator, ordinum distributor &c. *ut in antiquissimo Corbejensi, & supra sæpius. Sed hic Diaconi pluraliter offeruntur. hic* compaginis æstimamus, *alii* existimamus. *hic* ministerii tui, *in aliis* abest. *hic* authoritas modestia. *Male legendum ut in aliis,* modesta, *hic* per gratiam, *alii addunt.* tuam.

Benedictio ad stolas, sive ad Planetas Sacerdotales, seu Leviticas.

Deus invicte virtutis triumphator, & omnium rerum creator, ac sanctificator, intende propitius preces nostras: Et has stolas, sive planetas Leviticæ, ac Sacerdotalis gloriæ Ministris tuis fruendas, tuo proprio ore ✠ benedicere ✠ ac sanctificare, consecrareque digneris, omnesque eis utentes, tuisque

que myſteriis a nobis indignis conſecratis, vel conſecrandis, & tibi in eis devote, & amabiliter ſervientes gratos efficere concedas & nunc, & per infinita ſeculorum ſecula.

Modo ponendæ ſunt ſtolæ in humero.

Per hoc ſignum tibi Diaconatus officium humiliter imponimus, ut firmamentum Menſæ divinæ tamquam ſubſtentaculum columnarum eſſe poſſit, & præco regis cæleſtis inreprehenſibiliter exiſtere merearis.

Benedictio poſt ſtolas ſuper omnes.

In nomine ſanctæ Trinitatis, & unicæ divinitatis: Accipite ſtolas, quas vobis Dominus per humilitatis noſtræ famulatum, ſeu & per manus noſtras accipiendas præparavit. Per quas ſciatis ſarcinam Domini Dei veſtri cervicibus veſtris impoſitas, & ad humilitatem, atque adminiſtrationem vos eſſe connexos, & per quas vos cognoſcant fratres veſtri Miniſtros Dei eſſe ordinatos. Ut qui in Diaconatus miniſterio eſtis conſtituti Leviticæ benedictionis ordine clareſcatis, & ſpirituali converſatione præfulgentes gratia ſanctificationis eluceatis, ſed & in Chriſto Jeſu firmi, & ſtabiles perſevereris, quatenus hoc quod per has ſtolas ſignificatur in dio districti judiciis ante Tribunal Domini ſine macula repræſentare valeatis. Ipſo adjuvante cui eſt honor, & gloria in ſecula.

Alia. Domine ſanctæ ſpei, fidei, gratiæ, profectuum munerator, qui in cæleſtibus, & terrenis miniſteriis Angelorum ubique diſpoſitis per omnia elementa voluntatis tuæ diffundis affectum: hos quoque famulos tuos ſpeciali affectu intueri digneris, ut tuis obſequiis expediti ſanctis altaribus miniſtri puri clareſcant, & indulgentiæ prioris gradu eorum quos Apoſtoli tui in ſeptenarium numerum Beato Stephano duce, atque Spiritu Sancto autore elegerunt, digni exiſtant, & virtutibus univerſis quibus tibi ſervire oportet, inſtructi polleant.

Ad conſummandum Diaconatus officium.

Commune votum permaneat, communis oratio proſequatur,

tur, ut hi totius Ecclesiæ prece, qui in Diaconatus ministerio præparantur, & Leviticæ benedictionis spiritualis conversationis præfulgentes per gratiam sanctificationis eluceant. Per. *Huc usque V. Gradus.*

Missa in die Consecrationis Diaconi.

Ad preces nostras quæsumus Domine propitiatus intende, & Levitæ tui sacris altaribus servientes, & fidei veritate fundati, & mente sint spirituali conspicui. Per &c.

Super Oblata. Suscipe quæsumus Domine hostias Levitarum tuorum quibus Mentium integritates tuo nomini consecratas, & terrenis contagiis expiari, & cælestibus contulisti propinquare consortiis. Per Dominum nostrum.

Infra Actionem. Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus pro famulis tuis, quos ad Diaconatus ordinem promovere dignatus es, quæsumus Domine placatus suscipias, ut quod eis divino munere contulisti, in eis propitiatus dona custodi, diesque nostras.

Benedictio. Benedicat vos Deus misericordia plenus pietate ~~immensus~~, majestate gloriosus, virtute præcipuus. Multiplicetur pax in diebus vestris ~~saturitas~~ in tempore, temperies in aere, fructus in germine, ut dum vos pius miserator locupletat, & in suam hereditatem propitius introducat. Amen.

Benedicat in vobis Dominus imagines quas plasmavit, & det misericordiam, quam promisit, custodiatque animas vestras quas redemit, servando gratiam quam profudit, ut impleatis quæ præcepit, & ille custodiat, quod donavit *Amen.* Quod ipse.

Postcommunio. Hæc nos Communio Domine, purget a crimine, & cælestibus remediis faciat esse consortes. Per Dominum &c.

Legatur lectio Danielis. & Diacon. ut supra.

Coll. Actiones nostras quæsumus Domine, & aspirando præveni ; & adjuvando prosequere, ut cuncta nostra operatio,

& a te

& a te semper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Dominum &c.

Item ad Missam dicat Episcopus.

Dominus vobiscum. Diaconus. ut supra. *Coll.*

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium, concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per Dominum &c.

Ordinatio Presbyterorum.

Presbyteri cum ordinantur, Episcopo eos benedicente, & manus super capita eorum tenente, etiam omnes Presbyteri, qui præsentes sunt, manus suas super scapulas eorum teneant, & Archidiaconus nomina eorum, & Sanctorum titulorum, locis in congruis, prout decet, denominat.

Oratio super Presbyteros dum ordinantur.

Oremus dilectissimi Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos, quos ad Presbyterii munus elegit, cælestia dona multiplicet, & quæ ejus dignatione suscipiunt, ipsius digne exequantur auxilio. Per Dominum &c.

Alia. Exaudi nos Domine Deus noster, & super hos famulos tuos benedictionem S. Spiritus, & gratiæ Sacerdotalis effunde virtutem, ut quos tuæ pietatis aspectibus offerimus consecrandos perpetua muneris tui largitate consequaris. Per &c.

Consecratio Presbyteri. Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo. Sursum corda. *Resp.* Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino. *Resp.* Dignum, & justum est. Vere, quia dignum, & justum est æquum, & salutare, nos tibi semper, & ubique gratias agere, Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, honorum autor, & distributor omnium dignitatum &c. *prorsus ut in antiquissimo Corbejensi, semel tantum hic est*, quæsumus, *quod a Corbejensi abest. Deinde hic ubique locutio in plurali, quasi plures proponuntur ordinandi; In Corbejensi in singulari. Statim finita Consecratione sequitur.*

Modo convertat ſtolam in collo, & induatur Caſula.

Per hæc indumenta, ſtolam, & Caſulam ſalutis indui merearis, & æternæ perpetuitatis plenitudinem cum ſanctis Sacerdotibus Chriſto miniſtrante capeſcere valeas.

Benedictio poſt Caſulas ſuper omnes.

Benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti deſcendat ſuper vos, & in his Sacerdotalibus veſtibus induti, protecti, & muniti eſſe valeatis ab omnibus impugnationibus malignorum Spirituum, & ſitis benedicti in nomine Domini noſtri, & in virtute Spiritus Sancti, in ordine Sacerdotali, & offeratis hoſtias placabiles pro peccatis, atque offenſionibus omnipotenti Deo, cui eſt honor, & gloria.

Conſecratio manuum. Conſecrentur manus iſtæ, quæſumus Domine, de oleo Sancto, & de Chriſmate Sancto, & ſanctificentur per iſtam unctionem, ſanctamque benedictionem, ut quæcumque benedixerint, benedicta ſint, & quæcumque ſanctificaverint, ſanctificata permaneant.

Ungatur caput. Ungatur caput tuum, & conſecretur cæleſti benedictione in ordine Sacerdotali, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. ~~Amen. Pax tibi.~~

Item benedictio manuum Sacerdotum.

Benedic Domine has manus, & ſanctifica Sacerdotum tuorum ill. ad conſecrandas hoſtias, quæ pro delictis, atque negligentiis populi offeruntur, & ad cætera benedicenda, quæ ad uſus Populi neceſſaria ſunt, & præſta quæſumus, ut quæcumque benedixerint, benedicantur, & quæcumque ſacraverint, ſacrentur Salvator.

Conſummatio. Presbyterorum. Sit nobis communis oratio fratres, ut hi, qui in adjutorium, & utilitatem veſtræ ſalutis eliguntur, Presbyteratus benedictionem divini muneris indulgentia conſequantur, & Sancti Spiritus ſacerdotalia dona privilegio virtutum, ne impares loco deprehendantur, obtineant. Per Dominum &c.

Item

Digitized by Google

Item alia. Sanctificationum omnium autor, cujus vera consecratio, cujus plena benedictio est. Tu Domine super hos famulos tuos *ill.* quos Presbyteratus honore dedicamus, gratiam tuæ benedictionis infunde, ut gravitate actuum probent se esse omnium seniores, his instituantur disciplinis, quas Tito, & Timotheo Paulus instituit, ut in lege tua omnipotens Deus die, ac nocte meditantes quod legerint, credant; quod crediderint, doceant, & quod docuerint imitentur. Justitiam, constantiam, misericordiam, fortitudinem in se ostendant, exemplo probent, admonitione confirment, ut purum, atque immaculatum ministerii donum custodiant, & per obsequium plebis tuæ, vel corpus, corpore, vel sanguine Filii tui immaculata benedictione transformentur, & inviolabilem charitatem, & in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, in die Justitiæ æterni judicii, conscientia pura, fide plena, Spiritu Sancto pleni appareant. Per Dominum.

Modo legatur Epistola, Tractus, & Evangelium.

Et tunc offerant omnes sacras oblationes.

Super oblata. Præsentibus sacrificiis Domine jejunia nostra sanctifica, ut quod observantia nostra profitetur extrinsecus, intrinsecus operetur.

Præfatio. V. D. &c. æterne Deus illuminator, & redemptor animarum nostrarum. Qui nos per primum Adam abstinentiæ lege violata paradiso ejectos, fortioris jejunii remedio ad antiquæ patriæ beatitudinem per gratiam revocasti, nosque pia institutione docuisti, quibus observationibus a peccatis omnibus liberemur. Quem laudant Angeli.

Benedictio. Deus fons indulgentiæ suscipiat propitius litationem abstinentiæ vestræ. Amen.

Impleat corda vestra suarum delectationibus hostiarum, & det vobis posse suis parere præceptis. Amen.

Ut quod non potestis carnali ex infirmitate perficere,

ipsius

ipsius gratiæ ubertate mereamini adimplere. Amen.

Quod ipse præstare dignetur.

Ad complendum. Sanctificationibus tuis omnipotens Deus, & vitia nostra curentur, & remedia nobis æterna proveniant. Per.

Postea sequitur in Codice Missa in anniversario die Ordinationis, sive Consecrationis Presbyteri, quæ proposito nostro nihil omnino conducit. Deinde ceteras anni Dominicas, & festa prosequitur Codicis autor. Ordinationem autem Episcopi longe alio loco, & sedem refert, capite scilicet 15. in ipso fere Codicis initio. Diffuse autem, & minute admodum, ritus omnes, & eorum circumstantias explicat, quarum nonnullæ, & admodum probabile est, paucis antequam scriberetur ille Codex, invaluerant. Sacramentaria enim isto decentis annis vetustiora, atque etiam recentiora earum nullam faciunt mentionem. Quicquid sit, ea ordinationis Episcopalis, ut continetur in illo Codice, ritus integer.

ELECTIO.

Quomodo a Clero, & a Populo eligitur Episcopus in propria Sede cum consensu Regis, Archipræsulisque, omniumque Populo.

DOmino, Francorumque meritis coæquandum Patri Patrum, Domino N. Præsuli Summo, cunctus Clerus, omnisque populus Sanctæ *ill.* Ecclesiæ multimodam in Domino optamus salutem. Igitur quoties aliqua plebs vestræ ditioni subdita a proprio fuerit viduata Pastore, non aliunde, nisi a vobis est implorandum auxilium, quem ad hoc divina præordinavit Majestas, ut non solum vestros specialiter pascatis filios, sed etiam Rectores non habentibus, & spirituali pabulo indigentibus Pastores tribuatis. Quapropter ad vestræ sanctitatis paternitatem fiducialiter nostras fundimus preces, poscentes videlicet, ut hunc *ill.* summæ honestatis humilem ve-

vestrum famulum, nobis Pontificem ordinare dignemini. Cujus conversationem, & mores in quantum cognovimus laudamus, & ad tam dignum opus idoneum testificamus. Et quandiu ad benedictionem Episcopali immunes sumus, ejus doctrina, & exemplo roborati, ad viam salutis Domino miserante, quasi perdita ovis, & inventa, redituros nos credimus. Quod decretum nostris manibus roboratum *ill.* Ecclesiæ vestræ vobis dirigere statuimus. Anno Incarnat. Domini, & Episcopatus vestri, & Regis *ill.* annis illorum. Indictione tali. Datarum tali.

Oratio ab Archiepiscopo dicenda post Electionem super Electum, & super se.

Oremus, fratres, ut Deus, & Dominus noster Jesus Christus, nos, & Electum nostrum gratia Spiritus Sancti illustrare dignetur. Per Dominum.

Sequitur ammonitio Episcopi.

Hæc solita mente, & studio vigilanti conserva, & tibi commissis nota facere cura, ut unanimes uno ore conlaudetis Dominum de suis erga vos beneficiis, cui exhibendus est honor & gloria, per omnia.

Præmissio. In nomine Altithroni Conditoris, regis æterni, ego N. humilis Christi famulus licet indignus ad Episcopalem *ill.* Ecclesiæ sedem electus ad regendam eam, deoque servatam, suppliciter confiteor cum omnipotentis Dei Auxilio, & quantam voluerit mihi gratiam superna Sapientia revelare, & vitam commodare in hoc sæculo, quod ego Sanctæ Salvatoris mundi *ill.* & venerando Patriarchæ *ill.*, ejusque successoribus, quem superna prævidet gratia, & nobis prædestinat in Patrem, devota, & fideli mente semper deservire, & obedire desidero, stabilemque me esse permansurum sine aliqua dissimulatione, & deceptatione omnibus diebus, quamdiu spiritus est in naribus meis, & vita comes fuerit, nunquam ad dexteram, neque ad sinistram ab illa sede *ill.* Ecclesiæ,

quæ

quæ caput est, sed sine aliquo scrupulo diabolicæ fraudis, & humili devotione, & sincera mente, illo præfato petri *ill.* & successoribus ejus, quem divina gratia ad illam sanctam Sedem prædestinavit Episcopum, deservire, & obedire omnibus viribus meis Deo omnipotenti confiteor. Et illam sanctam Apostolicam Fidem, quam Patres nostri digne servaverunt cum omni humilitate, & obedientia divina simul, & humana, sicut Prædecessores mei ipsa Sede sancta Eccl.siæ Christi subjecti sunt, semper servare me velle humiliter per omnia fateor. Et quod illi hic, & ibi juste plebi Dei prædicaverunt, & custodiendo impleverunt, hoc prædicare, & observare non cesso, favente, & volente pio Domino, & Salvatore nostro Jesu Christo.

Item ammonitio post promissionem.

Memor sis sponsionis, & desponsationis Ecclesiasticæ, & dilectionis Domini Dei tui in die, qua assecutus es hunc honorem. Cave ne obliviscaris illius.

Benedictio ad Annulum Episcopi.

Creator, & conservator humani generis, dator gratiæ spiritualis, largitor æternæ salutis, tu Domine permitte tuam benedictionem super hunc annulum, ut armata virtute cælestis defensionis proficiat illis ad æternam salutem.

Hic detur annulus in digito.

Accipe ergo annulum discretionis, & honoris fidei signum, ut quæ signanda sunt, signes, & quæ aperienda sunt, aperias, quæ liganda sunt, liges, quæ solvenda sunt, solvas, atque credentibus per fidem baptismatis, lapsis autem, sed Pœnitentibus per ministerium reconciliationis januas regni cælestis aperias: cunctis vero de thesauro Dominico, nova, & vetera proferas, ad æternam salutem omnibus, consolatus gratia Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre, & Spiritu Sancti vivit, & regnat.

Be-

Digitized by Google

Benedictio Baculi.

Tu Baculus noſtræ, & Rector per ſecula vitæ.
Iſtum ſanctifica pietatis jure bacillum.
Quo mala ſternantur, quo ſemper recta regantur.

Hic detur Paſtoralis Baculus.

Accipe baculum ſacri regiminis ſignum, & imbecilles conſolides, titubantes confirmes, pravos corrigas, rectos dirigas in viam ſalutis æternæ, habeaſque poteſtatem erigendi dignos, cooperante Domino noſtro Jeſu Chriſto.

Item alia datio. Accipe baculum Paſtoralis officii, & ſis in corrigendis vitiis ſæviens: in ira judicium ſine ira tenens, cum iratus fueris, miſericordiæ reminiſcens. Per.

Modo ſurgendi ſunt, & incipiatur Introitus.

Eligit te Dominus ſibi in Sacerdotem. *Pſal.* Exaudiat te Deus. *Ad* ℟. Mittat tibi. *Al.* ſicut fuit cum Moyſi. *Pſal.* Exaudiat te Deus. *A.* Benedixit te hodie Deus. *Pſal.* Deus Deorum.

Oratio ad Miſſam in die.

Oremus dilectiſſimi nobis, ut huic viro ad utilitatem Eccleſiæ provehendo benignitas omnipotens Dei gratiæ ſuæ tribuat largitatem. Per. *Epiſtola* Chariſſimi, fidelis ſermo. Si quis Epiſcopatum deſiderat. ℟. memor ſit omnis Sacrificii tui. ℣. Mittat tibi Dominus. ℟. Immola Deo. *Tr.* Deſiderium. *All.* Diſpoſuit. *All.* Diffuſa eſt gratia.

Hic ordinandus eſt Epiſcopus antequam legatur Evangelium poſt Alleluja. Et tunc debent duo Epiſcopi deducere illum per manus extra Secretarium in præſentia Archiepiſcopi ante Altare, & proſternens ſe, & ceteri faciant Litanium. Finita tenentes librum Evangelii ſuper ſcapulas, & Archiepiſcopus benedicant eum.

Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus, & quod humilitatis noſtræ gerendum eſt miniſterio, tuæ virtutis impleatur effectu. Per.

Digitized by Google

Alia. Propitiare supplicationibus nostris, & inclinato super hunc famulum tuum cornu gratiæ Sacerdotalis, benedictionis tuæ in eo effunde virtutem. Per Dominum.

Consecratio ab Archiepiscopo solo dicenda.

Deus honorum omnium, Deus omnium dignitatum, quæ gloriæ tuæ sacris famulantur ordinibus: Deus, qui Moysen famulum tuum secreti familiaris affatu inter cetera cælestis, &c. *prorsus ut in aliis Corbejensibus, & aliis jam sæpius hîc editis: sed post hæc verba.* puritas dilectionis, sinceritas pacis, *& ad finem hæc inseruntur, quæ in duobus quoque antiquissimis, & in antiquo Rotomagensi, & in Caetani similiter referuntur.*

Sint speciosi munere tuo pedes ejus ad Evangelizandam pacem, ad Evangelizandum bona tua. Da ei Domine mysterium reconciliationis in verbis, & factis, & virtutibus & signis, & prodigiis. Sit sermo ejus prædicatio, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis. Da ei Domine claves regni Cælorum. Utatur, nec glorietur potestate, quam tribuis in ædificationem, non in destructionem. Quodcumque ligaverit super terram, sit ligatum & in cælis. Et quodcumque solverit super terram, sit solutum & in cælis. Quorum detinuerit peccata, detenta sint, & quorum dimiserit, tu dimittas. Qui benedixerit ei, sit benedictus, & qui maledixerit ei, maledictionibus repleatur. Sit fidelis ei servus, & prudens, quem constituas Dominum super familiam suam, ut det illis cibum in tempore necessario, ut exhibeat omnem hominem perfectum. Sit sollicitudine impiger, sit spiritu fervens. Oderit superbiam, diligat veritatem, nec eam unquam deserat, aut lassitudine, aut timore superatus. Non ponat lucem tenebras, nec tenebras lucem. Non dicat malum bonum, nec bonum malum. Sit sapientibus, & insipientibus debitor, & fructum de profectu omnium consequatur. Tribuas ei Domine Cathedram Episco-

Digitized by Google

scopalem &c. *ut in aliis omnibus ad finem usque. Altera consecrationis formula, quæ sequitur, habetur quoque in antiquo Rotomagensi eodem modo.*

Item alia super Episcopo.

Pater Sancte omnipotens Deus, qui per Dominum nostrum Jesum Christum ab initio cuncta creasti, & postmodum in fine temporum secundum pollicitationem, quam Abraham Patriarcha noster acceperat, Ecclesiam quoque Sanctorum Congregatione fundasti, ordinatis rebus, per quas legibus a te datis disciplinæ religio regeneretur: Præsta ut hic famulus tuus sit ministeriis, cunctisque fideliter gestis officiis dignus, ut antiquitus instituta Sacramentorum possit mysteria celebrare: Per te in summum ad quod assumitur Sacerdotium consecretur: sit super eumdem benedictio tua, licet manu nostra sit. Præcipe Domine huic pascere oves tuas, ac tribue, ut commissi gregi custodia solicitus Pastor invigilet: Spiritus huic sanctus tuus cælestium Chrismatum divisor adsistat, ut sicut ille electus gentium Doctor instituit, sit justitia non indigens, benignitate pollens, hospitalitate diffusus: servet in exhortationibus sacritatem, in persecutionibus fidem, in charitate patientiam, in veritate constantiam. In hæresibus, ac vitiis omnibus odium sciat, in æmulationibus nesciat. In judiciis gratiosum esse sinas, & gratum esse concedas. Postremo omnia a te largiter discat, quæ salubriter tuos doceat. Sacerdotium ipsum opus esse existimet, non dignitatem. Proficiant ei honoris augmenta, etiam ad incrementa meritorum, ut per hæc sicut apud nos nunc adscisitur in Sacerdotium, ita apud te postea adsciscatur in regnum. Per Dominum.

Tunc debet ei manus unguere.

Unguantur manus istæ, & sanctificentur, & in te Deo Deorum ordinentur. Unguo has manus oleo sanctificato, & chrismate unctionis purificato, sicut unxit Moyses verbo oris

manus Sancti Aaron germani sui, & sicut unxit Spiritus Sanctus per suos flatus manus omnium Sacerdotum : & sicut Jesus Salvator omnium nostrorum sanctas manus suorum Apostolorum, ita unguantur manus, & sanctificentur, & consecrentur, ut in omnibus sint perfectæ, in nomine tuo, Pater, filiique, atque æterni Spiritus Sancti, qui es unus, ac summus Deus omnium vivorum, & mortuorum, manens in secula seculorum. *Tunc debet ei caput ungere.* Unguatur, & consacretur caput tuum cæléfti benedictione in ordine Pontificali. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Pax tibi. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Domine Jesu Christe, ut præelegisti Apostolos tuos, ut doctrina nobis præessent, ita etiam vice Apostolorum Episcopos doctrinam docere, & benedicere, & erudire digneris, ut immaculatam vitam, & illæsam conservent, quatenus Spiritus Sanctus septiformis veniat super eos, & super nos omnes, & virtus altissimi sine peccato una custodiat nos, & omnis benedictio, quæ in Scripturis sanctis scripta est super nos pariter veniat, & confirmet nos Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, ut habeamus vitam æternam in secula seculorum.

Et tunc legatur Evangelium secundum Lucam.

In illo tempore facta est contentio. *Et tunc offerat Panem, & Vinum ipse, & omnes, offert.* Inveni David servum meum. Memor sit Dominus. *Off.* Gloria, & honore.

Super oblata. Hæc Hostia, Domine quæsumus mundet nostra delicta, & ad sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet.

Infra actionem. Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus, etiam pro famulo tuo *ill.* quem ad Episcopatum ordinem promovere dignatus es, quæsumus Domine, ut placatus accipias, ac propitius in eo tua dona custodias, ut quod divino consecu-

tus

tus est munere, divinis effectibus exequatur, dieſque noſtros in tua.

Benedictio Epiſcopalis in die.

Deus qui Populis indulgendo conſolaris, da ſpiritum Sapientiæ, quibus tradidiſti regimen diſciplinæ. *Amen.* Et de profectu Sanctarum ovium fiant gaudia æterna Paſtorum, & de electione eorum gaudeant ſimul in æternum. *Amen.*

Et quidem dierum noſtrorum numeros, temporumque menſuras, Majeſtatis tuæ poteſtate diſpenſas, ad humilitatis noſtræ reſpice ſervitutem, & pacis tuæ abundantiæ tempora noſtra prætende, & conſerva. *Amen.*

Collatis quoque in nos per gratiam tuam propitiare muneribus, & quem feciſti gradu Epiſcopali ſublimem, fac operum perfectione tibi eſſe placabilem. *Amen.*

Atque in eum affectum dirige cor plebis, & Præſulis, ut nec Paſtori obedientia gregis, nec gregi unquam deſit cura Paſtoris. *Amen.*

Quod ipſe præſtare dignetur.

Et tunc communicant omnes Epiſcopi ad manus Archiepiſcopi.

Com. Letificabimur in ſalutari tuo, & in nomine Domini Dei noſtri magnificabimur. *Com.* Beatus ſervus.

Ad complendum. Plenum, quæſumus Domine, in nobis remedium tuæ miſerationis operare, & tales nos eſſe perfice, ut propitius nos ubique fovere digneris. Per Dominum &c.

Tunc mittendus eſt in Cathedra, & hæc dicenda oratio.

Omnipotens Pater Sancte, Deus æterne, Tu omnem ordinem dignatus es in cæleſtibus Sedibus ordinare, ut ait Pſalmiſta, Domine in æternum permanet Verbum tuum in cælo, Angelos, & Archangelos ſuo tibi ordine mancipari; in veteris Teſtamenti privilegio, Moyſen, & Aaron, & Samuel inter eos in Sacerdotibus ſuis, qui invocant nomen ejus Patriarchas, Prophetas perungi ordinaſti: In novo per filium tuum

tuum Jesum Christum, Apostolos Sanctos suis omnibus elegisti. Primum Petrum Apostolum in Cathedra honoris, & Mathiam ejusdem consortem in Apostolatum, atque Cathedram honoris enumerasti, & in numero Sanctorum omnium Apostolorum evocasti, & ut Spiritus Sanctus ait per Prophetam. In Cathedra Seniorum laudent Dominum: divino nutu æque de aliis hæc illis contigerunt. Et tu Domine pro tua immensa misericordia in nostris temporibus: Da similem gratiam fratri nostro ill. ad instar Sanctorum Apostolorum tuorum sedentium in Cathedra honoris, & dignitatis, ut in conspectu Majestatis tuæ dignus honore appareat. Per eumdem.

Orationes, quæ dicendæ sunt a Domno Papa super Archiepiscopum ante Pallium.

Deus omnipotens Pater, qui non propriis suffragantibus meritis, sed sola ineffabili gratiæ tuæ largitate, istum famulum tuum ill. populo tuo præesse jussisti, tribue eum per gratiam Spiritus Sancti tui tibi digne persolvere ministerium Sacerdotalis officii, & Ecclesiasticis convenienter servire ministeriis, plebemque commissam ad gloriam tui nominis, te in omnibus protegente, gubernare concede. Per Dominum.

Item alia. Deus innocentiæ restitutor, & amator, dirige hunc famulum tuum ill. Spiritus tui fervore, ut in fide inveniatur stabilis, & operibus tuis efficax. Illuminare eum lumine sapientiæ: munda eum, & sanctifica. Da ei consilium rerum, doctrinam sanctam, ut qui eum inter summos Sacerdotes voluisti numerare: Concede ut quod humano ore eum voluisti vocari, hoc in conspectu tuo per gratiam tuæ pietatis possit fieri, ut cum Electis tuis æternæ vitæ beatitudinem percipere mereatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. *Hic detur Pallium.*

Consecratio per Pallium.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, Rex Regum, & Dominus Dominantium, clementiam tuam humiliter

Digitized by Google

ter exoramus, nec non & unigeniti filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui omnes æterno Pontificatu ſupereminens, ſolus ſine macula Sacerdotale miniſterium implevit, ſimulque Sancti Spiritus, cujus ſeptiformis gratia largiente, a minoribus uſque ad majora per gradus aſcendentem ſupernæ pietatis tuo gremio grata nter ſuſcipias. Et quia nobis indignis, quos Sedis Apoſtolicæ, ſummæque Miniſtros ſervitutis non exigentibus meritis, ſed dono clementiæ tuæ conſtituiſti, ſalutaribus indumentis, ad ſacri altaris officium foras veſtitus in præſenti apparet, ab omnibus criminum contagiis caſtigatus perpetua ſpiritus tui ſanctificatione intus impleri mereatur; vivique fontis fluentibus irrigatum, virtutum fructibus creſcere, & coram omnibus clareſcere concedas, ut ejus vita, aliis poſſit exempla præbere. Sit ei honor Pallii ornamentum animæ: & unde advenit faſtigium viſibile, inde floreſcat amor inviſibilis. Tua divina potentia eum corroboret, tui filii virtus viſcera ejus fecundet, tui ſpiritus gratia interiora ejus impleat: Per te firmitatem Fidei Catholicæ non ſolum ſibimet ſervandi, ſed etiam alios docendi cauſa conſervet. Per te Cathedræ Epiſcopalis Eccleſiæ univerſalis ſcutum, non ſolum a ſpiritibus, ſed etiam a corporalibus hujus ſeculi adverſitatibus habere mereatur. Per te Apoſtolicæ dignitatis in cælis, & in terris ſolvendi, & ligandi non ſolum corpora, ſed & animas divina ditatus gratia dominium ſuſcipiat, ut ita dignis ſucceſſibus devote degens ad deſtinata Sanctis præmia perveniens, æternam accipiat beatitudinem. Per.

SACRARUM ORDINATIONUM.

Ritus ex antiquo octingentorum annorum Codice Thuano decerptus.

HÆC ex antiquo Miſſali annorum circiter octingentorum. Sane omnino ſcriptus eſt ante ſeptingentos annos. Pertinet ad Bibliothecam Thuanam. Notatur n. 537. inſcribitur ini-

initio. In nomine Domini incipit liber Sacramentorum de circulo anni a S. Gregorio Papa Romano editus, qualiter Missa Romana celebratur. *Præclare scribitur, & initium quinque primis paginis magnificentissime. In aliquot foliis, quæ initium illud præcedunt, eadem manu, charactere, & atramento descripta sunt, quæ sequuntur. Pluribus istum Codicem descripsimus in Commentario nostro historico de Sacramento Pœnitentiæ ubi varios Codices, quibus usi fueramus, enarramus pag. 72.*

Exhortatio, & ordo Professionis ordinandorum Sacerdotum.

Primitus cum venerint ordinandi Clerici ante Episcopum, debet Episcopus inquirere unumquemque, si natura prudens, vel si Electus a Populo sit, si literatus, si bene doctus, quoniam si cæcus cæco ductum præbet, ambo in foveam cadunt: Et Apostolus, si quis ignorat, ignorabitur. Si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si domui suæ bene præesse sciat, si sacerdotes, & testes habeat bonos, qui eum testificentur ad hunc gradum dignum esse accipiendum. ~~Et ante omnia~~, si fidei documenta pleniter sciat. Et tunc demum in conspectu Episcopi, vel Cleri, sive populi polliceri debet, quæ subter inserta sunt, ideſt, ut orationem Dominicam, & credo in Deum intelligat, & fidem Catholicam, quam S. Athanasius, & cæteri Sancti Patres composuerunt, pleniter sciat, & populis rationabiliter tradat. Et ut sacras scripturas quotidie meditetur, & Populum doceat; ut intentus sit lectioni assiduæ, ut castitatem servet, ut fœminas secum habitare, aut domum suam frequentare non permittat: ut testes secum habeat assidue, qui suum conversationis testimonium reddant. Ut eleemosinarius, hospitalis, humilis, benignus, misericors, largus, Ecclesiasticus prædicator, visitator infirmorum, & carcerum recluſorum, sive opprimentium sit. Insuper ut Ecclesiam suam in officiis divinis, ideſt, in Missis, Nocturnis Matutinis, primis, vel secundis, tertiis,

sex-

Digitized by Google

sextis, nonisque, Vesperis Completoriis, frequentare non negligat, & hæc officia, prout melius potest peragat cum Clericis Religiosis, & luminariis, & fabricis, & signis, & instructuris, tam bene, & pleniter, atque rationabiliter, prout potest, ornet. Ut populum ad eam, vel ad se venientem bene recipiat, & instruat. Ut baptismum non faciat, nisi duobus temporibus, ideſt, Pascha, & Pentecosten, nisi causa infirmitatis. Ut infirmos visitet ungendo eos oleo Sancto, & oret pro eis oratione convenienti. Ut canones pleniter discat, & intelligat. Ut Ecclesia una, ideſt, sua cui ordinatus est, contentus sit. Ut supplantator alicujus Sacerdotis per aliquod ingenium occulte, vel manifeste non fiat. Ut sine jussione sui Episcopi extra suam Ecclesiam non proficiscatur. Ut decimas ad alterius Ecclesiam pertinentes non usurpet.

Incipit Ordo de Sacris Ordinibus.

Ostiarii cum ordinantur, postquam ab Archidiacono instructi fuerint, qualiter in domo Dei debeant conversari, ad suggestionem Archidiaconi tradat eis Episcopus claves Ecclesiæ de altari dicens; sic agite quasi reddituri Deo rationem pro his rebus, quæ istis clavibus recluduntur. Et tradat eis Archidiaconus ostium Ecclesiæ.

Benedictio Ostiarii. Oratio.

Deum Patrem omnipotentem suppliciter deprecemur, ut hos famulos suos benedicere dignetur, quos in officium Ostiarii eligere dignatus est, ut sit eis fidelissima cura in diebus, ac noctibus ad distinctionem horarum certarum ad invocandum nomen Domini, adjuvante Domino nostro Jesu Christo, qui cum eo vivit, & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti per omnia secula seculorum.

Item benedictio ejusdem. Dominus vobiscum. Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus benedicere digneris hos famulos Ostiarios, ut inter Janitores Ecclesiæ pareant ob-

sequia, & inter Electos tuos partem tuæ mereantur habere mercedis. Per Dominum.

Ordinatio Lectoris.

Lectores cum ordinantur, faciat de illis verbum Episcopus ad plebem, indicans eorum fidem, ac vitam, atque ingenium. Posthaec expectante plebe tradat eis Codicem, de quo lecturi sunt, dicens. Accipite, & estote verbi Dei relatores, habituri si fideliter, & utiliter impleveritis officium partem cum his, qui verbum Dei ministraverint. Eligunt vos fratres vestri, ut agnoscatis officium vestrum, & impleatis illud. Potens est enim Deus, ut augeat vobis gratiam.

Benedictio Lectoris. Oratio. Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris famulos tuos hos in officium Lectoris, ut assiduitate Lectionum distincti, atque ornati, & agenda dicant, & dicta opere compleant, & in utroque sanctæ Ecclesiæ consulant. Per Dominum.

Ordinatio Exorcistæ.

Exorcistæ cum ordinantur, accipiant de manu Episcopi Libellum, in quo scripti sint exorcismi, dicente sibi Episcopo. Accipite, & commendate memoriæ, & habetote potestatem imponendi manum super Energumenum sive baptizatum, sive Cathecumenum.

Præfatio Exorcistæ. Oratio. Deum Patrem omnipotentem supplices deprecemur, ut hos famulos suos benedicere ✠ dignetur in officium Exorcistarum, ut sint spirituales Imperatores ad abiiciendos Dæmones de corporibus obsessis cum omni nequitia eorum multiformi. Adjuvante Domino nostro Jesu Christo, qui cum eo vivit, & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti per omnia secula seculorum. Amen.

Benedictio Exorcistæ. Dominus vobiscum. Domine Sancte Pater, omnipotens æterne Deus, benedicere ✠ digneris hos famulos tuos in officium Exorcistæ, ut per impositionem manuum, & oris officium eos eligere digneris, ut

impe-

imperium habeant ſpirituum immundorum coercendo, & probabiles ſint medici Eccleſiæ, gratiæ curationum virtute confirmati. Per.

Ad Acolythum.

Acolythi cum ordinantur, primum ab Epiſcopo doceantur, qualiter in officio ſuo agere debeant, ſed ab Archidiacono accipiant Ceroferarium cum cereo, ut ſciant ſe ad accendenda Eccleſiæ luminaria mancipari. Accipiant & urceolum vacuum, ad fundendum vinum in Euchariſtiam Corporis Chriſti.

Benedictio ad Acolythum. Oratio. Omnipotens ſempiterne Deus, fons lucis, & origo bonitatis, qui per Jeſum Chriſtum filium tuum, lumen verum mundum illuminaſti, ejuſque paſſionis myſterio redemiſti, benedicere ✠ dignare hos famulos tuos, quos in Acolythi officium conſecramus. Poſcentes tuam clementiam, ut eorum mentes, & lumine ſcientiæ illuſtres, & pietatis tuæ rore irriges, ut ita perceptum miniſterium, te auxiliante peragant, qualiter ad æternam remunerationem pervenire mereantur. Per eumdem Dominum &c.

O R D O

Qualiter in Romana Sedis Apoſtolicæ Eccleſia, Presbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi ordinandi ſunt.

MEnſis primi, quarti, ſeptimi, & decimi Sabbatorum die in duodecim lectionibus ad Sanctum Petrum ubi Miſſæ celebrantur. Poſtquam Antiphonam ad Introitum dixerint, prætermiſſo Kyrie eleiſon, data oratione, adnuntiat Pontifex in Populum dicens. Auxiliante Domino Deo, & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, eligimus hos viros ad ſacros Ordines promovendos in ordinem Diaconii, ſive Presbyterii, illum Subdiaconum, ſive Diaconum de titulo illo: illum Presbyterum de titulo illo: Si quis autem habet aliquid

contra hos viros pro Deo, & propter Deum cum fiducia exeat, & dicat. Verum tamen memor sit communionis suæ. Ergo quia nihil illis objicitur oremus pro eisdem viris, ut Dominus noster Jesus Christus tribuat eis donum consacrationis, & Spiritus Sancti, ad laudem nominis sui, & utilitatem sanctæ Ecclesiæ. Et post modicum intervallum. Mox incipiunt omnes Kyrie eleison cum Litania. Hac expleta ascendunt ipsi electi ad sedem Pontificis, & benedicit eos, ad quod vocati sunt, & descendentes stant in ordine suo benedictione percepta.

CAPITULUM S. GREGORII PAPÆ.

Sicut qui invitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus removendus, sic qui ultro ambit, vel importune se ingerit, est procul dubio repellendus. Nam qui nititur ad altiora conscendere, quid agit nisi ut crescendo decrescat? Cur non perpendit, quia benedictio illi in maledictum convertitur, quia ad hoc ut fiat Hæreticus promovetur. Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, Patenam de manu Episcopi accipiat vacuam, & Calicem vacuum: De manu Archidiaconi accipiat Urceolum cum aqua manili, ac manutergio.

Ad Subdiaconum ordinandum.

Exhibeatur in conspectu Episcopi Patena, & Calix vacuus; Et dicat Episcopus. Videte cujus vobis ministerium traditur, & ideo si usque nunc fuistis tardi ad Ecclesiam, a modo debetis esse assidui. Si usque nunc somnolenti, a modo vigiles. Si usque nunc ebriosi, a modo debetis esse sobrii; Si usque nunc inhonesti, a modo casti. Oblationes, quæ veniunt in altari, Panes propositionis appellantur. De ipsis oblationibus tantum debet in altari poni, quantum populo possit sufficere, ne aliquid putridum in Sacrario remaneat. Pallæ vero, quæ sunt in subtratorio, in alio vase debent lavari, in alio corporales pallæ. Ubi pallæ corporales lavatæ fuerint,

Digitized by Google

rint; nullum tamen interea ibidem aliud debet lavari. Ipsa aqua in baptisterium debet vergi. Ideo vos admoneo, ut tales vos exhibeatis, ut Deo placere possitis, & tradat ei Calicem, & Patenam.

Ordinatio Subdiaconi. Oremus Deum, ac Dominum nostrum, ut super servos suos ill. quos ad Subdiaconatus officium vocare dignatus est, infundat benedictionem, ✠ & gratiam suam, ut in conspectu suo fideliter servientes, prædestinata sanctis præmia consequantur, auxiliante Domino nostro Jesu Christo, qui cum eo vivit, & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti, per omnia secula seculorum.

Benedictio Subdiaconi. Dominus vobiscum. Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus ✠ benedicere digneris famulos tuos hos quos ad Subdiaconatus officium eligere dignatus es, ut eos sacrario tuo sancto strenuos, sollicitosque cælestis militiæ instituas, & sanctis altaribus fideliter subministrent, & requiescat super eos spiritus sapientiæ, & intellectus, Spiritus consilii, & fortitudinis, ~~Spiritus scientiæ~~, & pietatis; Repleas eos Spiritu timoris tui, & eos ministerio divino confirmes, & obedientes facto, atque dicto parentes tuam gratiam consequantur. Per Dominum nostrum.

Oratio ad ordinandum Diaconum.

Dominus vobiscum.

Oremus dilectissimi Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos, quos ad sacrum ordinem dignatur assumere ✠ benedictionis suæ gratiam clementer effundat, eisque donum consecrationis indulgeat, per quod eos ad præmia æterna perducat, auxiliante Domino Jesu Christo.

Alia Oratio. Exaudi Domine preces nostras, & super hos famulos tuos Spiritum tuæ ✠ benedictionis emitte, ut cælesti munere ditati, & tuæ gratiam possint majestatis acquirere, & bene vivendi aliis exemplum præbere. Per Dominum.

Consecratio. Adesto quæsumus omnipotens Deus, hono-

rum

rum dator, ordinum distributor, officiorumque dispositor, qui in te manens innovas omia, & cuncta disponis, per verbum, veritatem, sapientiamque tuam Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum sempiterna providentia præparas, & singulis quibusque temporibus aptanda dispensas. Cujus corpus Ecclesiam tuam cælestium gratiarum varietate distinctam, suorumque connexam discrimine membrorum, per legem mirabilem totius compaginis unitam, in augmentum templi tui crescere, dilatarique largiris; sacri muneris servitutem trinis gradibus ministrorum nomini tuo militare constituens, electis ab initio Levi filiis, qui mysticis operationibus domus tuæ fidelibus excubiis permanentes, hereditatem benedictionis æternæ sorte perpetua possiderent: super hos quoque famulos tuos, quæsumus Domine placatus intende, quos tuis sacrariis servituros in officium Diaconii supplices dedicamus. Et nos quidem tamquam homines divini sensus, & summæ rationis ignari, horum vitam, quantum possumus æstimamus. Te autem Domine, quæ nobis sunt ignota, non transeunt. Te occulta non fallunt. Tu cognitor secretorum, Tu scrutator es cordium, tu eorum vitam cælesti poteris examinare judicio, quo semper prævales, & admissa purgare, & ea, quæ sunt agenda concedere. Emitte in eos quæsumus Domine Spiritum Sanctum, quo in opus ministerii fideliter exequendi septiformis gratiæ munere roborentur. Abundet in eis totius forma virtutis, autoritas modesta, pudor constans, innocentiæ puritas, & spiritualis observatio disciplinæ. In moribus eorum præcepta tua fulgeant, ut suæ castitatis exemplo, imitationem sancta plebs acquirat. Et bonum conscientiæ testimonium proferentes, in Christo firmi, & stabiles perseverent, digniſque successibus de inferiori gradu per gratiam tuam capere potiora mereantur. Per Dominum nostrum.

Oratio quando Diaconus capit stolam. Accipe stolam candidam, ut agnoscas officium tuum, & impleas illud. Potens est enim Deus augere tibi gratiam. *Ora-*

Digitized by Google

Oratio ad ordinandum Presbyterum.

Dominus vobiscum.

Oremus dilectissimi Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos, quos ad Presbyterii munus elegit, cælestia dona multiplicet, auxiliante Domino nostro Jesu Christo qui cum eo vivit, & regnat Deus per omnia secula seculorum.

Alia. Exaudi nos quæsumus Domine Deus noster, & super hos famulos tuos ✠ benedictionem Sancti Spiritus, & gratiæ Sacerdotalis effunde virtutem, ut quos tuæ pietatis aspectibus offerimus consecrandos, perpetua muneris tui largitate consequaris. Per Dominum &c.

Consecratio. Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, honorum autor, & distributor omnium dignitatum, per quem proficiunt universa, per quem cuncta firmantur, amplificatis semper in melius naturæ rationalis incrementis per ordinem congrua ratione dispositum; unde & sacerdotales gradus, atque officia Levitarum sacramentis mysticis instituta creverunt, ut cum Pontifices Summos regendis populis præfecisses, ad eorum societatis, & operis adjumentum, sequentis ordinis viros, & secundæ dignitatis eligeres. Sic in eremo per septuaginta virorum prudentium Mentem Moysis Spiritum propagasti, quibus ille adjutoribus usus in populo, innumeras multitudines facile gubernavit. Sic in Eleazarb & Ithamar paternæ plenitudinis abundantiam transfudisti, ut ad hostias salutares, & frequentioris officii Sacramenta ministerium sufficeret Sacerdotum. Hac providentia Domine Apostolis filii tui Doctores fidei comites addidisti, quibus illi orbem totum fecundis prædicatoribus impleverunt. Quapropter infirmitati quoque nostræ, Domine, hæc adjumenta largire, qui quanto magis fragiliores sumus, tanto his pluribus indigemus. Da quæsumus Pater in hos famulos tuos Presbyterii dignitatem, innova in visceribus eorum Spiritum Sanc-

i ..

ctita-

ctitatis. Acceptum a te Deus secundi meriti munus obtineant, censuramque morum exemplo suæ conversationis insinuent. Sint probi cooperatores ordinis nostri. Eluceat in eis totius forma justitiæ, ut bonam rationem dispensationis sibi creditæ reddituri, æternæ beatitudinis præmia consequantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Consecratio manuum Sacerdotis. Consecrentur manus istæ, quæsumus Domine, & ✠ Sanctificentur per istam unctionem, & nostram ✠ benedictionem, ut quæcumque benedixerint, benedicta sint, & quæcumque sanctificaverint, sanctificentur.

Item alia. ✠ Benedic Domine, & sanctifica has manus Sacerdotis tui ad consecrandas hostias, quæ pro delictis, atque negligentiis populi offeruntur, & ad cætera benedicenda, quæ ad usus populi necessaria sunt. Et præsta quæsumus omnipotens Deus, ut quæcumque benedixerint, benedicta sint, & quæcumque sanctificaverint, sanctificata sint. Qui vivis, & regnas Deus per omnia secula seculorum Amen.

Mementote fratres, & filii hujus diei nostræ consecrationis: habentes quoque semper memoriam mei.

Benedictio Episcoporum.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens Deus, & quod humilitatis nostræ gerendum est ministerio, tuæ virtutis impleatur effectu. Per Dominum &c.

Alia. Propitiare Domine supplicationibus nostris, & inclinato super hunc famulum tuum cornu gratiæ Sacerdotalis, benedictionis tuæ in eo effunde virtutem. Per Dominum nostrum.

Consecratio. Deus honorum omnium, Deus omnium dignitatum, quæ gloriæ tuæ sacratis famulantur ordinibus, Deus qui Moysen famulum tuum secreti familiaris affatu inter cætera cælestis documenta culturæ, de habitu quoque indumenti Sacerdotalis instituens, electum Aaron mystico amictu vestiri

Digitized by Google

ſtiri inter ſacra juſſiſti; ut intelligentiæ ſenſum de exemplis priorum caperet ſecutura poſteritas, ne eruditio doctrinæ tuæ ulli deeſſet ætati, cum & apud veteres reverentiam ipſa ſignificationum ſpecies obtineret, & apud nos certiora eſſent experimenta rerum, quam ænigmata figurarum. Illius namque Sacerdotii anterioris habitus, noſtræ mentis ornatus eſt. Et pontificalem gloriam, non jam nobis honor commendat veſtium, ſed ſplendor animarum. Quia & illa, quæ tunc carnalibus blandiebantur obtutibus, ea potius, quæ in ipſis erant intelligenda poſcebant. Et idcirco huic famulo tuo, quem ad Summi Sacerdotii miniſterium elegiſti, quæſumus Domine, gratiam largiaris, ut quidquid illa velamina in fulgore auri, in nitore gemmarum, in multimodi operis varietate ſignabant, hoc in ejus moribus, actibuſque clareſcat. Comple in Sacerdote tuo myſterii tui ſummam, & ornamentis totius glorificationis inſtructum, cæleſtis unguenti flore Sanctifica ✠. Hoc Domine copioſe in ejus caput influat ✠, (1) hoc in oris ſubjecta decurrat ✠, hoc in totius corporis ~~extrema deſcendat~~, ut tui Spiritus ~~virtus, & interiora~~ ejus repleat, & exteriora circumtegat. Abundet in eo conſtantia fidei, puritas dilectionis, ſinceritas pacis. Tribuas ei Cathedram Epiſcopalem ad regendum Eccleſiam, & plebem univerſam. Sis ei autoritas, ſis ei firmitas, ſis ei poteſtas. Multiplices ſuper eum benedictionem, & gratiam tuam, ut ad exorandam miſericordiam tuam, tuo munere ſemper idoneus, tua gratia poſſit eſſe devotus. Per &c.

Super oblata. Hæc hoſtia Domine quæſumus, emundet noſtra delicta, & ſacrificium celebrandum ſubditorum tibi corpora, menteſque ſanctificet. Per Dominum &c.

(1) *Hic eſt in margine Codicis, ſed alia plane, & recentiore manu dum datur annulus*. Accipe annulum fidei ad Confirmandam Eccleſiam Sanctam Dei. *dum baculus datur*. Accipe baculum ſalutis, ut ſcias timentium corda reprimere, & infirmantium relevare in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Digitized by Google

Infra actionem. Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus etiam pro famulo tuo ill. quem ad Epiſcopatus ordinem promovere dignatus es, quæſumus Domine, ut placatus accipias, & propitius in eo tua dona cuſtodias, ut quod divino munere conſecutus eſt, divinis effectibus exequatur. Dieſque noſtros.

Ad completa. Hæc nos communio Domine purget a crimine, & cæleſtis remedii faciat eſſe conſortes. Per Dominum &c.

SACRARUM ORDINATIONUM
Ritus ex Codice annorum ſeptingentorum ætatem ſuperante decerptus.

CO dicem illum, cum Romæ eſſem utendum mihi conceſſit ſenex venerabilis doctus, piuſque Conſtantinus Caetanus Abbas, vir dum viveret, Literarum, & antiquitatis amans. Ordinem continet divinorum officiorum ab Italo Romæ vicino compoſitum. Proprie non eſt ordo Romanus, nonnunquam enim illum refert, ab eoque ſuos diſſentire aſſeverat. Nonnunquam etiam librum Sacramentorum commemorat, eoque Lectorem remittit. Sed illius autor in Diœceſi Romæ contermina vixit: Ideo Romanos ritus ſui temporis perpetuo explicat, & quando ſui variabant, aliquando adnotat. Idem etiam fatebitur, de ordine Romano jam pluries in Bibliotheca Patrum edito, qui eum diligenter verſaverit. Noſter iſto eſt multo brevior, ſimplicior, ceremonias conciſe magis, & anguſte enarrans, præcedentibus tamen multo diffuſior. Scripturæ character annis ſeptingentis non potuit eſſe minor. Ceremonias ut communes, & vulgo uſitatas explicat, quæ ab annis prope ſexcentis obſoleverunt. Verbi cauſa Sabbato Paſchæ, ubi baptiſmi ritum explicat, ſic monet. Illud autem de parvulis providendum eſt, ne poſtquam baptizati fuerint ullum cibum accipiant, neque lactentur ſine ſumma neceſſitate, antequam communicent Sacra-

Digitized by Google

cramento Corporis Christi. *Eamdem admonitionem, & iisdem verbis, & eodem loco, proponit Romanus ordo editus. Cum enarrat ritum Missæ solemnis ab Episcopo celebratæ Presbyteros nobis repræsentat in altari concelebrantes, & Diaconos cum Presbyteris de manu Episcopi celebrantis Corpori, & Sanguini Jesu Christi communicantes, qui ritus in Oriente huc usque celebris est, sed in Occidente abhinc sexcentos annos vix illius memoria, si Ordinationum solemnitatem excipias, in qua antiqui moris umbram aliquam videre est. Præter hanc solemnitatem postremi hunc morem diu observarunt Summi Pontifices cum Cardinalibus in majoribus festis Missam celebrantes. Verba quibus hæc effert Codex, non videtur supervacaneum huc referre.* Statimque Episcopo dicente per omnia secula seculorum; accipiat *Archidiaconus* benedictionalem librum, & conversus ad populum, dicat; humiliate vos ad benedictionem, & Clero respondente: Deo Gratias, porrigat Episcopo librum. Expleta autem benedictione, veniens Presbyter accipiat pacem ab Episcopo, eamdem caeteris obtaturus. Diaconus vero sumens Calicem, ac Patenam porrigat, quam ille Acolytho ad tenendum præbeat. Ipse autem Diaconus tenens Calicem, & fistulam stet ante Episcopum usque dum ex Sanguine, & Corpore Christi quantum voluerit sumat, & sic Calicem, & fistulam Subdiacono commendet. Quo protinus in sinistrum cornu altaris pergente, Acolytus ibi cum Patena coram Episcopo consistat: Presbyteri vero, & Diaconi osculando Episcopum Corpus Christi ab eo manibus accipiant in sinistra parte altaris communicaturi. Subdiaconi autem osculando manum Episcopi, ore accipiant Corpus Christi ab eo. Post quam vero Diaconi in sinistro cornu altaris de Sanguine Christi communicaverint, venientes Subdiaconi ordinatim accipiant Sanguinem ab Archidiacono, manus ejus osculantes. Et idem Archidiacono nimis caute procurandum est, ne quid in calice, aut Patena Sanguinis vel Corporis Christi remaneat. *Ex*

Digitized by Google

antiquo præterea more, & perpetuo Episcopus populo benedicebat triplici benedictione, dicto solemniter, per omnia sæcula sæculorum, non autem ut nunc moris est, post ultima Missæ verba, cujus nunc vestigia apparent cum Corpus Christi in Missa propter tum communicaturam plebem consecratur. Audivi in quibusdam Ecclesiis Cathedralibus occurrente solemniore aliquo festo Episcopum eodem Missæ loco ex antiquis libris populo benedicere. Fistula autem, cum qua Christi Sanguis sumitur, utitur nonnunquam Pontifex cum solemnissime celebrat, hocque ut inusitatum, & grande quid suspicitur, quod erat antiquitus tritum, & vulgatum. Plura sunt ejusmodi quibus Codicis antiquitas commendari potest. Ordine Romano edito duabus de Causis mihi videtur antiquior, primum quod ille omnia prope hujus verba contineat, sed pluribus in locis, & fere ubique multa insuper addat, quod in hujusmodi libris certæ novitatis est argumentum. Deinde quod ille hoc sit longe ordinatior. His accedit, quod hic rituum antiquorum mentionem faciat, de quibus ille sileat, utpote obsoletis. Codex noster multis erat mutilatus; atque etiam ab initio. Sacrarum tamen ordinationum præter pauca, & pauci momenti nihil deperiit. Quæ supersunt, ab iis in hunc modum ordiuntur, atque Codex, ut nunc extat, sic incipit.

Oremus dilectissimi fratres Dominum nostrum Jesum Christum pro famulo suo, qui ad deponendam comam capitis sui pro ejus amore festinat, ut donet ei Spiritum Sanctum, qui habitum Religionis in eo perpetuum conservet, & a mundi impedimento, vel seculari desiderio cor ejus defendat, ut sicut immutatur in vultu, ita manus dextera ejus, ei virtutis tribuat incrementa, & ab omni cæcitate spirituali vel humana, oculos ejus aperiat, & lumen ei æternæ gratiæ concedat: Qui vivis.

Dum tondes eum dicis Antiphonam. Tu es Deus, qui restitues mihi hereditatem meam. *Vers.* Dominus pars hereditа-

Digitized by Google

ditatis meæ, & Calicis mei. Et repetant, Tu es Deus. Gloria Patri, & repetatur. Tu es Deus. *Antiphon.* Hic accipiet benedictionem a Domino, & misericordiam a Deo salutari suo; quia hæc est generatio quærentium Dominum. *Psalm.* Domini est terra usque in finem.

Oratio. Omnipotens sempiterne Deus, propitiare peccatis nostris, & ab omni servitute secularis habitus hunc famulum tuum N. emunda, ut dum ignominiam secularis habitus deponit, tua semper in eum perfruatur gratia, & sicut similitudinem coronæ tuæ eum gestare fecimus in capite, sic tua virtute hereditatem subsequi mereatur æternam in corde. Per &c.

Postquam Tonsuratus fuerit.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut hic famulus tuus N. cujus hodie comam capitis pro divino amore deposuimus, in tua dilectione perpetuo maneat, & eum sine macula in sempiternum custodias. Per &c.

Oratio ad barbam tondendam.

Deus cujus providentia omnis creatura incrementis adulta congaudet, preces nostras super hunc famulum tuum N. juvenilis ætatis decore lætantem, & primis auspiciis attondendum, exaudi, ut in omnibus protectionis tuæ munitus auxilio, ævoque largiori provectus, cælestem benedictionem accipiat, & præsentis vitæ præsidiis gaudeat, & futuræ. Per Dominum &c.

Incipit de officiis Clericorum, & de singulis septem Ordinibus.

Ostiarium oportet percutere cymbalum, & aperire Ecclesiam, & Sacrarium, & librum aperire ei, qui prædicat.

Lectorem oportet legere ea, quæ prædicat, & lectiones cantare, & benedicere panem, & omnes fructus novos.

Exorcistam oportet abjicere Dæmones, & dicere populo, qui non communicat, ut det locum; & aquam in ministerio effundere.

Aco-

Acolythum oportet Ceroferarium ferre, & luminaria accendere, & vinum & aquam in Euchariſtiam miniſtrare.

Subdiaconum oportet præparare aquam ad adminiſtrationem altaris, & miniſtrare Diacono.

Diaconum oportet miniſtrare ad altare, & baptizare.

Sacerdotem oportet offerre, & benedicere, præeſſe, prædicare; & baptizare.

Epiſcopum oportet judicare; interpretari, & conſecrare, conſummare, ordinare, offerre, & baptizare.

Hæc autem ſingulis gradibus obſervanda ſunt tempora.

Si ab infantia Eccleſiaſticis miniſteriis ſtudium dedit inter lectores, uſque viceſimum ætatis annum continua obſervatione perduret. Si majore ætate jam acceſſerit, ita tamen ut poſt baptiſmum ſtatim ſe divinæ militiæ deſiderat mancipare, ſive inter Lectores, ſive inter Exorciſtas quinquennio teneatur, ac deinde Acolytus, vel Subdiaconus, quatuor annis ſtet, & ſic ad benedictionem Diaconi, ſi mereatur, accedere. In quo ordine quinque annis inculpate, ſi ſe geſſerit, hærere debet. Exinde ſuffragantibus meritis per tot gradus datis Presbyterii, Sacerdotium poterit promereri. De quo loco ſi illum exactior ad bonos mores vita perduxerit, ſummum Pontificatum ſperare debebit: hac tamen lege ſervata, ut digamus, neque Pœnitens ad hos graduspoſſit admitti. Sane ut etiam defenſores Eccleſiæ, qui ex Laicis fiunt, ſuperdicta obſervatione teneantur, ſi meruerint in ordine eſſe Clericatus. Paulus Apoſtolus præcipit Timotheo: manus cito nemini impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis. Quid eſt, cito nemini manus impoſueris, niſi ante maturitatis ætatem, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam diſciplinæ? Et ſicut boni operis comparat fructum, qui rectum ſcrutatur in legendo Sacerdote judicium; ita gravi ſemetipſum afficit damno, qui in ſuæ dignitatis collegio ſublimat indignum.

Pſal-

Digitized by Google

Psalmista, ideſt Cantor, poſtquam ab Archidiacono inſtructus fuerit, qualiter in domo Domini converſari debeat, ad ſuggeſtionem Archidiaconi tradat ei Epiſcopus claves Eccleſiæ dicens ei: Sic agite quaſi reddituri Deo rationem pro his rebus, quæ his clavibus recluduntur.

Et tradat eis Archidiaconus oſtium Eccleſiæ dicens.

Deum Patrem omnipotentem, fratres chariſſimi, ſupplici-ter deprecemur, ut hos famulos ſuos N. benedicere dignetur, quos in Officium Oſtiariorum eligere dignatus eſt, ut ſit eis fideliſſima cura diebus, ac noctibus, ad diſtinctionem horarum certarum, ad invocandum nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti. *Oremus*, & Diaconus. *Flectamus genua*, *levate*. Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere dignare hos famulos tuos N. in officium Oſtiarii, ut inter Janitores Eccleſiæ pareant obſequio, & inter electos tuos partem tuæ mereantur habere mercedis.

Ordinatio Lectoris.

Lector cum ordinatur, faciat de ~~illo verbum~~ ad plebem Epiſcopus, indicans ejus fidem, ac vitam, atque ingenium; poſt hæc expectante plebe, tradat ei Codicem, de quo Lecturus eſt, dicens ad eum:

Accipite, & eſtote verbi Dei relatores, habituri, ſi fideliter, & utiliter impleveritis officium veſtrum, partem cum his, qui verbum Dei miniſtraverunt.

Pronuntiatio. Eligunt vos Fratres veſtri, ut ſitis Lectores in domo Dei veſtri, & agnoſcatis officium veſtrum, & impleatis illud. Potens eſt enim Deus, ut augeat vobis gratiam perfectionis æternæ. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui cum eo, & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus.

Præfatio Lectoris. Oremus, dilectiſſimi, Deum Patrem omnipotentem, ut ſuper hos famulos ſuos N., quos in ordinem Lectorum dignatur aſſumere, benedictionem ſuam clementer effundat, quatenus diſtincte legant, quæ in Eccleſia legen-

Digitized by Google

legenda sunt, & eadem operibus impleant. *Oremus*, & Diaconus: *Flectamus genua*. *Levate*.

Benedictio ejusdem. Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere dignare hos famulos tuos N. in officium Lectorum, ut assiduitate lectionum distincti sint, atque ordinati, & agenda dicant, & dicta opere compleant, ut in utroque sanctæ Ecclesiæ exemplo, sanctitati suæ consulant. Per Dominum nostrum.

Ordinatio Exorcistæ.

Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt Exorcismi, dicente sibi Episcopo: Accipite, & commendate memoriæ, & habetote potestatem imponendi manus super energumenos sive baptizatos, sive Catechumenos.

Præfatio. Deum Patrem omnipotentem, fratres charissimi, supplices deprecemur, ut hos famulos suos N. benedicere dignetur in officium Exorcistarum, ut sint spirituales Imperatores ad abjiciendos dæmones ex corporibus obsessis, cum omni nequitia eorum multiformi per Unigenitum Filium suum Dominum nostrum, qui vivit, & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti. Per &c.

Oremus. Et Diaconus: *Flectamus genua*. *Levate*. Sequitur Benedictio.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere dignare hos famulos tuos N. in officium Exorcistarum, ut per impositionem manuum, & oris officium, potestatem, & imperium habeant abjiciendi Spiritus immundos, & probabiles sint Medici Ecclesiæ tuæ, gratia curationum, virtuteque cælesti confirmati. Per Dominum nostrum.

Ordinatio Acolythi.

Acolythus cum ordinatur, primum ab Episcopo doceatur, qualiter in officio suo agere debeat, & accipiat ab eo Ceroferarium, dicente sibi Episcopo. Accipite Ceroferarium

cum

Digitized by Google

cum cereo, & ſciatis vos ad accendenda Eccleſiæ luminaria mancipari.

Accipiat & urceolum vacuum, dicente ſibi. Accipite urceolum ad ſuggerendum vinum in Euchariſtiam Sanguinis Chriſti.

Præfatio. Deum Patrem omnipotentem, fratres chariſſimi, ſuppliciter deprecemur, ut hos famulos ſuos N. benedicere dignetur in ordinem Acolythorum, quatenus lumen viſibile manibus præferentes, lumen quoque ſpirituale moribus præbeant.

Oremus. Et Diaconus. *Flectamus genua.* Sequitur. Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui per Jeſum Chriſtum Filium tuum, & Apoſtolos ejus, in hunc mundum lumen claritatis miſiſti, quique ut mortis noſtræ antiquum aboleres chirographum, gloriofiſſime illum Crucis vexillo affigi, ac Sanguinem, & aquam ex latere illius pro ſalute generis humani effluere voluiſti; benedicere dignare hos famulos tuos N. in officium Acolythorum, ut ad accendendum lumen Eccleſiæ tuæ, & ad ſuggerendum vinum, & aquam ad conficiendum Sanguinem Chriſti Filii tui, in offerenda Euchariſtia, ſanctis altaribus tuis fideliter ſubminiſtrent. Accende, Domine, mentes eorum, & corda ad amorem gratiæ tuæ, ut illuminati vultu ſplendoris tui fideliter tibi in Sancta Eccleſia inſerviant. Per Dominum.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui ad Moyſen, & Aaron locutus es, ut accenderentur lucernæ in tabernaculo teſtimonii, benedicere, & ſanctificare dignare hos famulos tuos, ut ſint Acolythi in Eccleſia. Per &c.

Omnipotens ſempiterne Deus, fons lucis, & origo bonitatis, qui per Jeſum Chriſtum Filium tuum, lumen verum, mundum illuminaſti, eumque Paſſionis myſterio redemiſti, benedicere dignare hos famulos tuos N., quos in officium Acolythorum conſecramus, poſcentes clementiam tuam, ut

Digitized by Google

eorum mentes & lumen scientiæ illustres, & pietatis tuæ rore irriges, ut ita perceptum ministerium, te auxiliante peragant, qualiter ad æternam remunerationem pervenire mereantur. Per Dominum nostrum.

Ordinatio Subdiaconi.

CAPITULUM S. GREGORII.

Sicut qui invitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus admovendus; sic qui ultro ambit, vel importunus se ingerit, est procul dubio repellendus. Nam qui nititur ad altaria conscendere indignus, quid agit, nisi ut crescendo decrescat? Cur non perpendit quia benedictio illius in maledictum convertitur? Quia ad hoc ut fiat hæreticus promovetur?

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, Patenam de manu Episcopi vacuam accipiat; similiter & Calicem vacuum; de manu vero Archidiaconi accipiat urceolum cum aqua manili, ac manutergium dicente sibi Episcopo.

Videte cujus ministerium vobis traditur; & ideo si usque nunc fuistis tardi ad Ecclesiam, ja modo debetis esse assidui. Si usque nunc ebrioſi, a modo sobrii. Si usque nunc inhonesti, a modo casti. Oblationes, quæ veniunt ad altare, panes propositionis appellantur. De ipsis oblationibus tantum debet in altari poni, quantum populo possit sufficere; ne aliquid putridum in Sacrario remaneat. Pallæ vero, quæ sunt in subſtratorio altaris, in alio vase debent lavari, in alio corporales pallæ. Ubi autem pallæ corporales lotæ fuerint, nullum linteamen ibidem debet lavari, ipsa aqua in baptisterium debet mergi. Ideo admoneo, ut vos exhibeatis ita ut Deo placere possitis.

His dictis, sequitur Præfatio.

Oremus Deum ac Dominum nostrum, fratres charissimi, ut supra famulos suos N., quos ad Subdiaconatus officium vocare

Digitized by Google

care dignatus est, infundat benedictionem suam, & gratiam, ut in conspectu ejus fideliter servientes prædestinata Sanctis præmia consequantur.

Oremus. Et Diaconus: *Flectamus genua*.

Benedictio Subdiaconi. Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere dignare hos famulos tuos, quos ad Subdiaconatus officium eligere dignatus es, eos in Sacrario tuo sancto strenuos solicitosque cælesti militiæ instituas excubitores, sanctisque altaribus tuis fideliter subministrent, & requiescat super eos Spiritus sapientiæ & intellectus; Spiritus consilii & fortitudinis; Spiritus scientiæ & pietatis. Repleas eos Spiritu timoris tui, & eos ministerio divino confirmes, ut obedientes facto, atque dicto parentes, tuam gratiam consequantur. Per &c.

O R D O

Qualiter in Romana Ecclesia Diaconi, Presbyteri eligendi sunt, Mense primo, quarto, septimo & decimo.

SAbbatorum die in duodecim lectionibus * * S. Petrum * * Postquam Antiphonam ad Introitum dixerint, data oratione, & expletis omnibus ex more, veniat Archidiaconus, & offerat eum Pontifici, qui ordinandus est, ita dicendo.

Postulat mater Ecclesia, ut hunc præsentem Subdiaconum ad onus Diaconi * * vel Presbyterii ordinetis. *Interrog.* Scis illum dignum esse? R. *Off.* Quantum humana fragilitas nosse sinit, & scio, & testificor ipsum dignum esse ad hujus onus officii. Et tunc annuntiat ante Evangelium Pontifex in populo, dicens ad omnes.

Auxiliante Domino Deo & Salvatore nostro Jesu Christo, eligimus hunc in ordinem Diaconi. Si quis autem habet aliquid contra illum, pro Deo, & propter Deum cum fiducia exeat, & dicat; Verumtamen memor sit conditionis suæ.

Tunc prosternat se Pontifex cum Archidiacono ante al-

Digitized by Google

tare ſuper ſtramenta cum his, qui conſecrandi ſunt ** la imponat Letaniam qu * * * at * ſe, & aſcendant ..... ad Sedem Pontificis, & benedicat eos ad quod vocati ſunt, & deſcendant, & ſtent in ordine ſuo. Benedictione accepta, Archidiaconus imponat Evangelium, & cætera ex more. Et omnes, qui ordinati ſunt, oblationes deferant ad manus Epiſcopi, & ab eo conſecratas accipiant.

Ordinatio Diaconi.

Diaconus cum ordinatur, ſolus Epiſcopus, qui eum benedicit, manus ſuper caput ejus ponat, quia non ad Sacerdotium, ſed ad miniſterium conſecratur, & alloquitur populum his verbis.

Commune votum, communis oratio proſequatur, ut hi per totius Eccleſiæ precem, quia in Diaconatus miniſterio præparantur, Leviticæ benedictionis ordine clareſcant, & ſpirituali converſatione præfulgentes, gratia ſanctificationis eluceant, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre.

Præfatio: Oremus, dilectiſſimi, Deum Patrem omnipotentem, ut ſuper hos famulos ſuos N. quos ad officium Diaconatus aſſumere dignatus eſt, benedictionis ſuæ gratiam clementer effundat, & conſecrationis indultæ propitius dona conſervet, & preces noſtras clementer exaudiat, ut quæ noſtro gerenda ſunt miniſterio, ſuo benignus protegantur auxilio, & quos ſacris miſteriis exequendis pro noſtra intelligentia credimus offerendos, ſua electione juſtificet.

Oremus. Et Diaconus: *Flectamus genua*. *Oratio*.

Adeſto quæſumus, omnipotens Deus, honorum dator, ordinumque diſtributor, ac officiorum diſpoſitor, qui in te manens innovas omnia, & cuncta diſponis per verbum, virtutem, ſapientiamque tuam, Chriſtum Filium tuum Dominum noſtrum, ſempiterna providentia præparans, & ſingulis quibuſque temporibus aptanda diſpenſans: cujus corpus Eccle-

Digitized by Google

cleſiam videlicet tuam, cæleſtium gratiarum varietate diſtinctam, ſuorumque connexam diſtinctione membrorum, per legem mirabilem totius compaginis unitam, in augmentum templi tui creſcere, dilatarique largiris, ſacri muneris ſervitutem trinis gradibus miniſtrorum nomini tuo militare conſtituens, electis ab initio levi filiis, qui in myſticis operationibus, domus tuæ fidelibus excubiis permanentes, hereditatem benedictionis æternæ ſorte perpetua poſſiderent. Super hos quoque famulos tuos N. quæſumus Domine, placatus intende, quos tuis Sacrariis ſervituros in officium Diaconi ſuppliciter dedicamus. Et nos quidem tamquam homines Divini ſenſus, & ſummæ rationis ignari, horum vitam, quantum poſſumus, æſtimamus. Te autem, Domine, ea quæ nobis ſunt ignota, non tranſeunt, te occulta non fallunt: Tu cognitor es ſecretorum: Tu ſcrutator es cordium: Tu eorum vitam cæleſti poteris examinare judicio, quo ſemper prævales, & admiſſa purgare, & ea quæ ſunt agenda, concedere. Emitte in eos, quæſumus Deus, Spiritum Sanctum, quo miniſterii *fideliter* exequendi, ſeptiformis gratiæ tuæ munere roborentur. Abundet in eis totius forma virtutis, autoritas modeſta, pudor conſtans, innocentiæ puritas, & ſpiritualis obſervantia diſciplinæ. In moribus eorum præcepta tua fulgeant, ut ſuæ caſtitatis exemplo imitationem ſanctæ plebis acquirant, & bonum conſcientiæ teſtimonium præferentes, in Chriſto firmi & ſtabiles perſeverent, digniſque ſucceſſibus de inferiori gradu per gratiam tuam capere potiora mereantur. Per Dominum &c.

Ad conſummandum Diaconi officium cum ſtola.

Accipe ſtolam tuam, imple miniſterium tuum, potens eſt enim Deus, ut augeat tibi gratiam ſuam, qui vivit.

Alia. Accipe ſtolam candidatam de manu Domini, ab omnibus vitiorum ſordibus purificatus in conſpectu divinæ Majeſtatis, ut omnibus vita converſationis tuæ præbeat exemplum,

plum, plebſque dicata Chriſti nomine poſſit imitando te, imitationem acquirere juſtam.

Benedictio poſt acceptam ſtolam.

Exaudi Domine preces noſtras, & ſuper hos famulos tuos N. Spiritum tuæ benedictionis emitte, ut cæleſti munere ditati, & tuæ majeſtati gratiam poſſint acquirere, & bene vivendi aliis exemplum præbere. Per &c.

Alia. Domine Sancte, ſpei, fidei, gratiæ, & profectuum remunerator, qui cæleſtibus, & terrenis Angelorum miniſteriis ubique diſpoſitis, per omnia elementa voluntatis tuæ diffundis effectum; hos quoque famulos tuos N. ſpeciali dignare illuſtrare affectu, ut tuis obſequiis expediti ſacris altaribus miniſtraturi puri accreſcant, & indulgentia tua puriores, eorum gradu, quos Apoſtoli tui in ſeptenario numero B. Stephano duce ac prævio, Spiritu Sancto auctore elegerunt, digni exiſtant, & virtutibus univerſis, quibus tibi ſervire oportet, inſtructi complaceant. Per &c.

Ordinatio Presbyteri.

Poſt Lectionem autem, & Tractum, atque Letaniam, parato electo, qui Presbyter ordinandus eſt, Diaconi more orarium tantum, & præſentantibus eum, atque ducentibus duobus Diaconibus uſque ad Presbyteros, & duo Presbyteri ducant ad Sedem Pontificis; & ipſe ſe erigens interrogat, ſi juſtus, & dignus ſit. Illis autem atteſtantibus, eundem dignum & juſtum eſſe, Dei gratia. Eo inclinato imponat manum ſuper caput ejus, & omnes Presbyteri, qui cum eo aſſunt pariter, & ille dat orationem ſuper eum.

Allocutio ad Populum.

Quoniam, dilectiſſimi fratres, rectori navis, & navigio deferendis, eadem eſt vel ſecuritatis ratio, vel timoris, communis eorum debet eſſe ſententia, quorum cauſa communis exiſtit. Nec fruſtra a Patribus reminiſcimur inſtitutum, ut de electione eorum, qui ad regimen altaris adhiben-

Digitized by Google

bendi sunt, consulatur & populus: quia de actu & conversatione præsentandi, quod nonnunquam ignoratur a pluribus, scitur a paucis, & necesse est ut facilius quis obedientiam exhibeat ordinato, cui assensum præbuerit ordinando. Fratrum nostrorum, & Presbyterorum N. conversatio, quantum mihi videtur, probata, ac Deo placita est, & digna, ut arbitror, Ecclesiastici honoris augmento. Sed ne unum fortasse, vel paucos aut decipiat assensio, aut fallat affectio, sententia est expectanda multorum. Itaque quod de eorum actibus aut moribus noveritis, quid de merito censeatis, Deo teste, consulimus. Debet hanc fidem charitas vestra habere, quam secundum præceptum Evangelii, & Deo exhibere debetis, & Proximo, ut his testimonium Sacerdotii magis pro merito, quam affectione aliqua tribuatis, & qui devotionem omnium expectamus, intelligere tacentes non possumus. Scimus tamen quid est acceptabilius Deo, si aderit per Spiritum Sanctum consensus omnium animorum, & ideo electionem vestram debetis publica voce profiteri.

Præfatio. Oremus, dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos N; quos ad Presbyterii munus elegit, cælestia dona multiplicet, & quod ejus dignatione suscipiunt, ipsius consequantur auxilio.

Oremus, & dicat *Flectamus genua*. Sequitur. Exaudi nos; quæsumus Domine Deus noster, & super hos famulos tuos N. benedictionem Sancti Spiritus, & gratiæ spiritualis infunde virtutem, ut quos tuæ pietatis aspectibus offerimus consecrandos, perpetua muneris tui largitate prosequaris.

Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Dominus vobiscum. Et cum, Sursum corda. Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino Deo nostro. Dignum. Vere dignum & justum est, æquum & salutare, nos tibi semper & ubique gratias agere, Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, honorum dator, & distributor om-

omnium dignitatum, per quem proficiunt universa, per quem cuncta firmantur, amplificatis semper in melius naturæ rationalis incrementis per ordinem congrua ratione dispositum. Unde & ad Sacerdotales gradus, atque officia Levitarum Sacramentis mysticis instituta creverunt, ut cum Pontifices Summos regendis populis præfeciſſes, ad eorum societatis, & operis adjumentum, sequentis ordinis viros, & secundæ dignitatis eligeres. Sic & in eremo per septuaginta virorum prudentium mentes Moysis spiritum propagasti: quibus ille adjutoribus usus, in populo innumerabiles multitudines facile gubernavit. Sic Eleazaro & Ithamar filiis Aaron paternæ plenitudinis abundantiam transfudisti, ut ad hostias salutares, & frequentioris officii Sacramenta ministerium sufficeret Sàcerdotum. Hac providentia, Domine, Apostolis filii tui Doctores fidei comites addidisti, quibus illi orbem totum secundis prædicatoribus impleverunt. Quapropter infirmitati quoque nostræ, Domine quæsumus hæc adjumenta largire, qui quanto fragiliores sumus, tanto his pluribus indigemus. Da, quæsumus omnipotens Deus in hos famulos tuos N. Presbyteri dignitatem. Innova in visceribus eorum Spiritum sanctitatis, ut acceptum a te, Deus, secundi meriti munus obtineant, censuramque morum exemplo suæ conversationis insinuent. Sint providi cooperatores ordinis nostri: Eluceat in eis totius forma justitiæ, ut bonam rationem dispensationis sibi creditæ reddituri, æternæ beatitudinis præmia consequantur. Per eumdem. In unitate ejusdem.

Hic reflectatur Orarium super humerum dexterum, dicens ad eum.

Accipe jugum Dei, jugum enim ejus suave est, & onus ejus leve.

Hic veniens cum Casula dicit: Stola innocentiæ induat te Dominus.

Sequitur benedictio. Deus sanctificationum omnium au-

Digitized by Google

auctor, cujus vera consecratio, plenaque benedictio est. Tu, Domine, super hos famulos tuos N., quos Presbyterii honore dedicamus, munus tuæ benedictionis infunde, ut gravitate actuum, & censura vivendi probent se seniores, his institutis disciplinis, quas Tito, & Timotheo Paulus exposuit, ut in lege tua die, ac nocte meditantes, quod legerint credant, quod crediderint doceant, quod docuerint imitentur. Justitiam, constantiam, misericordiam, fortitudinem in se ostendant, exemplo probent ammonitionem, & confirment, ac purum, & immaculatum ministerii sui donum custodiant, & per obsequium plebis tuæ, panem, & vinum in corpus, & sanguinem filii tui immaculata benedictione transforment, & inviolabili charitate in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, in die justi, & æterni judicii, conscientia pura, fide plena, Spiritu Sancto pleni persolvant. Per eundem. In unitate ejusdem Spiritus Sancti.

Expleta autem oratione, ac capiens oleum faciat ✠ *super manus ambas, ita dicendo.*

Consecrare, & sanctificare digneris, Domine, manus istas per istam unctionem, ut quæcumque consecraverint, consecrentur, & quæcumque benedixerint benedicantur, & sanctificentur, in nomine Domini Jesu Christi.

Hoc facto, accipiat Patenam cum oblatis, & Calicem cum vino, dicat: Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, Missamque celebrare tam pro vivis, quam pro Defunctis in nomine Domini.

Benedictio. Benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti descendat super vos, ut sitis benedicti in ordine Sacerdotali, & offeratis placabiles hostias pro peccatis, atque offensionibus populi omnipotenti Deo, cui est honor, & gloria. Per omnia.

Postea sequitur in Codice: Orationes ad Abbatem faciendum, vel Abbatissam, *quas ultro prætermittimus. Ora-*

Digitized by Google

tionibus istis finitis, succedit ritus consecrationis Episcopalis in hunc modum.

In Christi nomine incipit ordo advocandum, & examinandum, seu consecrandum Episcopum.

Sabbati die circa Vesperam, sedente Domino Apostolico in atrio juxta Ecclesiam, venit Archipresbyter indutus Casula cum Clericis illius Ecclesiæ, cui Electus consecrandus est; & flectens genua ante Apostolicum, benedictionem petit dicendo:

Jube Domine benedicere. *Resp.* Apostolicus, nos regat & salvet cælestis conditor aulæ. Archipresbyter autem surgens procedit paululum, & iterum petens benedictionem, genua flectit, & dicit: Jube Domine. *Resp.* Nos Dominus servet, custodiat atque gubernet.

Tertia vero vice benedictionem simili modo petit, dicens: Jube Domine. *Resp.* Gaudia Cælorum det nobis Rector eorum.

Benedictione completa, interrogat eos Domnus Apostolicus: Omnia recte, quod vos fatigastis fratres? *Resp.* Ut Deus & Dominus noster concedat nobis Pastorem. *Interr.* Habetis vestrum? *Resp.* Habemus. *Interr.* Est de ipsa Ecclesia, an de alia? *Resp.* De ipsa. *Interr.* Quo honore fungitur? *Resp.* Presbyteratus. *Interr.* Quot annos habet in Presbyteratu? *Resp.* Decem. *Interr.* Habuit conjugium? ℟. Minime. *Interr.* Dispositit Domui suæ? ℟. Dispositit. *Interr.* Quid vobis complacuit in ipso? ℟. Sanctitas, castitas, humilitas, benignitas, & omnia, quæ placabilia sunt. *Interr.* Habetis decretum? ℟. Habemus. Et dicit Apostolicus: Legatur. Tunc profertur decretum, & legitur hoc modo.

Beatissimo Papæ, & Apostolicæ Sedis dignitate conspicuo, Clerus, & Populus illius Ecclesiæ, totius devotionis famulatum.

Credimus non latere Apostolatus vestri celsitudinem, quod

quod noſtra Eccleſia ſuo ſit viduata Paſtore, ac propter hoc ſolatio proprii ſit deſtituta Rectoris, Quapropter ne Paſtore abſente Grex Dominicus perfidorum luporum morſibus pateret, & ne improbi raptoris fieret præda, communi voto atque conſenſu eligimus nobis in Pontificem illum Presbyterum noſtræ Eccleſiæ: Virum utique prudentem, hoſpitalem, ornatum moribus, caſtum, ſobrium, & manſuetum: Deo, & hominibus per omnia placentem, quem ad Apoſtolatus veſtri dignitatem mittere curavimus, unanimiter poſtulantes, & obſecrantes a veſtra Majeſtate nobis illum ordinare Pontificem, quatenus autore Domino, nobis velut idoneus Paſtor præeſſe valeat, & prodeſſe, noſque ſub ſacro ejus regimine Domino ſemper militare poſſimus. Ut autem omnium noſtrum vota in hanc electionem convenire noſcatis, huic canonico decreto propriis manibus roborando ſubſcripſimus.

Ego ill. ff. Ego ill. ff.

Hoc lecto proſequitur Apoſtolicus.

Videte ne aliquam vobis promiſſionem fecerit: Sciatis, quia Simoniacum eſt, & contra Canones. *Reſp.* Abſit. Et dicit: Ducatur.

Tunc venit ipſe Electus, Planeta indutus, & ter benedictionem petit, ſicut ſuperius. Benedictione expleta, interrogat eum Apoſtolicus:

Omnia recte quod te fatigaſti, frater? Quod ego dignus non fui, iſti Confratres mei elegerunt me ſibi præeſſe Paſtorem. *Interr.* De ipſa Eccleſia es, an de alia? *Reſp.* De ipſa. *Interr.* Quo honore fungeris? *Reſp.* Presbyteratus. *Interr.* Quot annos habes in Presbyteratu? *Reſp.* Decem. *Interr.* Habuiſti Conjugium? *Reſp.* Minime. *Interr.* Diſpoſuiſti Domui tuæ? *Reſp.* Diſpoſui. *Interr.* Qui libri leguntur in Eccleſia tua? *Reſp.* T. Eptaticus Prophetarum, Evangelium, Apocalypſis, Epiſtolæ Pauli, & reliqui. *Interr.* Noſti Canones? *Reſp.* Doce nos, Domine.

Digitized by Google

Et dicit Apostolicus: Vide ordinationes si feceris, ut certis temporibus facias, ideſt, primi, quarti, ſeptimi, & decimi menſis, Bigamos, aut Curiales, aut de ſervili conditione, ad ſacrum Ordinem non promoveas. A Simoniaca vero hæreſi te omnino cuſtodias. Tamen dabitur tibi edictum de ſcrinio noſtro qualiter debeas conſecrari. Vide autem ne aliquam promiſſionem pro hac cauſa feceris, quia Simoniacum eſt; & contra Canones. *Reſp.* Abſit. Et dicit PP: Tu videris. Quia ergo omnium in te vota conveniunt, hodie abſtinebis & cras, Deo annuente, conſecraberis.

Primo vero die progreditur Domnus Apoſtolicus cum Electo, & Clero, & cuncto Populo ad Eccleſiam. *Tunc Cantores incipiunt Introitum*. Elegit te Dominus ſibi in Sacerdotem magnum, & aperiens theſaurum ſuum optimum, & abundare te faciet omnibus bonis. *Pſalmus* Exaudiat te Dominus. *Finito introitu* non dicatur Kyrie, ſed Gloria in Excelſis. *Quo finito*, dicitur: Pax vobis. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oratio. Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus, ut quod humilitatis noſtræ gerendum eſt miniſterio, tuæ virtutis impleatur effectu. Per.

Finita Oratione. Sedeat Domnus Papa in ſua Sede, facto ibi ſilentio, fiat examinatio talis.

Antiqua Sanctorum Patrum inſtitutio docet, & præcipit, ut is, qui ad ordinem Epiſcopatus eligitur, maxime ut legimus in Canone Carthaginenſi, antea diligentiſſime examinetur cum omni charitate, de fide Sanctæ Trinitatis, & interrogetur de diverſis cauſis, vel moribus, quæ huic regimini congruunt, & neceſſaria ſunt retineri ſecundum Apoſtoli dictum: Manus cito nemini impoſueris: & ut etiam is, qui eſt ordinandus antea erudiatur, qualiter ſub hoc regimine conſtitutum oporteat converſari in Eccleſia Dei: Irreprehenſibiles ſint, qui ei manus ordinationis imponunt. Eadem itaque auctoritate, & præcepto interrogamus te, dilectiſſime frater, cha-

Digitized by Google

charitate sincera, si omnem prudentiam tuam, quantum tua capax est natura, Divinæ Scripturæ sensibus accommodare volueris. *Resp.* Ita ex toto corde volo in omnibus obedire, & consentire. *Interrog.* Vis ea, quæ ex Divinis Scripturis intelligis, plebem, cui ordinandus es, & verbis docere, & exemplis? *Resp.* Volo. *Interrog.* Vis traditiones orthodoxorum Patrum, ac Decretales Sanctæ & Apostolicæ Sedis constitutiones reverenter suscipere, docere, atque servare? *Resp.* Volo. *Interrog.* Vis Beato Petro, cui a Domino data est potestas ligandi, atque solvendi, ejusque Vicario, successoribusque ejus fidem, & subjectionem exhibere? *Resp.* Volo. *Interrog.* Vis mores tuos ab omni malo temperare, & quantum poteris, Domino adjuvante, ad omne bonum commutare? *Resp.* Volo. *Interrog.* Vis semper in Divinis esse negotiis mancipatus, & a terrenis negotiis, vel lucris turpibus alienus, quantum te humana hæc fragilitas consenserit posse? *Resp.* Volo. *Interr.* Vis castitatem, & sobrietatem cum Dei auxilio custodire. *Resp.* Volo. *Interr.* Vis humilitatem, & patientiam in temetipso custodire, & alios similiter docere? *Resp.* Volo. *Interr.* Pauperibus, & Peregrinis omnibus indigentibus vis esse propter nomen Domini affabilis, & misericors. *Resp.* Volo.

Tunc dicatur ei. Hæc omnia & cætera bona tribuat tibi Dominus, & custodiat te, atque corroboret in omni bonitate. *Resp.* Amen. *Interr.* Credis secundum intelligentiam, & capacitatem sensus tui Sanctam Trinitatem Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unum Deum omnipotentem, totamque in Trinitate Deitatem, coessentialem & consubstantialem, coæternam, & coomnipotentem, unius voluntatis, potestatis, & majestatis, Creatorem omnium creaturarum, a quo omnia, in quo omnia, per quem omnia, quæ sunt in Cælo, & in Terra, visibilia, & invisibilia, & spiritualia? *Resp.* Assentio, & ita credo. *Interr.* Credis singulam quamque in Sancta Trinitate

Digitized by Google

tate personam, unum verum Deum, plenum & perfectum? *Resp.* Credo. *Interr.* Credis ipsum Filium Dei, Verbum Dei æternaliter natum de Patre, consubstantialem, coomnipotentem, & coæqualem per omnia Patri in Divinitate, temporaliter natum de Spiritu Sancto, & Maria semper Virgine cum anima rationali: Duas habentem nativitates, unam ex Patre æternam, alteram, ex Matre temporalem. Deum verum, & hominem verum, proprium in utraque natura, atque perfectum, non adoptivum, nec phantasticum, sed unicum & unum Filium Dei, in duabus, & ex duabus naturis, sed in unius personæ singularitate, impassibilem, immortalem Divinitate, sed in humanitate pro nobis & pro salute nostra passum vera carnis passione, ac sepultum, ac resurgentem a mortuis tertia die, vera carnis resurrectione. Die quadragesimo post resurrectionem cum carne, qua resurrexerat, cum anima ascendisse in Cælum, & sedere ad dexteram Dei Patris. Inde venturum judicare vivos, & mortuos, & redditurum unicuique secundum opera sua, sive bona fuerint, sive mala. *Resp.* Assentio, & per omnia credo. *Interr.* Credis etiam in Spiritum Sanctum, plenum, & perfectum, verumque Deum, a Patre, & Filio procedentem, coæqualem, & coessentialem, coomnipotentem, & coæternum per omnia Patri, & Filio? *Resp.* Credo. *Interr.* Credis hanc Sanctam Trinitatem, non tres Deos, sed unum Deum omnipotentem, æternum, invisibilem, & incommutabilem? *Resp.* Credo. *Interr.* Credis Sanctam Catholicam & Apostolicam unam esse veram Ecclesiam, in qua unum datur baptisma, & vera omnium remissio peccatorum? *Resp.* Credo. *Interr.* Anathematizas etiam omnem hæresim extollentem se adversus hanc Sanctam Ecclesiam Catholicam? *Resp.* Facio, vel anathematizo. *Interr.* Credis etiam veram resurrectionem carnis, quam nunc gestas, & vitam æternam? *Resp.* Credo. *Interr.* Credis etiam Novi, & Veteris Testamenti, Legis, & Prophetarum, & Apostolorum,

unum

Digitized by Google

unum esse autorem Deum ac Dominum omnipotentem? *Resp.* Credo.

Tunc dicatur ei. Hæc tibi fides augeatur a Domino, ad veram, & æternam beatitudinem, dilectissime frater in Christo. *Resp.* Amen. Hæc solicita mente, & studio vigilante conserva, & tibi commissis nota facere cura, ut unanimes uno ore collaudetis Deum de suis erga vos beneficiis, cui exhibendus est honor, & gloria, per omnia secula seculorum. *Resp.* Amen.

Ita quoque examinatus, & plene instructus, cum consensu Clericorum, & Laicorum, ac Conventus totius Provinciæ Episcoporum, maximeque Metropolitani autoritate, & præsentia, ordinetur. Nullis detur invitis Episcopus, nisi Cleri, plebis, ordinis, consensus, & desiderium requiratur.

His ita peractis duo Episcopi cooperatores ordinis sacri reducant ipsum electum in Sacrarium. Tunc egreditur Archidiaconus cum Acolythis, & Subdiaconibus, & induit ipsum *Electum* Cambagos, Sandalia, Dalmaticam, Planetam, & Manicas.

Interim legitur Apostolus de Epistola B. Pauli Apostoli ad Timotheum.

Charissime, fidelis sermo, si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, pudicum, ornatum, hospitalem, doctorem; non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit. Non neophytum, ne in superbiam elatus, in judicium incidat Diaboli. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, ut doctrinam Dei ornet in omnibus. Me-

Digitized by Google

Memor sit omnis sacrificii ..... Mittat tibi auxilium ..... Alleluja. Et ..... Diffusa est gratia. Desiderium animæ ejus.

Quando induitur Sandaliis dicatur oratio ab Episcopis.

Omnipotens sempiterne Deus, qui es initium, & finis, fac istum famulum tuum N., fratrem scilicet nostrum tua benedictione calceari pedibus istis, in præparationem Evangelii pacis.

Ad Manicas. Immensam clementiam tuam rogamus omnipotens & piissime Deus, ut manus istius famuli tui N. scilicet fratris nostri, sicut exterius obducuntur manicis istis, sic interius aspergantur rore tuæ benedictionis, ut quæcumque per eas sint benedicenda, vel consecranda, per te benedicantur, & consecrentur. Qui vivis.

Ad Dalmaticam. Deus bonorum omnium autor, & largitor, guberna famulum tuum hunc N. fratrem nostrum, ut sicut hoc typico indumento priscorum Patrum ritu latiora vestimenta præsentialiter perstringunt, ita mentis ejus vanæ & vagæ cogitationes, ne in effectum periculosum proveniant, te protegente coerceantur. Præstante.

Episcopo vero designato, solemniter præparato, duo Episcopi casulis induti deportent eum superius juxta altare, & convertens se Ordinator ad populum, faciat sermonem: si velit. Deinde imponat Clerus Litan., & prosternat se Ordinator electi simul cum Electo, & ceteris Episcopis ante altare super stramenta usque dum dicit schola *Agnus Dei*. Ut autem surrexerint, duo Episcopi ponunt, & tenent Evangeliorum Codicem super verticem ejus, & inter scapulas clausum; & uno fundente super eum benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput ejus tangunt, & dicat Ordinator.

Oratio. Adesto supplicationibus nostris omnipotens Deus, & quod humilitatis nostræ gerendum est ministerio,

tuæ

Digitized by Google

tuæ virtutis compleat effectu. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum &c.

Oremus, dilectiſſimi nobis, ut huic viro utilitati Eccleſiæ providens benignitas omnipotentis Dei gratiæ ſuæ tribuat largitatem. Per eum qui &c.

Oratio. Propitiare, Domine, ſupplicationibus noſtris, & inclinato ſuper hunc famulum tuum N. cornu gratiæ Sacerdotalis, benedictionis tuæ in eum effunde virtutem. Per Dominum &c.

Tunc incipit alta voce. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. Surſum corda. *Reſp.* Habemus. Gratias agamus Domino Deo Noſtro. *Reſp.* Dignum, & juſtum eſt. V. D. æterne Deus. Honor omnium dignitatum, quæ gloriæ tuæ ſanctis famulantur ordinibus: Deus, qui Moyſen famulum tuum ſecreti familiaris affatu inter cetera cæleſtis documenta culturæ, de habitu quoque indumenti Sacerdotalis inſtituens electum Aaron myſtico amictu veſtiri inter ſacra juſſiſti, ut intelligentiæ ſenſum de exemplis priorum caperet ſecutura poſteritas, ne eruditio doctrinæ tuæ ulli deeſſet ætati, cum & apud veteres reverentiam ipſa ſignificationum ſpecies obtineret, & apud nos certiora eſſent experimenta rerum, quam ænigmata figurarum. Illius namque Sacerdotii interioris habitus, noſtræ mentis ornatus eſt, & Pontificalem gloriam non jam nobis honor commendat veſtium, ſed ſplendor animarum: Quia & illa, quæ tunc carnalibus blandiebantur obtutibus, ea potius, quæ in ipſis erant intelligenda, poſcebant. Et idcirco huic famulo tuo, quem ad ſummi Sacerdotii miniſterium elegiſti, hanc, quæſumus Domine, gratiam largiaris, ut quidquid illa velamina in fulgore auri, in nitore gemmarum, & in multimodi operis varietate ſignabant: Hoc in ejus moribus, actibuſque clareſcat. Comple in Sacerdote tuo myſterii tui ſummam, & ornamentis totius glorificationis inſtructum, cæleſtis un-

Digitized by Google

guenti flore ſanctifica. *Hic mittatur Chriſma* in capite ejus in modum ✠, & dicatur.

Ungatur, & conſecretur caput tuum cæleſti benedictione in ordine Pontificali. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Pax tibi. *Reſp.* Et cum Spiritu tuo. Hoc, Domine, copioſe in ejus caput influat: hoc in oris ſubjecta decurrat, ut tui Spiritus virtus, & interiora ejus repleat, & exteriora circumtegat. Abundet in eo conſtantia fidei, puritas dilectionis, ſinceritas pacis. Sint ſpecioſi munere tuo pedes ejus ad Evangelizandum pacem, ad evangelizandum bona tua. Da ei, Domine, miniſterium reconciliationis, in verbo & in factis, in virtute ſignorum, & prodigiorum. Sit ſermo ejus, & prædicatio non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis. Da eis, Domine, claves Regni cælorum, ut utatur, non glorietur poteſtate, quam tribuis in ædificationem, non in deſtructionem. Quodcumque ligaverit ſuper terram, ſit ligatum & in cælis, & quodcumque ſolverit ſuper terram, ſit ſolutum & in Cælis: Quorum detinuerit peccata, detenta ſint, & quorum dimiſerit, tu dimittas. Qui benedixerit ei, ſit benedictus, & qui maledixerit ei, maledictionibus repleatur. Sit fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituas tu, Domine, ſuper familiam tuam, ut det illis cibum in tempore opportuno, & exhibeat omnem hominem perfectum. Sit ſollicitudine impiger, ſit ſpiritu fervens, oderit ſuperbiam, humilitatem diligat, nec eam unquam deſerat, ſum laudibus, aut timore ſuperatus. Non ponat lucem tenebras, nec tenebras lucem: non dicat malum bonum; ſit ſapientibus, & inſipientibus debitor, ut fructum de profecto omnium conſequatur. Tribuas ei, Domine, Cathedram Epiſcopalem, ad regendam Eccleſiam tuam, & plebem univerſam. Sis ei autoritas, ſis ei poteſtas, ſis ei firmitas, multiplices ſuper eum benedictionem, & gratiam tuam, ut ad exorandam miſericordiam tuam tuo munere ſemper ido-

idoneus, tua gratia possit esse devotus. Per Dominum nostrum &c.

Consecratio manuum. Ungantur manus istæ de oleo sanctificato, & crismate sanctificationis, sicut unxit Samuel David in Regem & Prophetam, ita ungantur & consecrentur in nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti, facientes imaginem Sanctæ Crucis Salvatoris nostri Jesu Christi, qui nos a morte redemit, & ad Regna Cælorum perduxit. Exaudi nos, pie Pater omnipotens æterne Deus, & præsta, ut quod te rogamus, exoremus. Per &c.

Completa benedictione, confirmet pollicem consecrati cum chrismate, dicens.

Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te Pontificatus sublimari voluit dignitate, ipse te chrismate, & mysticæ delibationis liquore perfundat, & spiritualis benedictionis ubertate fæcundet, ut quidquid benedixeris, benedicatur, quidquid sanctificaveris, sanctificetur, & consecratæ manus istæ, vel pollicis impositio, cunctis proficiant ad salutem. Per &c.

Benedictio annuli. Creator & Conservator humani generis, dator gratiæ spiritualis, largitor æternæ salutis: Tu, Domine, permitte tuam benedictionem super hunc annulum, ut quicumque hoc sacrosanctæ fidei signo insignitus incedit, in virtute cælestis defensionis, ad æternam vitam sibi proficiat. Per &c.

Quando datur annulus dicatur: Accipe annulum discretionis, & honoris, fidei signum, ut quæ signanda sunt, signes, & quæ aperienda sunt, perdas, quæ liganda sunt, liges, quæ solvenda sunt, solvas; atque credentibus per fidem baptismatis, lapsis autem, & Pœnitentibus per ministerium reconciliationis januas Regni cælestis aperias, cunctis vero de thesauro Dominico nova, & vetera proferas, ad æternam salutem hominibus, consolatus gratia Domini nostri.

Digitized by Google

Ad annulum digito imponendum. Accipe annulum, fidei ſcilicet ſignaculum, quatenus ſponſam Dei, ſanctam videlicet Eccleſiam, intemerata fide, ornate, illibate cuſtodias.

Benedictio Baculi. Deus, ſine quo nihil poteſt benedici, vel conſecrári, hunc baculum benedicere dignare, ut quotieſcumque famulus tuus illum geſtando, & te in corde tenendo, per hunc ſuſtentetur & tuæ benedictionis ubertate repleatur. Per &c.

Cum datur Baculus, dicit. Accipe baculum ſacri regiminis ſignum, ut imbecilles conſolides, titubantes confirmes, pravos corrigas, rectos dirigas in viam ſalutis æternæ, habeasque poteſtatem eligendi dignos, & corrigendi indignos, cooperante Domino noſtro.

Tunc dat oſculum. Pontifici, & Diaconibus omnibus. Tenens eum Archidiaconus deponat in Presbyterium, & dat oſculum Epiſcopis, Presbyteris, & tunc jubet eum Dominus Pontifex in capite ſedium Epiſcoporum ſedere. Dominus vero Pontifex redit ad ſedem. Dum autem ſederit, lavat manus, & ponens incenſum in Thymiamaterio dat benedictionem, & ille imponat Evangelium *Secundum Marcum*.

In illo tempore circuibat Jeſus in civitate docens, & convocavit duodecim, & cæpit eos mittere binos, & dabat illis poteſtatem Spirituum immundorum, & præcepit eis, ne quid tollerent in via, niſi virgam tantum, non peram, non panem: neque in Zona æs, ſed calceatos ſandaliis, & ne induerentur duabus tunicis. Et dicebat eis: Quocumque introjeritis in domum, illic manete, donec inde exeatis. Et quicumque non receperint vos, nec audierint vos, exeuntes inde excutite pulverem de pedibus veſtris in teſtimonium illis. Et exeuntes prædicabant, ut Pœnitentiam agerent, & dæmonia multa ejiciebant, & ungebant oleo multos ægros, & ſanabantur.

Item aliud ſecundum Lucam. Facta eſt contentio.

Offer-

Digitized by Google

Offertor. Benedic anima mea. *Off. Secreta.*

Suscipe, Domine, munera, quæ tibi offerimus pro famulo tuo ill., ut propitius in eodem tua dona custodias. Per Dominum &c.

Alia. Hæc hostia, quæsumus Domine, emundet nostra delicta, & ad sacrificium subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per Dominum.

Infra actionem. Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ quam tibi offerimus, etiam pro famulo tuo N., quem ad Episcopatus ordinem promovere dignatus es, quæsumus Domine, ut placatus accipias, & propitius in eo tua dona custodias, ut quod divino munere consecutus est Divinis effectibus exequatur: Diesque nostros.

Benedictio. Benedicat tibi Dominus custodiens te, sicut voluit super populum suum constituere Pontificem; ita & in praesenti seculo felicem, & æternæ felicitatis faciat esse consortem. ℟. Amen. Clerum, ac populum, quem sua voluit opitulatione in tua sanctione congregari, sua dispensatione, & tua administratione per diuturna tempora faciat feliciter gubernare. ℟. Amen.

Quatenus divinis monitis parentes, adversitatibus carentes, bonis operibus exuberantes, tuo ministerio fide obsequentes, & in præsenti seculo pacis tranquillitate fruantur, & tecum æternorum civium consortio potiri mereantur. ℟. Amen.

Cum autem venerit ad communicandum, Dominus Pontifex porriget ei formatam, atque sanctam oblationem integram, suscipiensque eam Episcopus, ipse ea communicat super altare. Quod vero residuum fuerit, sibi reservat denuo ad communicandum unoquoque die, usque quadraginta diebus expletis.

Et postmodum jussus a Domino Pontifice, communicat populum cum cæteris Episcopis.

Cum

Com. Messis quidem multa, Operarii autem pauci.

Rogate ergo Dominum Messis, ut mittat Operarios in Messem suam.

Col. Lætabimur.

Ad complendum. Plenum quæsumus Domine, in nobis remedium tuæ miserationis operare, & tales nos esse perfice propitius, & sic foveri, ut tibi in omnibus placere valeamus. Per Dominum &c.

Postea sequitur Missa pro Episcopo in ipsius ordinatione; qua finita sequitur alia pro eodem Episcopo *in die* ordinationis suæ anniversario; quibus succedit.

Benedictio sacrarum vestium in hunc modum.

Item Benedictio vestimentorum. Sacerdotalium, sive Leviticorum, atque sequentium ordinis ministrantium.

Omnipotens sempiterne Deus: qui per Moysen famulum tuum Pontificalia vestimenta, atque Levitica ad explendum in conspectu tuo ministerium eorum, & ad decorem seu laudem nominis tui fieri decrevisti: Adesto propitius invocationibus nostris; & hæc indumenta famuli, & Sacerdotis tui, desuper gratia tua irrigante, tua ingenti benedictione per nostræ humilitatis servitutem purificare, benedicere, & consecrare digneris, ut divinis cultibus, & sacris ministeriis apta & benedicta existant. His quoque sacris vestibus Sacerdotes, vel Levitæ tui induti, defensi ab omnibus impulsionibus, seu tentationibus malignorum Spirituum esse mereantur, tuisque ministeriis apte & condigne servire, & inhærere, in hisque placide & devote tribue perseverare. Per &c.

Benedictio ad Albam, Planetam, stolam, & cingula.

Domine Deus, Pater omnipotens, Rex & magnificus triumphator, qui per Sanctos Patres nostros, qui tibi in Sacerdotali ordine placuerunt, diversi ordinis ornamenta, & vestimenta Sacerdotalia fieri, & his ornari Sacerdotes tibi servientes jussisti: Exaudi propitius orationem nostram, &

hanc

Digitized by Google

hanc Planetam famuli tui, ac Poderem, ac cingulum, orariumque, dextera tua sancta benedicere, consecrare, sanctificare, & purificare digneris, quatenus hæc vestimenta ministris, & Levitis, ac Sacerdotibus tuis ad Divinum cultum ordinandum, explendumque, proficiant, sanctisque altaribus tuis munde, & ornate in his sacris vestibus ministraturi, irreprehensibiles in actu & vestitu, interius exteriusque appareant, tibique solido puro corde, & mundo corpore, omnibus diebus vitæ suæ, irreprehensibiliter Sanctorum Patrum exempla sequentes, servire valeant, hisque sacris ministeriis secundum tuam voluntatem, quando tibi placuerit, expletis, cælestis regni gloriam cum omnibus sibi commissis percipere mereantur. Per Dominum &c.

Benedictio stolarum.

Deus invictæ virtutis triumphator, & omnium rerum creator ac sanctificator, intende preces nostras, & hanc stolam, sive mappulam, vel Planetam Leviticæ, ac Sacerdotalis gloriæ Ministris tuis fruendis tuo proprio ore benedicere ac sanctificare, & consecrare digneris, omnesque eis utentes, tuisque ministeriis a nobis indignis consecrandos, aptos, & tibi cum eis devote, & amabiliter servientes, gratos efficere dignare. Per &c.

Item Benedictio Corporalium.

Domine Deus, qui jam sanctificare dignatus es hoc genus specierum, quando eo dignatus es involui Corpus Domini nostri Jesu Christi unigeniti tui in beata Passione: Concede, quæsumus per eumdem Dominum, nobis quamquam indignis famulis tuis, ut præsens linteum cœlesti benedictione sanctum & aptum fiat Dominico sepulchro, altari videlicet tuo, ut placabiliter possit in eo poni Corpus, & Sanguis ejusdem Domini nostri Jesu Christi: qui est vita omnium fideliter sumentium, & vivit & regnat tecum Deus in unitate.

Alia. Clementissime Domine, inenarrabilis virtus, cujus

jus myſteria arcanis mirabilibus celebrantur, tribue quæſumus, ut hoc linteamen tuæ propitiationis benedictione ſanctificetur, ad conſecrandum ſuper illud Corpus, & Sanguinem Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui tecum vivit, & regnat &c.

RITUS ANTIQUUS ELECTIONIS, EXAMINIS ET ORDINATIONIS EPISCOPALIS.

Mihi ante duodecim, aut tredecim annos luſtranti Bibliothecam eruditiſſimi Domini de Montchac Tholozatis Archiepiſcopi, libris raris copioſam, contigit incidere in antiquam quamdam Canonum collectionem, vitulina charta conſcriptam, cujus character annorum ſaltem ſexcentorum ætatem arguebat. In fine ad textus erat ritus iſte Ordinationis Epiſcopalis, ſi bene memini, ejuſdem characteris & antiquitatis. Eo lecto dignum judicavi, quem exſcribi curarem. Eoque multos poſt annos relecto, dignum quoque judicavi qui hic inſereretur. Proprie docetur in eo modus electionis Epiſcopalis, & præſentationis electi, qui tum fiebat Archiepiſcopo, ratioque ſcrutinii, & examinis electi, ut ad Ordinationem admitteretur. Nam ea quæ ad Ordinationem ſpecialiter pertinent, obiter, & uno prope verbo ſignificantur. Plura ad Ordinationum materiam ſpectantia non adtexebantur. Hoc fragmento qualecumque ſit. Lector fruatur. Illi multis de cauſis utile fore cenſui. Nonnulla de origine, & Officiis Epiſcoporum antecedebant in illo Codice, quæ ſequuntur, magna ex parte decerpta verbetenus ex c. 5. lib. 2. 5. Iſidori de Officiis Eccleſiaſticis, & Rabani Mauri lib. 1. c. 4. de Inſtitut. Clericorum, & nonnullis Canonibus, quæ, ut hic non neceſſaria prætermiſi.

Ordo qualiter in Sancta Romana Eccleſia Epiſcopus Ordinatur.

Dum a civitate, & loco Epiſcopus fuerit defunctus, populo

pulo civitatis eligitur alius, & fit a Sacerdotibus, Clero, vel populo decretum; & veniunt ad Archiepiſcopum, adducentes ſecum & ſuggeſtionem, hoc eſt, rogatorias Literas, ut eis Epiſcopus conſecretur, quem ſecum deportant. Tunc Archiepiſcopus præcipit Sacellario, vel numenclatori, ut eum ad Archidiaconum dirigat, quatenus inqnirat illum de quatuor capitulis, ſecundum Canones, ideſt de Arſenoquita, quod eſt coitus cum maſculo, pro ancilla Deo ſacrata, quæ a Franciſ nonna dicitur: Pro quadrupedibus, & muliere alio viro conjuncta; aut ſi conjugem habuit ex alio viro, quæ a Græcis dicitur Deuterogamia, & dum nihil eorum ipſe vir conſcius fuerit, Evangeliis ad medium deductis, jurat ipſe electus Archidiacono; & poſt hæc traditur Subdiacono, & pergit cum præfato clero ad aulam Sanctæ Matris Eccleſiæ, ibique ſupra ejus ſacratiſſimum Corpus confirmat, quod non cognoviſſet ſuperius nominata capitula. Alia vero die nunciatur ab Archidiacono, ſicut actum eſt. Tunc Archiepiſcopus induit ſe pallio, & ſedet in ſede; & vocatis ad ſe Epiſcopis, & Presbyteris, jubet eos ſecum conſedere. Stante autem univerſo Clero, præcipit Sacellario ſuo, ut plebs Civitatis ingrediatur; & ille dum perrexerit ad eos introducendum, eligit ex illis, ideſt ex Sacerdotibus, perſonam, qui reddat rationem, dum fuerit interrogatus; & dum fuerint introducti, iuterrogantur ab Archiepiſcopo ſic: Quid eſt, fratres, quod vos fatigaſtis? Illireſpondent: Ut nobis Domine; concedas patronum. Reſpondet Archiepiſcopus: Habetis Virum? Reſpondent: Habemus. Quo honore fungitur? Reſpondent: Diaconus eſt, vel Presbyter, aut quod fuerit. Iterum interrogantur: Quot annos habet in Diaconatu, aut Presbyteratu? Reſpondent: quot. Tunc Archiepiſcopus dicit: De ipſa Eccleſia eſt, an de alia? Reſpondent: de ipſa; & ſi dixerint de alia; dicit Archiepiſcopus: Dimiſſionem habet ab Epiſcopo ſuo? Reſpondent: habet; & mox offerunt eam.

Digitized by Google

Deinde Archiepiſcopus dicit: Conjugem habuit, aut diſpoſuit de domo ſua? Reſpondent, ſi habuit, aut non, & ſi de domo ſua diſpoſuit. Archiepiſcopus dicit: Quid vobis complacuit de eo? Reſpondent: Caſtitas, hoſpitalitas, benignitas, & omnia bona, quæ Deo ſunt placita. Archiepiſcopus dicit: Videte, fratres, ne aliquam promiſſionem feciſſet vobis. Scitis, quod ſimoniacum, & contra Canones eſt. Reſpondent: Abſit a nobis. Archiepiſcopus dicit: Vos vìderitis. Et iterum dicit: Habetis Decretum? Reſpondent: Habemus. Et dum eum offerunt, jubet Sacellario, ut relegatur; & dum relectus fuerit, jubet Archiepiſcopus introducere Electum. Dum vero introductus a Subdiacono fuerit, a longe tertia vice ſe infra proſternit. Tunc Archiepiſcopus dicit: Protegat nos Dominus. Reſpondent omnes: Amen. Archiepiſcopus interrogat eum: Quid te fatigaſti, frater? Reſpondet: Ad quod non ſum dignus: Iſti confratres mei me adduxerunt. Et dicit: Quo honore fungeris? Reſpondet: Diaconus, aut Presbyter ſum, vel cujuſque gradus eſt: & interrogat eum Archiepiſcopus: Quot annos habes in Diaconatu, aut Presbyteratu? Reſpondet, quot. Iterum interrogat eum Archiepiſcopus. Habuiſti conjugem, aut de domo tua diſpoſuiſti? Ille reſpondet, ſi habuit, aut non, & ſi de domo ſua diſpoſuit. Iterum interrogatur, ſi aliquam dationem aut promiſſionem feciſſet. Reſpondet: Abſit. Iterum dicit ei: Quales Codices in Eccleſia tua leguntur? Reſpondet: Octateucum Regnorum, Prophetarum, Actus Apoſtolorum, Evangelium & Apoſtolorum Epiſtolæ, atque Apocalypſis. Et iterum interrogant eum: Noſti Canones? Et reſpondet: Doce nos Domine. Archiepiſcopus, dicit Ordinationem ſi feceris, aptis temporibus fac; ideſt primo, quarto, ſeptimo, & decimo menſe. Bigamos, & Curiales ad ſacros Ordines ne promoveas: attamen dabitur tibi edictum de ſcrutinio quomodo debeas converſari. Tunc præcipit Archidiacono Archi-

Digitized by Google

chiepiſcopus, & relegit petitionem, quam ipſe electus a populo Archiepiſcopo offert; & dum relecta fuerit, dicit Archiepiſcopus: Quoniam vota omnium interveniunt. Hodie te abſtinebis, & craſtino, ſi placuerit Deo, conſecraberis. Reſpondet Archidiaconus: Juſſiſti Domine, & dat ipſi electo oſculum Archiepiſcopus, & egreditur foras.

Alia vero die, quæ eſt Dominica, procedit Archiepiſcopus in Eccleſia, ibique Epiſcopi, & Presbyteri cum eo, vel cæteri ordines Clericorum conſiſtunt. Et ingreditur Archiepiſcopus ſecretarium, & jubet Scholam pſallere, procediteque de Secretario cum omni decore in Eccleſia ipſa, ſicut mos eſt. Completo vero Introitu, non dicunt tunc Kyrie eleiſon, ſed mox Archiepiſcopus dat orationem. Deinde legitur Apoſtolus ad Timotheum. Charisſime, fidelis ſermo: Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat &c. Et dum pſallitur Graduale, egreditur Archidiaconus cum Acolytis, & Subdiaconis, & induit eum Dalmaticam Planetam & Campobos, & introducit eum; dumque introductus fuerit, vocat eum Archiepiſcopus ſic: Clerus, & plebs conſentiens Civitatis illius cum adiacentibus Parochiis ſuis elegerunt hunc Diaconum, vel Presbyterum, Epiſcopum ſibi conſecrari; Oremus itaque pro eodem viro, ut Deus & Dominus Jeſus Chriſtus tribuat ei Cathedram Epiſcopalem ad regendam Eccleſiam ſuam, & plebem univerſam. Deinde Schola incipit: Kyrie eleiſon cum Litania, proſtrato Archiepiſcopo cum Epiſcopis, & ipſo electo, infra, ante altare. Completa vero Litania, ſurgunt, & benedicit eum. Benedictione expleta, dat oſculum Archiepiſcopo, & tenens eum Archidiaconus, deportat illum, & ſic dat oſculum Epiſcopis ac Presbyteris; & tunc jubet eum Archiepiſcopus ſuper omnes Epiſcopos ſedere. Et dum ſederit, dicitur Alleluja, vel Tractus; deinde Evangelium, & expletur Miſſa. Dum vero venerit ad communicandum, Archiepiſcopus porrigit ei for-

Digitized by Google

matam, atque sacratam oblationem, & ea suscipiens ipse Episcopus, communicat ex illa super Altare, & cæterum ex ea sibi reservat ad communicandum usque ad dies quadraginta, & postmodum ex præcepto Archiepiscopi communicat omnem populum.

SACRARUM ORDINATIONUM

Ritus ex duobus Codicibus Bellovacensibus, quorum unus est sexcentorum, & quinquaginta annorum, alter paulo posterior, decerptus.

Codex prior scriptus est circa annum Christi millesimum aut paulo post, Regnante Roberto Rege, & Constantia Regina, Rotgerio Bellovacensi Episcopo, & Joanne Romano Pontifice, ut colligitur ex Litaniis, in quibus orationes habentur pro Rege Roberto, Constantia Regina: Episcopo Rotgerio, & Joanne Pontifice. Posterior est priori simillimus, annis forte centum, aut aliquot junior. Utrumque comparavimus cum Ordine Romano edito; Ideo neutrius textum integrum referemus, ne idem sæpius repetendo lectori fastidium creemus, sed tantum ea, in quibus ab Ordine Romano dissidet, aut quæ nobis notatu digna visa sunt.

Incipit Ordo ad Sacros Ordines Benedicendos.

Mensis primi, quarti, septimi, & decimi, Sabbatorum die in duodecim Lectionibus, ad Sanctum Petrum, ubi Missæ celebrantur, postquam Antiphonam ad Introitum dixerint, data oratione, venit Archidiaconus, & offert eos, qui ordinandi sunt Pontifici.

Postulat Sancta Mater Ecclesia Catholica, ut hos præsentes electos nostros, ad quod vocati sunt, vestra Sanctitas promovere dignetur.

Interroget Episcopus: scis illos dignos esse? Respondet offerens. Quantum humana fragilitas nosse sinit, & scio, & testificor ipsos dignos esse.

Re-

Digitized by Google

Respondet Episcopus: Non sufficit unius testimonium; Nisi alios interrogemus. Tunc venit Pontifex juxta Ambonem, & annunciat in populum dicens. Auxiliante Domino Deo, & Salvatore nostro Jesu Christo verum dicit. Auxiliante Domino Deo, & Salvatore nostro Jesu Christo, Eligimus in ordinem Subdiaconi ill., Diaconii ill., sive Presbyterii de titulo ill. Si quis autem habet aliquid contra hos viros, pro Deo & propter Deum cum fiducia exeat & dicat; Verumtamen memor sit communionis suæ. Prosequatur Pontifex ad plebem. Orate fratres, ut nos, & Electos nostros gratia Spiritus Sancti illustrare dignetur. Et post modicum intervallum, mox incipiunt omnes Kyrie eleison cum Litania.

Hac expleta, ascendunt ipsi Electi ad sedem Pontificis, & benedicit eos ad quod vocati sunt. Et descendentes stant in ordine suo, benedictione percepta.

Posterior Codex omnia prope similiter.

Sequuntur Ordinationes Ostiarii, Lectoris & Exorcistæ, quæ eadem sunt cum Ordine Romano edito, & consequenter sæpius supra relatæ. In ordinatione Lectoris hic est Ordo. Lectores cum ordinantur, faciat de illis verbum Episcopus ad plebem, indicat eorum fidem, ac vitam, & ingenium. Post hæc spectante plebe tradat eis Codicem, de quo lecturi sunt dicens: Accipite, & estote verbi Dei relatores &c. *ut in Ordine Romano.* Eligunt vos fratres vestri, ut sitis lectores in domo Dei vestri, & agnoscatis officium vestrum, & impleatis illud: Potens est enim Deus, ut augeat in vobis gratiam suam, quod ipse dignetur adimplere. *Omittitur Præfatio. In ordinatione Ostiarii* tradat eis Episcopus claves Ecclesiæ de altari, *Omittitur* de altari. *In posteriore, Codice, eadem quoque. Si quæ variant ab ordine Romano, ea mihi visa sunt nullius momenti.*

Ordinatio Acolythi.

Convenit prorsus cum Ordine Romano, & jam non semel, et & aliæ, superius descripta est. Archidiaconus post datum

Cero-

Digitized by Google

Ceroferarium, & cereum, ait, Acolythis : Accipite hoc geſtatoriumluminis, ut per illud valeatis Adverſariorum tenebras effugare, & veriſſimum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in mundum, fideliter invenire. *Poſtea :*

Accipiant & urceolum vacuum ad infundendum vinum in Euchariſtiam Corporis Chriſti : *Ad Acolythos ſermo non dirigitur. Præfatio omittitur, & Benedictio ea eſt, quæ in Ordine Romano tertio loco collocatur.* Omnipotens ſempiterne Deus, fons lucis, & origo bonitatis &c. *Eodem modo iſta ſe habent in poſteriori Codice.*

Ad Subdiaconum ordinandum.

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impoſitionem non accipiunt, Patenam de manu Epiſcopi accipiant vacuam, & Calicem vacuum : De manu vero Archidiaconi accipiant urceolum cum aqua manili, ac manutergium. Exhibeatur in conſpectu Epiſcopi Patena, & Calix vacuus, & dicat Epiſcopus : Videte cujus miniſterium vobis traditur. Et ideo ſi uſque nunc fuiſtis tardi ad Eccleſiam, a modo debetis eſſe aſſidui. Si uſque nunc ſomnolenti, a modo vigiles. Si uſque nunc ebrioſi, a modo ſobrii. Si uſque nunc inhoneſti, a modo caſti. Oblationes, quæ veniunt in Altare, panes propoſitionis appellantur &c. *quæ ſæpius ſupra deſcripta ſunt. Tandem ſic concluditur.* Ideo vos admoneo, tales vos exhibere, ut Deo placere poſſitis. Et tradat eis Calicem, & Patenam. *Eadem in poſteriori Codice.*

Benedictio Subdiaconi. Oremus Deum ac Dominum &c. *Ea eſt, cui in Ordine Romano præfigitur titulus* Præfatio.

Item Benedictio Subdiaconi : Domine Sancte Pater omnipotens Deus, benedicere dignare &c. *Eadem quæ in Ordine Romano habetur ſub titulo* Benedictio eorundem, *ſed omittitur dictio* : Excubitores.

Ad Diaconum Ordinandum.

Diaconi cum ordinantur, ſolus Epiſcopus qui eos benedicit.

Digitized by Google

dicit, manum suam super caput illorum ponat, quia non ad Sacerdotium, sed ad ministerium consecrantur. Ad ordinandum Diaconos, & Presbyteros, prima Oratio dicatur legendo, & sequitur collecta: Deinde consecratio, & non dicitur: Vere dignum, in consecratione Diaconi. *Sic in posteriori Codice.*

Oremus, dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos, quos in sacrum Ordinem dignatur assumere, benedictionis suæ gratiam clementer effundat, eisque donum consecrationis indulgeat, per quod eos ad præmia æterna perducat, auxiliante Domino nostro Jesu Christo, qui cum eo vivit &c.

Col. Oremus. Exaudi Domine preces nostras &c., *ut in Ordine Romano.*

Consecratio. Adesto quæsumus omnipotens Deus, honorum dator, ordinum distributor, officiorumque dispositor.

Cetera prorsus, ut in Ordine Romano. Sæpius supra describitur.

Quando stolam eum induis, sic dicis: Per hoc signum tibi Diaconatus officium humiliter imponimus, ut firmamentum mensæ Divinæ tamquam sustentacula columnarum esse possis, & Præco Regis cælestis irreprehensibiliter existere merearis.

Sic finitur ritus Ordinationis Diaconi in utroque Codice. Sed in posteriore adnotatum erat in extrema margine, alia manu, & characterе post hæc omnia. Tunc porrigit Episcopus eis textum Evangelii, ita dicens: Accipite licentiam legendi Evangelium in Ecclesia Dei. Sequitur tractus a Cantore excelsa voce levatus. Et legitur Evangelium.

Orationes ad ordinandum Presbyterum.

Presbyteri cum ordinantur, Episcopo eos benedicente, & manum super capita tenente, etiam omnes Presbyteri, qui præ-

Digitized by Google

præsentes sunt, manus suas juxta manum Episcopi super capita eorum teneant.

Oremus, dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos, quos ad Presbyterii munus elegit, cælestia doua multiplicet, & quæ ejus dignatione suscipiunt, ipsius exequantur auxilio. Auxiliante Domino nostro Jesu Christo, qui cum eo vivit, & regnat &c. *Sic per omnia posterior Codex.*

Oremus. Exaudi nos quæsumus Domine Deus noster, & super hos famulos tuos benedictionem Sancti Spiritus, & gratiæ Sacerdotalis infunde, ut quos tuæ pietatis aspectibus offerimus consecrandos, perpetua muneris tui largitate prosequaris. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum &c.

Hic mutas Stolam, *ita quoque & in posteriori Codice.*

Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo. Sursum corda. *Resp.* Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino Deo nostro. *Resp.* Dignum, & justum est. Vere dignum & justum est &c. Honorum author, & distributor omnium dignitatum &c. *ut in Ordine Romano supra sæpius describitur.*

Hic vestis, & casulam. Benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti descendat super te, & sis benedictus in ordine Sacerdotali, & offeras placabiles hostias pro peccatis, atque offensionibus populi, omnipotenti Deo, cui est honor, & gloria in secula seculorum.

Consecratio manus, in posteriore Codice legitur manuum.

Consecrentur manus istæ, quæsumus Domine, & sanctificentur per istam unctionem, & nostram benedictionem, ut quæcumque benedixerint, benedicta sint, & quæcumque sanctificaverint, sanctificentur.

Nihil præterea est in isto Codice quod ad ordinationem Presbyteri pertineat, aut referri possit, licet residuum pagi-

na,

Digitized by Google

ne, quod amplum est, vacuum sit. Longo post tempore, aliquis in illo vacuo orationem inscripsit, sed quæ ad ordinationem non spectat. Abest ordinatio Episcopi, postea sequitur Ordo ad benedicendum Abbatem, in cujus oratione dicitur, ut qui per manus nostræ hodie impositionem Abbas instituitur &c.

In Bellovacensi posteriore hæc adduntur. Benedictio. Benedicat in vos Dominus imaginem, quam plasmavit, & det misericordiam, quam promisit. Amen. Custodiat animas vestras, quas redemit, servando gratiam, quam profudit. Amen. Ut & vos impleatis, quæ præcepit, & ille custodiat, quod donavit. Amen. Quod ipse præstare dignetur, cui regnum &c. *In margine infima, alia manu, & charactere additum erat.* Postea dat eis Episcopus calicem, ita dicens. Accipite Calicem, & habetote potestatem, atque licentiam offerre sacrificium Deo, tam pro vivis, quam pro defunctis fidelibus. *Sequitur Credo in unum Deum.*

Offerunt omnes panem, & vinum, & communicant se. *Traditio Calicis, &c. adnotabatur facienda post manuum consecrationem.* Sequebatur in eodem Codice: *Incipit Ordo ad benedicendum Abbatem. Idem est Ordo ille cum eo, qui est in priore. Ideo in Oratione legitur, ut in præcedente, qui per manus nostræ impositionem Abbas instituitur. Idem etiam de Abbatissa dicebatur, eadem enim Oratio utrique accommodatur. In utroque Codice omittitur Ordinatio Episcopi, quia forsan Codices illi pertinent ad Sedem Episcopalem, quæ consecrandi Episcopos jus non habent.*

SACRARUM ORDINATIONUM
Ritus, ex Codice annorum circiter quingentorum exscriptus.

Pertinet Codex ille ad Canonicos Regulares S. Victoris in Suburbano Parisiensi. Inscribitur: Officium Episcopi cum benedictionibus Episcopalibus. *Illi impressæ sunt hæ notæ:*

Digitized by Google

G. G. 14. *Mihi videbatur illius scriptio annos quingentos superare, aut saltem ea ætate non esse junior. Nam in Litaniis, quas nonnunquam refert, Sanctorum Bernardi, Francisci, & Dominici, nusquam fit mentio: Novissimus est Sanctus Dunstanus. Multa ex eo Codice in Opere nostro de Administratione Sacramenti Pœnitentiæ descripsimus. Continet ille Codex amplam rituum Sacræ Ordinationis enarrationem; in qua multa peculiaria referuntur, ex quibus præcedentia illustrari possunt, & quæ ad veram Ordinationum substantiam pertinent, colligi. Quapropter mihi visum est, non inutile fore, si integrum ritum, pauciſſimis exceptis, quæ sæpius supra, & ubique eadem deprehenduntur, hic inseremus.*

Ad Clericum faciendum præfatio.

Oremus, dilectissimi fratres, *ut in Ordine Romano & supra.*

Oratio. Adesto, Domine, supplicationibus nostris, & hunc famulum tuum N. benedicere dignare, cui in tuo sancto nomine signum sacræ religionis imponimus, ut te largiente, & devotus in Ecclesia tua persistere, & vitam percipere mereatur æternam. Per &c. *Ita & Roman: Ordo.* Dum tondes eum dices Antiph.. Tu es Domine, qui restitues hæreditatem meam mihi. Conserva me. Hic accipiet benedictionem a Domino, & misericordiam a Deo salutari suo. Domini est terra, cum Gloria Patri, & repetatur Antiphona. Sequitur Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, propitiare &c. *ut in Ordin. Rom. & supra.*

Alia. Præsta quæsumus &c. *Ut in Ordine Romano & supra: sequitur.*

Oratio ad barbam tondendam.

Deus, cujus providentia omnis creatura &c. *ut supra, & in Ordine Romano, sed longe postea, peracta scilicet Acolithi ordinatione.*

Dum tondes eum, dices Antiph. Sicus ros hermon, qui de-

descendit in Sion, sic descendat super te Dei benedictio. Ecce quam bonum.

Sequitur Oratio. Omnipotens sempiterne Deus, * hunc famulum tuum N., qui tibi primitias suæ offert juventutis; effunde, Domine, super eum benedictionem tuam, ut in caput, barbamque ejus transeat, sicut unguentum, quod descendit in barbam Aaron, ut in eadem benedictione, in via mandatorum tuorum ambulet, & cum eadem ad supremam senectutem perveniat. Per &c. *Eandem habet quoque Ordo Roman. sequitur.*

Qualiter ordinandi sunt Psalmistæ, Hostiarii, Lectores Exorcistæ, Acolythi, Subdiaconi, Diaconi, Sacerdotes, Mensis primi, quarti, septimi, & decimi; Sabbatorum die in duodecim Lectionibus, in Ecclesia, ubi tunc Episcopus Missam celebrat, postquam Antiphonam ad Introitum dixerint, dictis orationibus usquedum, Benedicite, cantatur Missa celebrata, Archidiaconus sine casula procedens, nomina eorum, qui ordinandi sunt, præ manibus habens, humiliter respicit in Episcopum, & eum his verbis alloquitur.

Postulat hæc sancta Ecclesia, Rev. Pater, hos viros ordinibus aptos consecrari sibi a V. Paternitate.

Responsio Episcopi. Vide, ut natura, scientia, & moribus tales per te introducantur, imo tales per nos in domo Domini ordinentur personæ, per quas diabolus procul pellatur, & Clerus Deo nostro multiplicetur.

Archidiaconus. Quantum ad humanum spectat examen, natura, scientia, & moribus digni habentur, & Presbyteri cooperatores effici in his, Deo volente, possunt.

Tunc annuntiet Pontifex, vel cui ipse præcepit, in Ecclesia publice, dicens.

Auxiliante Domino, & Salvatore nostro Jesu Christo, præsentes fratres nostri in sacrum ordinem electi sunt a nobis, & Clericis, huic Sanctæ Sedi famulantibus, alii ad officium

Digitized by Google

Presbyterii, alii ad officium Diaconi, vel Subdiaconi; quidam vero ad cæteros Ecclesiasticos gradus. Proinde admonemus, & postulamus tam vos Clericos, quam cæterum populum, ut pro nobis, & pro illis puro corde, & sincera mente apud Divinam clementiam intercedere dignemini, quatenus eos dignos faciat pro illis exaudire, & eos unumquemque in suo ordine eligere, & consecrare per manus nostras dignetur. Si quis autem habet aliquid contra hos viros pro Deo, & propter Dominum cum fiducia exeat, & dicat; verumtamen memor sit communionis suæ.

Deinde vero Pontifex super tapetia, & qui consecrandi sunt super pavimentum prosternantur. At tunc agatur Litania dicatur, & inter alia.

Ut fratres nostros ad sacrum ordinem electos, in vera religione conservare digneris. Te rogamus audi nos.

Hac expleta, Electi ascendant ad Sedem Pontificis, per nomina vocati ab Archidiacono, & benedicat eos ad quod vocati sunt.

Ordinatio Cantorum.

Psalmistæ, idest Cantores, possunt absque præsentia Episcopi, sola jussione Presbyteri, officium suscipere cantandi, dante illis Presbytero, vel potius Episcopo, Antiphonarium in manus, ac dicente:

Videte, ut quod ore cantatis, corde credatis; & quod corde creditis, operibus probetis. *Eadem prorsus Ord. Rom. de Psalmistis.*

Ordinatio Hostiariorum.

Finita prima oratione, & lectione, & Graduali vocentur ordinandi Hostiarii, singuli ex suo nomine ab Archidiacono, cum instructi fuerint, qualiter in domo Dei conversari debeant, tradat eis Episcopus claves Ecclesiæ de altari, dicens:

Sic agite, quasi reddituri Deo rationem pro his rebus, quæ

Digitized by Google

quæ Ecclesiæ vobis commissæ clavibus includuntur.

Et Archidiaconus ducat eos ad hostium, & tradat eis. *Præfatio super eos inclinatos.*

Deum Patrem omnipotentem, fratres chariſſimi, suppliciter deprecemur, ut hos famulos suos quorum nomina hic recitantur &c. *ut in Ord. Rom. & supra.*

Benedictio eorumdem. Episcopus. *Oremus.* Et Diaconus dicat: Flectamus genua *sequitur*, *Levate.*

Domine sancte Pater, &c. *ut in Ord. Rom. & supra.*

Ordinatio Lectorum.

Finita secunda oratione, & lectione, & Graduali, vocentur ex nomine ordinandi Lectores singuli. Lectores cum ordinantur, faciat de illis verbum Episcopus ad plebem, indicans eorum fidem, ac vitam, atque ingenium. Postea tradat eis Lectionarium, in quo lecturi sunt, dicens:

Accipite, & estote verbi Dei relatores, habituri, si fideliter & utiliter impleveritis officium vestrum, partem cum his, qui verbum Dei ministraverunt.

Præfatio Lectorum. Oremus dilectiſſimi Deum omnipotentem, ut super hos famulos suos, quorum nomina hic recitantur, &c. *ut in Ord. Rom. & supra.*

Benedictio eorumdem. Oremus, Diaconus Flectamus genua; *sequitur, Levate.*

Oratio. Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus; benedicere dignare hos famulos tuos in officium Lectorum, ut assiduitate lectionum distincti atque ornati, earum modulis spirituali devotione gratiam resonent Ecclesiæ. Per.

Ordinatio Exorciſtarum.

Finita tertia oratione, lectione, & Graduali, vocentur ex nomine ordinandi Exorcistæ singuli. Exorcistæ cum ordinantur, accipiant de manu Episcopi libellum, 1. officialem, in quo scripti sint exorcismi, dicente Episcopo:

Accipite, &c. *ut in Ord. Rom. & supra.*

Præ-

Digitized by Google

Præfatio Exorciſtarum. Deum Patrem omnipotentem, fratres chariſſimi, ſuppliciter deprecemur, ut hos famulos ſuos, quorum nomina hic recitantur, N. benedicere dignetur in officium Exorciſtarum, ut ſint ſpirituales medici ad abjiciendos Dæmones de corporibus obſeſſis, cum omni nequitia eorum multiformi, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto.

Benedictio eorumdem. Oremus, Diaconus, Flectamus genua, ſequitur, Levate.

Oratio. Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere dignare hos famulos tuos in officium Exorciſtarum, ut per impoſitionem manuum, & oris officium, eos eligere digneris, ut poteſtatem, & imperium habeant Spirituum immundorum ad coercendum, & probabiles ſint medici Eccleſiæ, gratia curationum, & virtute confirmati. Per.

Ordinatio Acolythorum.

Finita quarta lectione, & Graduali, ex nomine * ſinguli ordinandi Acolythi. Acolythi cum ordinantur primum ab Epiſcopo doceantur qualiter in officio ſuo agere debeant. Accipiant ceroferarium cum cereo, dicente Epiſcopo, ita:

Accipite, &c. *ut in Ord. Rom. & ſupra.*

Deinde accipiant urceolum vacuum ab Epiſcopo dicente: accipe urceolum, &c.

Præfatio Acolythorum. Deum Patrem omnipotentem; fratres chariſſimi ſuppliciter deprecemur, ut hos famulos ſuos benedicere dignetur in officium Acolythorum, quorum nomina hic recitantur &c.

Sequuntur eædem orationes; ſed quæ in Ord. Rom., & ſupra eſt prima, hic eſt tertia: duo præterea, aut tria verba forſan Scriptoris vitio omittuntur in eadem oratione.

Poſt quintam orationem, & lectionem, & vocentur ordinandi Subdiaconi. Et quia manus impoſitionem non accipiunt,

Digitized by Google

piunt, Patenam vacuam, & Calicem vacuum accipiant de manu Episcopi, dicente eis Episcopo:

Videte cujus ministerium vobis traditur, & ideo si usque nunc fuistis tardi ad Ecclesiam, a modo debetis esse assidui. Si usque nunc somnolenti, a modo vigiles. Si usque nunc ebrioſi, a modo sobrii. Si usque nunc fuistis aliquo vitio polluti, a modo puri debetis esse & casti. Ideo vos moneo, ut ita vos exhibeatis, & Deo placere possitis.

Postea vero ab Archidiacono tradatur eis tangendum urceolum cum aqua manili, atque manutergio.

Sequitur Præfatio eorum, & teneant capita inclinata coram Episcopo.

Oremus Deum ac Dominum nostrum, fratres charissimi, ut super hos famulos suos, quorum nomina hic recitantur, &c. *ut in Ord. Rom. & supra*. Item benedictio, *sed loco* Excubitorum, *habet* ministrorum.

Ordinatio Diaconorum.

Finita collecta, Deus qui tribus Pueris; & Epistola, & *Tractu*, Laudate Dominum; vocentur ordinandi Diaconi. Episcopus manum solus super capita eorum ponat, quia non ad Sacerdotium, sed ad ministerium consecrantur.

Præfatio eorum. Oremus, dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos, quorum nomina hic recitantur N., quos in sacrum Ordinem dignatur assumere, benedictionis suæ gratiam clementer effundat, eisque donum consecrationis indulgeat, per quod eos ad præmia æterna perducat. Qui vivit.

Benedictio eorumdem. Oremus, & Diaconus. Flectamus genua, sequitur. Levate.

Oratio. Exaudi Domine, &c. *ut in Ord. Rom.* Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino Deo nostro. Dignum & justum est.

Præ-

Digitized by Google

Præfatio. Vere dignum, & juſtum eſt, æquum & ſalutare, nos tibi ſemper, & ubique gratias agere, Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, honorum dator, ordinumque diſtributor, &c. *ut in Ord. Rom. & ſupra*.

Quando Epiſcopus Diacono ſtolam imponit: accipe ſtolam tuam &c. *ut in Ord. Rom. & ſupra*.

Tunc ſtola lævæ ejus circumdata, det Evangelium dicens: accipe poteſtatem legendi Evangelium in Eccleſia Dei tam pro vivis, quam pro Defunctis, in nomine Domini. Amen.

Commune votum, communis oratio proſequatur, ut hi totius Eccleſiæ prece, qui in Diaconatus miniſterium præparantur, Levitica benedictione, & ſpirituali converſatione præfulgent, es, gratia ſanctificationis eluceant. Per eundem &c.

Benedictio. *Oremus*. Domine ſancte Pater, ſpei, fidei, & gratiæ, profectuumque munerator, qui cœleſtibus, & terrenis myſteriis ubique diſpoſitis, per omnia elementa virtutis tuæ diffundis effectum, ut tuis obſequiis coadunati &c. *ut in Ord. Rom. & ſupra*.

Ordinatio Presbyterorum.

Lecto Evangelio, vocentur qui ordinandi ſunt Presbyteri *** legitimi, natali, vita, & doctrina, perſonæ ſuæ Eccleſiæ veſtiti, ut Diaconi cum orario, & ſic ab Archidiacono præſententur Epiſcopo. Ille coram ſe inclinatis ponat manus ſuper capita ſingulorum, & Presbyteri, qui aderunt omnes levent dexteras cum Epiſcopo ſuper eos. Ipſe vero fundat preces pro ordinandis ad Deum.

Præfatio. Oremus dilectiſſimi fratres, Deum Patrem omnipotentem, ut ſuper hos famulos ſuos, quorum nomina hic recitantur, quos ad Presbyterii munus elegit, dona cœleſtia multiplicet. Per Dominum Jeſum filium ſuum, qui cum eo vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Epi-

Digitized by Google

Episcopus: Oremus. Diaconus: Flectamus genua. Et sequitur: Levate.

Exaudi nos, quæsumus Deus noster, & super hos famulos tuos benedictionem Sancti Spiritus, & gratiæ Sacerdotalis effunde virtutem, ut quos tuæ pietatis aspectibus offerimus consecrandos, perpetuam tui muneris largitatem consequantur. Per Dominum nostrum.

Per omnia sæcula sæculorum. Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino Deo nostro. Dignum & justum est.

Sequitur Præfatio. Omnipotens æterne Deus, honorum autor, & distributor omnium dignitatum &c. *ut in Ord. Rom. & supra.*

Hic reflectat orarium super humerum dextrum dicens ad eum: accipe jugum Domini: jugum enim Domini suave est, & onus ejus leve.

Quando Casulam imponit illi:

Accipe vestem Sacerdotalem, per quam charitas intelligitur. Potens est enim Deus, ut augeat tibi charitatem. Qui vivit.

Præfatio ad consummationem Presbyteri. Sit nobis, fratres, communis oratio, ut hi, qui in adjutorium, & utilitatem vestræ salutis eliguntur Presbyteri benedictionem divini muneris indulgentia consequantur, & gratia Sancti Spiritus Sacerdotalia dona privilegio virtutum, ne impares loco honoris deprehendantur, obtineant. Per eum qui vivit &c.

Benedictio. Oremus, Deus sanctificationum omnium autor, &c. *ut in Ord. Rom. & supra. In fine* in virum perfectum, &c. appareant. *Alii legunt* persolvant.

Expletis benedictionibus, faciat Episcopus crucem in manu singulorum de oleo & Chrismate, dicens orationem:

Digitized by Google

Consecrare, & sanctificare quæsumus Domine, manus istas &c.

Deinde Patenam cum oblatis, & Calicem cum vino, det singulis dicens ad eos lenta voce:

Accipite potestatem offerre sacrificium Deo Missamque celebrare tam pro vivis, quam & pro Defunctis, in nomine Domini.

Sequitur ultima Benedictio. Benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, descendat super vos, ut sitis benedicti in ordinem Sacerdotalem, offerentes placabiles hostias pro peccatis atque offensionibus populi omnipotenti Deo, cui est honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen. Pax Domini sit semper vobiscum.

Et osculetur singulos; & omnes qui ordinati sunt, oblationes deferant ad manus Episcopi.

Decretum, quod Clerus, & Populus firmare debet de electo Episcopo.

Venerando Sanctæ N. Ecclesiæ Metropolitano N. Clerus & Populus Ecclesiæ N. debitam subjectionem.

Vestræ paternitati est cognitum, quantum temporis est, ex quo accidentibus variis eventibus Ecclesia N. suo sit viduata Pastore, ac destituta rectore. Quod non solum ad nostrum, verum & ad vestrum, ac omnis hujus Diœceseos detrimentum pertinere dignoscitur, cum totius Provinciæ sollicitudinem Metropolitano constet esse commissam. Propterea elegimus illius Ecclesiæ Presbyterum nomine N. nobis sufficientissime cognitum &c. *ut in Ord. Rom. & supra.*

Ut autem omnium nostrum vita in hanc electionem convenire noscatis, huic Decreto canonico, promptissima voluntate, singuli manibus propriis roborantes subscripsimus.

Incipit examinatio ordinandi Episcopi, quæ agenda die Dominica antequam Missa celebretur.

Antiqua Patrum institutio docet, ac præcipit, ut is, qui

ad

Digitized by Google

ad ordinem Episcopatus eligitur, maxime ut legimus in Canone &c. *ut in Ord. Rom. & supra. Sed illa omnia, quæ præcedunt in Ordine Romano, & supra, illud examen, & sequuntur Decretum electionis, hic absunt.*

Eadem autoritate, & præcepto interrogavi te, dilectissime frater, charitate sincera, si omnem prudentiam tuam, quantum tua est capax natura, divinæ Scripturæ sensibus accommodare volueris.

Ita toto corde volo in omnibus obedire, & consentire. *Interrogatio.* Vis ea, quæ ex divinis Scripturis intelligis, plebem, cui ordinandus es, & verbis docere, & exemplis? *Resp.* Volo. *Interr.* Vis mores tuos ab omni malo temperare, & quantum potueris, Domino adjuvante, ad omne bonum commutare? *Resp.* Volo. *Interr.* Vis castitatem, & sobrietatem, cum Dei auxilio, custodire, & docere. *Resp.* Volo. *Interr.* Vis semper divinis negotiis esse mancipatus, & a terrenis negotiis, & lucris turpibus esse alienus, quantum humana fragilitas te consenserit posse? *Resp.* Volo. *Interr.* Vis humilitatem, & patientiam in temetipso custodire, & alios similiter docere? *Resp.* Volo. *Interr.* Vis traditiones orthodoxorum Patrum, ac Decretales Sanctæ & Apostolicæ Sedis constitutiones veneranter suscipere, docere, atque servare? *Resp.* Volo. *Interr.* Vis Sanctæ N. Ecclesiæ fidem & subjectionem per omnia exhibere? *Resp.* Volo. *Interr.* Vis pauperibus, & peregrinis, omnibusque indigentibus esse propter nomen Domini affabilis & misericors? *Resp.* Volo. Tunc dicatur ei: Hæc omnia, & cætera bona tribuat tibi Dominus, & custodiat te, atque corroboret in omni bono. Et respondeant omnes. Amen.

Interrogatio. Credis secundum intelligentiam tuam, & capacitatem sensus tui, Sanctam Trinitatem &c. *prorsus ut in Ord. Rom. & supra omnes illæ interrogationes & responsiones. Postquam dictum est ut in Ord. Rom. & supra*: Hæc tibi fides au-

augeatur a Domino, ad veram & æternam beatitudinem, dilectissime frater in Christo. Respondeant omnes: Amen, *statim sequitur*.

Ita examinatus, & pleniter instructus cum consensu Clericorum, Laicorum, ac Conventu totius Provinciæ Episcoporum, maximeque Metropolitani autoritate, ac præsentia, ordinetur in nomine Domini.

Qualiter ordinetur.

Finita examinatione, præparet se Dominus Archiepiscopus, & cæteri cum eo ad celebrandam Missam. Interim autem qui ordinandus est, expectet extra chorum. Finito Graduali, eant duo Episcopi, adducant per manus electum Episcopum ante altare, ubi Dominus Metropolitanus stat. Quibus isti stantibus coram eo, dicat Dominus Metropolitanus.

Clerus, & plebs de Civitate illa, cum adjacentibus Parochiis suis, rogat sibi Episcopum consecrari. Nunc autem a piissimo Domino nostro N. consentiente Clero, & Populo electus est venerabilis frater nostro N. in hoc opus. Oremus itaque pro eo, ut & Deus & Dominus noster Jesus Christus tribuat ei Cathedram Episcopalem, ad regendam Ecclesiam suam, & plebem universam.

Tunc duo Episcopi incipiant Litaniam, & inter alia dicant: Ut Fratrem nostrum electum Pontificem in vera religione conservare digneris. Te rogamus audi nos.

Interim autem Dominus Archiepiscopus, & cæteri Episcopi, si assunt, prosternant se super stramenta coram altari, & ordinandus humilius post Pontificem, usque dum finiatur Litania. Finita autem Litania surgat Dominus Archiepiscopus, & cæteri cum eo, & incipiat Hymnum: Veni Creator Spiritus. Quo finito accedat Sacrandus Episcopus, & ponat Dominus Archiepiscopus caput ejus super altare, & duo Episcopi ponant, & teneant textum Evangelii apertum super caput

Digitized by Google

put ejus. Et Dominus Metropolitanus infundens benedictionem ſuper eo, dicat lenta voce.

Oremus dilectiſſimi nobis, ut huic viro N. ad utilitatem Eccleſiæ provehendo, benignitas omnipotentis Dei gratiæ ſuæ tribuat largitatem. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium ſuum, qui cum eo & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus. Per. Amen. Oremus. Et Diaconus: Flectamus genua. Idem, Levate. Sequitur benedictio.

Propitiare Domine ſupplicationibus noſtris, & inclinato ſuper hunc famulum tuum N. cornu gratiæ Sacerdotalis, benedictionis tuæ in eum effunde virtutem. Per Dominum.

Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Surſum corda. Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino Deo noſtro. Dignum & juſtum eſt. *Præfatio.* Vere dignum æterne Deus. Honorum omnium Deus, omnium dignitatum, quæ gloriæ tuæ ſacris famulantur ordinibus. Deus qui Moyſen, &c. *ut in Ord. Rom. & ſupra. Poſt hæc verba*: ingenti rore ſanctifica, *legitur*, hic effundatur oleum ſuper caput ejus in modum crucis. *Deinde ſequitur immediate.* Hoc, Domine, copioſe in ejus caput influat &c. *ut in Ord. Rom. & ſupra. Poſt illa verba, quæ finiunt Præfationem* tua gratia poſſit eſſe devotus. Per. *hæc ſequuntur.*

Oratio. Pater ſancte omnipotens Deus, qui per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ab initio cuncta creaſti, & poſtmodum in fine temporum ſecundum pollicitationem, quam Abraham Patriarcha noſter acceperat, Eccleſiam quoque Sanctorum congregatione fundaſti, ordinatis rebus, per quas legibus a te datis, diſciplinæ religio regeretur; præſta, ut hic famulus tuus ſit miniſteriis, cunctiſque fideliter gerendis officiis dignus, ut antiquitus inſtituta Sacramentorum poſſit myſteria celebrare. Per te in ſummum, ad quod ſumitur Sacerdotium, conſecretur. Sit ſuper eundem benedictio tua, licet

ma-

manu noſtra ſit porrecta. Præcipe, Domine huic paſcere oves tuas, ac tribue, ut in commiſſi gregis cuſtodiam ſolicitus Paſtor invigilet. Spiritus huic Sanctus tuus cæleſtium chariſmatum diviſor aſſiſtat, ut ſicut ille electus gentium Doctor inſtituit, ſit juſtitia non indigens, benignitate pollens, hoſpitalitate diffuſus. Servet in exhortationibus alacritatem, in perſecutionibus fidem, in charitate patientiam, in veritate conſtantiam, in hæreſibus, ac vitiis omnibus odium ſciat, in æmulationibus neſciat, in judiciis gratioſum eſſe ſinas, & gratum eſſe concedas. Poſtremo omnia a te largiter diſcat, quæ ſalubriter tuos doceat. Sacerdotium ipſum opus eſſe exiſtimet, non dignitatem. Proficiant ei honoris augmenta, etiam ad incrementa meritorum, ut per hæc ſicut apud nos, noſter aſciſcitur in Sacerdotium, ita apud te poſtea aſciſcatur in regnum. Per.

Benedictio de ſeptiformi ſpiritu.

Spiritus Sanctus ſeptiformis veniat ſuper te, & virtus Altiſſimi ſine peccato cuſtodiat te, & omnis benedictio, quæ in Scripturis ſanctis ſcripta eſt, ſuper te veniat. Confirmet te Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus; ut habeas vitam æternam, & vivas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Conſecratio manuum Epiſcopi Oleo ſancto & Chriſmate.

Ungantur manus iſtæ, & ſanctificentur, & in te Deo Deorum ordinentur. Ungo has manus oleo ſanctificato, & chriſmate unctionis purificato, ſicut unxit Moyſes verbo oris ſui manus ſancti Aaron germani ſui, & ſicut unxit Spiritus Sanctus per ſuos flatus, manus Sanctorum Apoſtolorum, ita ungantur manus iſtæ, & ſanctificentur, & conſecrentur, ut in omnibus ſint perfectæ in nomine tuo, Pater, Filiique tui, atque etiam Spiritus Sancti, qui es unus, ac ſummus Deus omnium vivorum, & mortuorum, manens in ſæcula ſæculorum. Amen.

Hic

Digitized by Google

Hic mittatur Chrisma super caput ejus.

Ungatur & consecretur caput tuum cœlesti benedictione in ordinem Pontificalem, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Pax tibi. ℟. Et cum spiritu tuo.

Hic imponatur capiti ejus Mitra.

Benedictio annuli. Sanctifica quæsumus Domine, annulum istum, ut famulus tuus gestator illius, quem in ordinem Episcopalem Electum sacravimus, fide sit plenus, operatione sincerus, in revelandis atque claudendis sacris mysteriis, salubri semper consideratione discretus. Per Dominum.

Cum datur annulus. Accipe annulum discretionis & honoris &c. *ut in Ord. Rom. & supra. In fine* ad æternam salutem, omnibus consolatio factus, gratia &c.

Benedictio Baculi. Sustentator humanæ imbecillitatis Deus, benedic baculum istud, & quod in eo exterius designatur, interius in moribus famuli tui N. tuæ propitiationis clementia operetur. Per.

Cum datur Baculus. Accipe Baculum Pastoralis officii, & sis in corrigendis vitiis pie sæviens, judicium sine ira tenens, cum iratus fueris, misericordiæ reminiscens.

Postea Dominus Metropolitanus, ut incepit, Missam peragat. Electus autem juxta præscriptum ordinem consecratus, inclinet se ad pedes ejus gratias referendo, quem duo ex Coepiscopis per manus adducentes in locum, ubi voluerit, Missam celebret. Cum ad Sedem Episcopii sui consecratus Episcopus venerit, priusquam in Cathedra ponatur, ab aliquo Episcopo, cui a Metropolitano injunctum fuerit, hæc Oratio ante ipsam Cathedram dicatur.

Deus honorum omnium, Deus omnium dignitatum, quæ gloriæ tuæ sacris famulantur ordinibus, huic famulo tuo N. quem Apostolicæ Sedis Præsulem & Primatem Sacerdotum, Ecclesiæ tuæ Doctorem dedisti, & ad summi Sacerdotii ministerium elegisti, hanc quæsumus Domine, gratiam largiaris,

ut

Digitized by Google

ut Cathedram Pontificalem ad regendam Ecclesiam tuam, & plebem universam ascendat. Per.

Hic mittatur in Cathedram Episcopalem, & hæc Oratio dicatur.

Omnipotens Pater, Sancte, Deus æterne, Tu omnem ordinem dignatus es in cœlestibus sedibus ordinare: in Cœlo, Domine, in æternum permanet verbum tuum, ubi Angelos, & Archangelos suo tibi ordine mancipasti, & in veteris Testamenti privilegio Moysen, & Aaron in Sacerdotibus tuis; & Samuel inter eos, qui invocant nomen tuum, Patriarchas, & Prophetas ad consulendum Populo tuo ordinasti; in novo per Filium tuum Jesum Christum Apostolos Sanctos, & præcipue Apostolum Petrum in Cathedram honoris universæ Ecclesiæ proposuisti, & Mathiam ejusdem consortem in Apostolatum, atque Cathedram honoris annumerasti, & in numerum Sanctorum omnium Apostolorum evocasti; quæsumus pro tua immensa misericordia in nostris temporibus da tuam gratiam fratri nostro N. ad instar Sanctorum Apostolorum tuorum sedentium in Cathedra honoris, & dignitatis, ut in conspectu Majestatis tuæ dignus honore appareat. Per.

Alia. Domine Jesu Christe, Tu prælegisti Apostolos tuos, ut doctrina sua nobis præessent; Tu etiam vice Apostolorum hunc Episcopum doctrinam docere, & benedicere; & erudire digneris, ut immaculatam vitam, & illæsam conservet, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Benedictio ejusdem Episcopi.

Populus te honoret, adjuvet te Deus: quidquid petieris præstet tibi Dominus cum honore, cum castitate, cum scientia, cum largitate, cum charitate, cum humilitate dignus sis, Apostolus Christi sis. Accipe benedictionem, & Apostolatum, qui permaneant in die ista, & in die futura. Angeli sint ad dexteram tuam, & ad sinistram tuam: Ecclesia sit Mater tua. Sit

Deus

Digitized by Google

Deus Pater tuus, sint Angeli amici tui, sint Apostoli fratres tui & Apostolatus tui gradum custodiant. Confirmet te Deus in justitia, in sanctitate, in Ecclesia sancta. Angeli recipiant te, & pax tecum inseparabilis, per Redemptorem Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Postea sequitur in manuscripto benedictio Monachorum &c.

EXCERPTA QUÆDAM E DUOBUS CODICIBUS, Ante annos quinquaginta supra quadrigentos scriptis, quæ ad sacras Ordinationes spectant.

Priorem Codicem ab ampliss. Viro D. Petavio supremæ Curiæ Parisiensis Senatore, mutuo accepi. Pertinuerat olim ad Ecclesiam Moguntinensem, ut colligitur ex juramento, quod Episcopus consecrandus Ecclesiæ Moguntinæ præstare jubetur: Vis Ecclesiæ Moguntinæ, successoribusque meis fidem, & subjectionem exhibere: *Deinde prima pagina versa extat effigies Sancti Martini stantis, & Pontificaliter vestiti: a cujus latere pingitur genibus flexis manibusque junctis, Archiepiscopus cum hac a latere inscriptione:* Christianus Archiepiscopus: *In fine libri figura est Archiepiscopi stantis cum hoc supra verticem titulo:* Christianus Archiepiscopus: *qui librum porrigit Monacho, qui ibidem vocatur.* Fridericus Monachus. *Iste librum scripsit Christiano Archiepiscopo Moguntinensi, qui illi gratias agens his duobus versibus inducitur.*

Hunc quia scripsisti, præstet tibi dextera Christi.
Ut pro sudore, cœli potiaris honore.

Duo autem fuerunt eo nomine Archiepiscopi Moguntini. Prior obiit anno 1180, cujus duæ sunt Epistolæ ad S. Hildegardem, & plures Hildegardis ad ipsum. Posterior obiit anno 1251. & interfuit ann. 1248. coronationi Willelmi Romanorum Regis. In isto Pontificali Codice in ordinatione Presbyteri, post consecrationem ita legitur:

Poſt hæc Epiſcopus offert Calicem cum Patena præparata cum hoſtia, & vino, duobus vel pluribus ad tangendum, dicens: Accipite poteſtatem offerre ſacrificium Deo, Miſſamque celebrare tam pro vivis, quam pro Defunctis, in nomine Domini. Amen.

Sequitur Benedictio. Benedictio Dei omnipotentis Patris &c. *ſtatim finita benedictione, jungitur hæc Rubrica.* Hic cantatur ultimus verſus Tractus, & Diaconus petita benedictione legat Evangelium, quo lecto omnes ordinati offerre tenentur. Miſſa perficitur ordine ſuo. Debent autem Presbyteri ſtantes juxta Epiſcopum ad altare attendere diligenter quando Epiſcopus ſignat Hoſtiam ut & ipſi ita faciant, quia omnes communicabant. Poſt Miſſam lavabunt manus cum ſale aqua, & in piſcinam, vel in ignem ablutio effundatur.

Poſt hæc verba ſtatim ſequitur.

Ordo qualiter debeat Epiſcopus conſecrari, &c. Quemadmodum in conſecratione Presbyteri nuſquam habetur in illo Codice: Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis &c. *Sic in conſecratione Epiſcopi nuſquam dicitur*: Accipe Spiritum Sanctum. *Nihil imperative dicitur: omnia ſunt deprecatoria, exceptis*: Accipe baculum &c. Accipe annulum &c. Accipe Evangelium &c. Poſtea Epiſcopus dat oſculum Electo, & Electus Epiſcopis, & Presbyteris: Et ab Epiſcopis deducitur reverenter ad ſedendum, & Miſſa continuatur. Electus offerre debet duos cereos, duas amphoras vini, panes triticeos quinque. Cum ventum fuerit ad communicandum, Electus communicabit de manu Epiſcopi accipiens hoſtiam integram. Si quid reſiduum fuerit, ſervabit ſibi ad communicandum quotidie per triginta dies. Et poſt communione dicta, ſedent omnes, et Ordinator ad Ordinatum longiſſimam habet admonitionem.

In conſecratione Abbatis. Cum Epiſcopus Præfationem incipit, tum manum ponit ſuper caput ejus: & in fine Præfationis

Digitized by Google

nis dat ei regulam: Accipe regulam &c. Accipe baculum &c. *Sed in ejus benedictione hoc non fit. Post lectum Evangelium omnes offerunt.*

De posteriore Codice excerpta.

Posterior Codex ad Ecclesiam Rotomagensem pertinet, atque inde mutuo accepi. Scriptus est tamen pro Ecclesia Rhemensi, ut colligitur ex variis Sanctis, qui in eo invocantur, sed præsertim ex Episcopi consecratione, & Abbatis benedictione in quibus ista leguntur: Vis beato Petro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ejusque Vicario esse subditus secundum statuta Patrum? *Resp.* Volo. Vis Sanctæ Rhemensi Ecclesiæ, mihique, et successoribus meis obediens esse, et subditus? *Resp.* Volo. Vis mihi et Ecclesiæ meæ professionem facere, sicut tui antecessores fecerunt? *Resp.* Volo, et paratus in omnibus obedire.

Eandem sponsionem facit Abbas, antequam benedicatur, & benedictione peracta. Ego N. humilis Cœnobii Beati *ill.* Abbas promitto tibi Pater N. & successoribus tuis, atque Matri Ecclesiæ Rhemensi debitam subjectionem, atque obedientiam secundum instituta Sanctorum Patrum. *Hunc Codicem judicabam ante annos quinquaginta supra quadringentos scriptum fuisse. In ordinatione Acolythorum hæc erat Rubrica.*

Acolythi cum ordinantur, primum ab Episcopo doceantur qualiter in officio suo agere se debeant, & ab Archidiacono accipiant Ceroferarium cum cereo, ut sciant se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari. Accipiant & urceolum vacuum ad infundendum vinum in Eucharistiam Corporis Christi.

Manu recenti additum erat interlinealiter ad dictionem debeant &c. Episcopo dicente: Accipite Ceroferarium cum cereo, &c. *Deinde in margine e regione dictionis* mancipari, *scriptum erat charactere minutiore, sed antiquo, & textui coæ-*

vo: Accipite hoc gestatorium luminis, ut per illud valeatis Adversariorum tenebras effugare, & verissimum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in mundum, fideliter invenire. Per Dominum.

Denique reconti Scriptura super dictionem accipiant, *scriptum erat*: Accipite urceolum ad infundendum vinum, & aquam.

Benedictio Acolythorum.

Omnipotens sempiterne Deus, fons lucis, & origo bonitatis, &c. *at in Ordine Romano.*

ORDO

Qualiter in Romana Ecclesia Subdiaconi, vel Diaconi, & Presbyteri ordinandi sunt.

Sequuntur ordinationes iisdem prope verbis quibus in Ordine Romano. Subdiaconi quia manus impositionem non accipiunt, Patenam de manu Episcopi accipiant vacuam, & Calicem vacuum; de manu vero Archidiaconi accipiant urceolum eum aqua manili, & manutergium. Videte cujus ministerium &c. *Rubrica notat.*

Pronuntiatur sicut lectio dicenda.

Post Præfationem Subdiaconorum sequitur. Tunc tradat eis Episcopus manipulos, dicens: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. *In margine scriptum characteres antiquo.* Accipe manipulum in manibus tuis, ad extergendas sordes cordis, & corporis. *Nihil aliud illis traditur, nec Epistolarum liber, nec Tunica, nihil prorsus, sed statim sequitur.* Tunc legatur Epistola, & cantetur Tractus.

Ad Diaconos ordinandos &c.

Ad Diaconos ordinandos facta examinatione, & accepta professione, quærat Episcopus a circumstantibus: Placet vobis hæc consecratio? Quibus respondentibus, placet, perse-

qui-

Digitized by Google

quitur Episcopus: commune votum communis oratio prosequatur &c. *ut in Ordine Romano, & sæpius supra. Deinde*, Diaconi cum ordinantur, solus Episcopus, qui eos benedicit, manum super capita singulorum ponat. Sacerdotes vero juxta manum Episcopi supra capita illorum manus suas non ponant, quia non ad Sacerdotium, sed ad ministerium consecrantur. *In margine è regione verbi* ponat, *alio atramento, & scriptura recentiore dicens*: Accipite Spiritum Sanctum. *Sequitur Præfatio Diaconorum vulgata, quam excipit titulus* consecratio Diaconorum sicut lectio. *Et immediate post*. Adesto quæsumus omnipotens Deus, *ut in Ordine Romano, & supra sæpius, quam statim excipiant hæc verba*. Tunc induet eos stola, dicens singulis: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, accipe stolam jucunditatis, quam immaculatam perferas ante Tribunal Christi, & agnoscas officium tuum, & impleas illud: Potens est enim Deus tibi augere gratiam.

Sequitur Benedictio. Domine sancte, spei, fidei, gratiæ, & profectuum &c. *Sæpius supra*. *Benedictione finita*. Tunc det illis Textum Evangeliorum dicens: Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesia Dei. Tunc legatur Evangelium in Ecclesia Dei. *Sic finitur ordinatio Diaconi*. *Sed post priora hæc verba*. Ecclesia Dei, *nota est remissionis ad marginem, & in inferiori margine scriptura recenti, & atramento plane alio*, tam pro vivis, quam pro Defunctis in nomine Domini. Amen. Deinde tradat eis Episcopus Dalmaticam, dicens: Induat te Dominus vestimento salutis, & indumento lætitiæ circumdet te semper. Et tunc qui lecturus est Evangelium, petit benedictionem dicens. Jube Domine benedicere. Episcopus vero dicit: Dominus sit in corde & in ore tuo ad pronuntiandum Evangelium Christi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Lecto Evangelio antequam dicatur: Dominus vobiscum; dicit Archidiaconus. Recedant qui ordinandi sunt Diaconi. Quo facto injungatur eis

eis aliqua pœnitentia quotidiana pro obſervantia tanti myſterii.

Ordo Preſbyterorum.

Facta electione, & accepta profeſſione ordinandorum Preſbyterorum, dicat Epiſcopus: Sit nobis, quæſumus fratres, cummunis oratio &c. *ut in ordine Romano ſub titulo*: Allocutio ad Populum. *Deinde* Presbyteri cum ordinantur, Epiſcopo eos benedicente, & manum &c. *Sæpius ſupra relatum*: *Præfatio Presbyterorum ſicut lectio*. Hac Præfatione finita ſequitur, *Conſecratio Presbyterorum*: Honorum dator &c. *in ordine Romano, & ſæpius jam exſcripta eſt. Ea completa, ſequitur*. Hic reflectat ſtolam ſuper humerum dextrum, & dicat: Accipe jugum Domini Dei dicentis: Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve. Hic veſtiet caſula dicens: Veſte nuptiali induat te Dominus. ℟. Deo gratias. *Sequitur benedictio*, Deus ſanctificationum omnium autor, cujus vera conſecratio, plena benedictio eſt; Tu Domine ſuper hos famulos tuos, quos Presbyterii honore dedicamus &c., *ut in ordine Romano, & jam ſæpius, ea dicta ſequitur*: Conſecrare, & ſanctificare digneris Domine manus iſtas per iſtam unctionem, & noſtram benedictionem, ut quæcumque conſecraverint &c. Hoc facto accipiat Patenam cum oblatis, & Calicem cum vino, & det eis dicens: Acccipite poteſtatem &c. *ut in Ordine Romano, Immediate ſubjungitur benedictio*. Benedictio Dei Patris omnipotentis, & Filii, & Spiritus Sancti deſcendat ſuper vos, ut ſitis benedicti in ordine Sacerdotali, & offeratis placabiles hoſtias &c., *ut in Ordine Romano, & ſupra, ſequitur confeſtim*. Et convertat ſe Epiſcopus ad populum, & dicat. Dominus vobiſcum, & oremus, & dicatur offerenda. Poſtea proſequatur officium Miſſæ uſque ad pax Domini. Tunc dat ſingulis oſculum pacis, dicendo. Pax tibi: & communicent omnes Presbyteri. Presbyteri vero pro conſecratione ſua ſtantes ante altare fidem Sanctæ Trinitatis, quam prædicaturi ſunt, incipiant

Digitized by Google

piant ita: Credo in unum Deum Patrem &c. & sic finiatur Missa ordine suo.

Ita se habet in illo Codice Presbyteri ordinatio. *In margine inferiore post benedictionem adnotatur scriptura recenti, dicendum esse*, Veni Creator, *Deinde in margine e regione istarum dictionum*, Accipe potestatem, *adnotatur scriptura antiqua, & ad textus antiquitatem accedente.* Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata &c. *& post completum ritum, legitur in margine manu recentiore adnotatum.* Et post sumptionem corporis, & sanguinis Jesu Christi antequam dicatur Postcommunio: Tunc Episcopus trahat unicuique casulam deorsum (habetur in textu justum Gallica dictio antiqua jus) per scapulas osculans eum, & dicens: Pax Domini sit semper tecum. Respondeat Ordinatus: & cum Spiritu tuo. Et per manus se commendet orationibus eorum, dicens: Ora pro me; Frater. Respondet Ordinatus. Dominus vobis retribuat.

Incipit Ordo, vel examinatio in Ordinatione Episcopi.

Primum faciat Clerus, & populus electionem Episcopi; Postquam autem electio Cleri, & populi, Domini quoque Metropolitani auctoritate corroborata fuerit, ipse Electus Sacerdotalibus vestimentis induatur præter casulam, & pro casula induatur Pluviali. Et sic Comprovinciales Episcopi deducant eum per manus coram Metropolitano ad examinandum, ipso Metropolitano sedente in loco examinationis, dorso verso ad majus altare. Sedilia vero ipsorum sint disposita ante conspectum Metropolitani in modum coronæ a dextris, & a sinistris electi. Stantes autem Episcopi cum Electo infra coronam, offerant eum his verbis: Reverende Pater, postulat Sancta Mater Ecclesia, ut hunc præsentem Presbyterum ad onus Episcopatus sublevetis. Et Metropolitanus respondet. Scitis, illum dignum esse? Episcopi: Quantum ad humanæ fra-

fragilitatis ſpectat examen, credimus, illum dignum eſſe. Et reſpondent omnes. Deo gratias. Tunc Metropolitanus.

Antiqua Sanctorum inſtitutio docet, & præcipit &c. *ut in Ordine Romano, & ſæpius ſupra. Sequuntur interrogationes Epiſcopo de more faciendæ, ibidem relatæ.*

Ita quoque examinatus, & plene inſtructus cum conſenſu Clericorum, & Laicorum, ac conventu totius Provinciæ Epiſcoporum; maximeque Metropolitani vel autoritate, vel preſentia ordinetur. Poſt hæc deducatur ante majus altare, & tunc faciat profeſſionem Archiepiſcopo ſuo, tenens ſcripturam in manu, & legat ſuper ſanctum altare. Tunc incipiat Cantor Introitum ad Miſſam, & electus ad Sacrarium deductus, veſtimentis, & inſignibus Pontificalibus * * lecto autem Evangelio, & toto officio uſque ad ſecretam peracto, duo ex Comprovincialibus Epiſcopis deducant eum per manus ad majus Altare, ante conſpectum Metropolitani. Et ſic in nomine Domini facta Litania, fiat conſecratio.

Hic incipit qualiter Epiſcopus ordinetur in Roma.

Epiſcopus cum ordinatur, primo progreditur Dominus Metropolitanus cum cuncto Clero ad Eccleſiam, ubi ipſam vult Ordinationem fieri. Veniens autem ante altare, mox ut vult indicat Cantori, & mox incipit Introitum. *Antiph.* Benedicat te Deus hodie. Cum Pſalmo, cum Gloria Patri. Cumque Introitum finierint, non dicitur Kyrie eleiſon, ſed Dominus Metropolitanus dicit. Gloria in excelſis Deo. Hoc finito, dicit. Pax vobis. Deinde det orationem. Et duo Epiſcopi ponant, & teneant Evangeliorum Codicem ſuper caput ejus, & uno ſuper eum fundente benedictionem, reliqui omnes Epiſcopi, qui aſſunt, manibus ſuis caput ejus tangant. Hæ orationes dicantur mediocri voce: Adeſto ſupplicationibus noſtris &c. Oremus dilectiſſimi &c. Propitiare Domine &c. *Præfatio.* Vere dignum &c. Honor omnium dignitatum &c.

Hæc

Digitized by Google

Hæc omnia eodem modo, & ordine, quo in ordine Roman. & supra explicatum est. Cum dicitur illa Præfatio, unctio fit; sed in ordine Romano unctio dicitur fieri in capite in modum crucis. In Codice nostro absunt ista verba. Unctione facta, & verbis prolatis additur in Codice, & omnes Episcopi pertingant caput ejus manibus suis. *Postea sequitur, ut in Ordine Romano.* Hoc Domine copiose in ejus caput influat &c. *Statim post finem præfationis additur.* Tunc cantet Clerus communiter unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron: quod descendit in ora vestimenti ejus. Mandavit Dominus benedictionem in sæculum. *Psalm.* Ecce quam bonum, & quam jucundum. Per unumquemque versum repetit Clerus communiter. *Hæc absunt ab ordine Romano.*

Ista verba statim sequitur benedictio Baculi. Tandem sequitur Benedictio super Episcopum, quæ additur in inferiori margine, sed scriptura antiqua, & inferius adhuc charactere rubro: Hæc omnia fiunt post offertorium, & ante secretam Missæ.

Cum autem venerit ad communicandum Dominus Archiepiscopus porrigit ei formatam, atque sacratam hostiam integram, suscipiens eam Episcopus, ex ea communicat super Altare. Quod vero residuum fuerit, reservetur sibi denuo ad communicandum uno quoque die usque ad quadraginta dies expletos; & post modum jussus ab Archiepiscopo communicet populum cum cæteris Episcopis&c. Finita Missa Archiepiscopus det novo Episcopo librum Evangeliorum, ita dicendo: Accipe Evangelium, & vade &c. & dat ei osculum, & cæteri Episcopi similiter. Datur Episcopo scriptum, quod Ordinationis acceptæ testimonium est, quod formata dicitur. *Eadem plane est, quæ in Ordine Romano. Nullibi autem in toto ritu occurrit. Accipe Spiritum Sanctum.*

Digitized by Google

ELECTA QUÆDAM MISCELLANEA SACRAS ORDINATIONES SPECTANTIA,

De variis Pontificalibus, ſive Sanctorum Officiorum Ordinibus ab hinc annos quadringentos ſcriptis decerpta.

IN Bibliotheca Eccleſiæ Rotomagenſis conſervatur liber Pontificalis minoris formæ, & littera minutiore deſcriptus, cujus ætas non videtur annos trecentos excedere, in quo hæc habentur in Ordinatione Subdiaconi.

Adepturi, Fratres, hjuſmodi officium Subdiaconatus, ſedulo attendite quale myſterium vobis traditur. Subdiaconum oportet præparare vinum, & aquam ad adminiſtrationem altaris, & miniſtrare Diacono. Accedentes igitur Subdiaconi ordinandi, accipiunt Calicem vacuum cum Patena ſuperpoſita de manu Epiſcopi: Accipite poteſtatem miniſtrandi, ut augeat vobis Deus gratiam ſuam in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Poſtea dicat Epiſcopus in modum lectionis, quod ſequitur, legendo & ſedendo. Videte cujus miniſterium &c. *uſque ad hæc verba* Deo placere poſſitis. Poſtea ſtans &c. Oremus Deum &c. Domine Sancte Pater &c. *hoc eſt Prefatio, & Benedictio Subdiaconorum, ut in Ordine Romano, & ſæpius ſupra.*

Tunc imponit eis Epiſcopus Manipulos in ſiniſtris brachiis, dicens ſingulis quod ſequitur: Accipe Manipulum, per quem deſignatur fructus bonorum operum: Imple miniſterium tuum: Potens eſt enim Deus ut augeat tibi gratiam ſuam in nomine &c. Et Epiſcopus: Pax tibi. Et Ordinatus. Et cum Spiritu tuo. Et poſt exuta tunica Subdiaconi principaliter Epiſcopo miniſtrantis, Epiſcopus immittit illam cuilibet uſque ad ſcapulas, retrahens eam uſque ad ultimum, qui eam totaliter indutus, dicit quod ſequitur. Induat te Dominus veſti-

Digitized by Google

ſtimento ſalutis, & tunica juſtitiæ circumdet te ſemper in nomine &c. Tunc dicitur Collecta Miſſæ diei, & Collecta ſequens cum ea pro Ordinatis ſub uno per Dominum. *In margine ſcriptum eſt alia manu.* Accipe librum Epiſtolarum.

In Presbyteri Ordinatione.

Tunc omnibus Sacerdotibus ibi exiſtentibus ponentibus manum dexteram, ſuper illos ſuſpenſam tenentibus, quod eis per Cappellanum debet annuntiari, & Epiſcopus ponit utramque manum ſuper caput cujuslibet. Poſtea dicit ſuper eos hanc orationem manibus extenſis, & debet ſurgere. Oremus &c. *ut in Pontificali.*

— *Poſtquam Epiſcopus dixit:* Accipe poteſtatem offerre ſacrificium &c. *ſubjungitur ſtatim,* ſequitur benedictio, ſuper eos plane dicenda. Benedictio &c. *ut in Pontificali in fine ante Communionem. De hinc offertorium dicitur. Poſtea antequam proferatur Agnus Dei,* dicatur ſolemnis Benedictio, quæ ſequitur. Omnipotens Deus ſua clementia vos benedicat, & ſenſum in vobis ſapientiæ ſalutaris infundet, & Catholicæ fidei vos documentis imbuat, & in Sanctis operibus per ſeverabiles reddat, & greſſus veſtros ab errore convertat, & viam pacis, & charitatis vobis oſtendat, quod ipſe præſtare dignetur, cujus regnum, & imperium ſine fine permanet in ſæcula ſæculorum. Amen. Et benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper &c. *Sequitur, Agnus Dei. Epiſcopus ſe ipſum, & alios communicet.* Et tunc ſucceſſive imponit manus ſuper capita ſingulorum inclinatas; dicendo cuilibet quod ſequitur. Accipe Spiritum Sanctum. Quorum remiſeritis &c. Poſtmodum extendens caſulam complicatam cujuslibet, induit quemlibet eorum manibus remanentibus junctis, dicendo ſic: Stola innocentiæ &c. Et eum oſculando dicit. Pax Domini, Amen, *Planetas, ut apparet, induuntur poſtquam ipſis dictum eſt. Accipe Spiritum Sanctum: Deinde, ante dictum fuerat.*

Quibus Planetas ſuper brachia plicatas tenentibus, & exiſtentibus coram Ordinatore, Epiſcopus admonet eos &c.

Ex libro Pontificali, literis majoribus, & elegantioribus ſcripto, qui pertinet ad Bibliothecam Collegii de Fuxo apud Toloſates: & inſcribitur: Liber Pontificalis officii.

Ex ordinatione Presbyteri. Poſtea Epiſcopus ſtans imponit manus ſuper capita ſingulorum, nihil dicens ſecundum conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ: Et ſimiliter omnes Præsbyteri, qui aſſiſtunt. Secundum vero conſuetudinen quarumdam Eccleſiarum dicunt. Accipite Sanctum, quorum remiſeritis &c. Deinde depoſita Mitra, dicit cantando: Oremus, dilectiſſimi &c. *Ea pronuntiata.* Hic reflectat Orarium ſuper humerum dextrum, dicens: Accipite jugum Domini, Jugum enim ejus ſuave eſt, & onus ejus leve. Hic veſtit eos caſula plicata per ſingulos dicens. Accipe veſtem Sacerdotalem, per quam charitas intelligitur: Potens eſt enim Deus, ut augeat tibi charitatem, & opus perfectum. Deinde Epiſcopo incipiente, cantatur Hymnus, *Veni Creator Spiritus* &c. Orationem ſequentem aliqui cantant in tono Orationis; alii vero in tono Præfationis: Deus ſanctificationum omnium auctor, cui &c. *Ea dicta ungit manus: quo peracto,* accipit de altari Calicem cum vino, & Patenam cum Hoſtia Calici ſuper impoſitam, & tradit ei dicens cuilibet ſigillatim: Accipite poteſtatem offerre Sacrificium Deo, Miſſamque celebrare tam pro vivis, quam & pro defunctis, in nomine Domini. Poſt Communionem explicat eis Caſulas, ſive Planetas dicens cuilibet ſigillatim: Stolam innocentiæ induat te Dominus. Accipe veſtem Sacerdotalem per quam charitas intelligitur. Potens eſt enim Deus, ut augeat tibi charitatem, & opus perfectum. Si vero Presbyter fuerit Cardinalis, dat ei Dominus Papa annulum, ita dicendo: Ad honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, committimus tibi Eccleſiam N. cum Clero, & populo ſuo *Sequi-*

Digitized by Google

quitur Benedictio. Benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti descendat super vos, ut sitis benedicti in Ordine Sacerdotali, & offeratis placabiles hostias pro peccatis, atque offensionibus populi omnipotenti Deo, cui est honor &c. *Hæc verba statim subsequitur* Ordo ad Episcopum faciendum. *Omnia Ordinariis Pontificalibus prope similia, si excipias.* Accipe Spiritum Santum *consecrando dictum: quod in eo Codice nusquam apparet.*

Ex Pontificali S. Mariæ Remensis manuscripto vix a trecentis annis, qui nigro coopertus est, cujus forma minore folio. In ordinatione Subdiaconi liber Epistolarum non datur; sed Subdiaconus, cui Tunica remanet, statim legit Epistolam, quam sequitur Tractus.

Sic in eo de consecratione virginum. Consecratio sacrarum vîrginum, quę in Epiphania vel in secunda feria Paschę, aut in Apostolorum Natalitiis celebratur; Omnes, qui ad Sacros Ordines debent promoveri ante pronuntiationem Evangelii ab Episcopo debent consecrari, quia prædicatio sancti Evangelii debet per totum mundum diffundi. Virgines autem, & viduæ post lectum Evangelium debent velari, quia decet eas & per Evangelium prædicari. Virginem Episcopo Parentes cum oblatione offerant, & ille in volutam manum ejus in palla altaris recipiat, dicendo cum adstantibus Antiphonam &c. *In fine Consecrationis sic legitur*. Deinde publica voce bannum Episcopalem imponat, ne quis eas a divino servitio sub vexillo castitatis impediat, & ut bona sua cum pace, & quiete possideant. Post hæc relinquentes puellis Cereos, stent inclinatæ usque dum communicent, & Missa finiatur ordine suo. Postquam communicaverint, reservet de ipsa Communione usque in diem octavum, & tunc communicent.

In consecratione Viduæ dicitur, quod a Presbytero velari potest, velum autem debet ipsamet sibi imponere. Ad Missam cum velatis offerat, & communicet.

In

In alio Pontificali, cujus forma semel complicata; sive in quarto, qui ligneo operculo tantum tegitur, & præcedente videtur paulo antiquior, libri Epistolarum Subdiacono traditi; nulla fit mentio. Nulla in ordinatione Presbyteri istius formulæ. Accipe Spiritum Sanctum, quorumcumque remiseritis &c. *Sed statim post traditionem Calicis, Patenæ, & oblatæ, & verborum* Accipe potestatem offerre &c. *Sequitur* Benedictio Dei Patris &c. Tunc osculetur singulos, dicens Pax Domini sit semper vobiscum, *Missa continuatur, & finita Missa, & data benedictione solemni, nullius postea rei fit mentio. In Ordinatione Episcopi similiter non legitur* Accipe Spiritum Sanctum.

In eodem Pontificali in fine Ordinationis Episcopi. Cum autem venerit ad communicandum Dominus Pontifex porrigit ei formatam, atque sacratam oblationem integram: Suscipiens eam Episcopus, ipse ex ea communicat super altare. Quod vero residuum fuerit, sibi denuo ad communicandum unoquoque die, usque ad quadraginta dies expletos, *reservat.* & postmodum jussus a Domino Pontifice, communicat populum cum cæteris Episcopis.

PRÆFATIO
IN DUOS AUXILII LIBELLOS,

Qua docetur unde accepti sint: Quis fuerit Auxilius: Multa ex iis erui posse ad historiam quorumdam Pontificum illustrandam. Argumenta ipsius non semper scopum attingere. Actionem Stephani VII. Pontificis in Formosum ancipitem esse. Ei Formosum occasionem amplam dedisse. Nonnulla denique notantur, quæ in eo caute legenda sunt.

QUum anno salutis millesimo sexcentesimo quadragesimo primo in itinere, quod tum agebam, Tolosa occurreret, in ea octiduum commoratus sum. Interea dum Bi-

Digitized by Google

Bibliothecam Illustriſs. Prę ſulis D. de Monthal Archiepiſcopi. Toloſani multis Codicibus manuſcriptis divitem luſtro, incidunt in manus meas hi Auxilii libelli charactere antiquo, ſi bene memini, deſcripti, & ad autoris ſeculum accedente. Multa tum exſcripſi, quæ mihi utilia fore prævidebam. Poſtea cum hoc opus ſub prælo ſudare inciperet, & de Operis mei ſcopo cum R. P. Vignero noſtrate, & noſtræ Congregationis Presbytero, viro eruditiſſimo, & antiquitatis, qua ſacræ, qua profanæ, indagatore ſolertiſſimo, & perſpicaciſſimo colloquerer, monuit me, ſe habere Auxilii libellos manu ſua exſcriptos ex Codice antiquo, quem forte fortuna in Monaſterio Lotharingico deprehenderat; Monaſterium indicavit, ſed illius non memini: Se poſtea apographum ſuum cum alio antiquo Codice, quem penes ſe habebat Reverendus P. Jacobus Sirmondus, Doctorum nemini incognitus, contuliſſe: Exemplar ſuum mihi roganti lubens conceſſit utendum, & edendum. Hinc, Lector, iſtos habui libellos, quos nunc tibi publice exhibeo. Papyrius Maſſonus poſterioris libelli titulos Cardinali Baronio Romam olim tranſmiſit, quos tanti fecit, ut eos, ne perirent, ultimo Annalium tomo adnexerit. Hunc libellum vocat Cardinalis: *Acta Formoſi Papæ*: eodem loco epiſtolam Auxilii ad Leonem Nolæ Epiſcopum integram exſcribit, ut etiam libelli capita ultima 29. & 30. Codices autem noſtri triginta duo Capitula nobis exhibent, prioremque libellum Baronio, & Papyrio prorſus incognitum.

Quis fuerit Auxilius, non liquet. Italus non fuit, ut ipſe tettatur l. 2. c. 31. Ita enim ſibi objicit: *Porro cum ſis homo exteræ gentis, & apud nos humanæ vitæ ſubſidiis indigeas, quid ad te pertinet noſtris reſiſtere diſceptationibus*. Et paulo poſt: *Si advenis, & peregrinis Eccleſiæ Præpoſitos accuſare licet, vel judicare, aut præjudicare &c.* Hoc autem non diſſitetur, imo reſponſo ſuo ſupponit; Dicit enim tantum ſe eſſe ex eo genere, quod Apoſtolus Petrus vocat, genus electum,

re-

Digitized by Google

regale Sacerdotium, gentem ſanctam, populum acquiſitionis; hoc ſibi ſufficere: ut a teſtimonio hac in cauſa perhibendo excludi non poſſit, velut eo loco pluribus legere potes. Cujas autem fuerit, difficile dictu eſt, cum hoc in libellis ſuis non indicet. Francum fuiſſe, vix dubitari poteſt; Sed eo tempore Franci nomine Germani non ſecus, ac Galli intelligebantur; Uter fuerit, non liquet, nec de hoc magnopere laborandum. In fine tamen ejuſdem capitis videtur negare, ſe exterum eſſe, quod initio conceſſerat. Presbyter autem erat, atque a Formoſo Papa ordinatus. ut ex initio cap. 31. colligi poteſt. Deinde id videtur probare, quod ab Epiſcopis de Canonibus, & eorum obſervatione conſulitur. Sed cap. ultimo libri primi utrumque evidenter docet, & ſe fuiſſe ſaltem Presbyterum, & a Formoſo ordinatum.

Ex his autem libellis multa erui poſſunt, quibus lumen affulget nonnullis maximi momenti geſtis Pontificum, Formoſi, Stephani ſeptimi, Joannis Noni, & Sergii Tertii, quæ obſcure admodum hiſtoricorum illius temporis partim negligentia, partim penuria, nobis tradita ſunt. Hinc conſtat Pontifices Stephanum, & Sergium probabiles cauſas, imo in ſpeciem graves, exautorandi Formoſi Ordinationes habuiſſe. Formoſus enim a Joanne Octavo Papa propter varia crimina depoſitus, & degradatus fuerat, & ad communionem laicam redactus, atque ab Epiſcopatu Portuenſi expulſus. Joannis Papæ ſententia in eum edita eſt 3. tomo Conciliorum Galliæ p. 432. Accuſabatur cum nonnullis aliis in Papæ Joannis vitam conſpiraſſe, in Caroli Calvi Imperatoris & Franciæ Regis ruinam conjuraſſe, Romam Saracenis prodere volviſſe, ut Papam illius excidio involveret, multaque alia crimina perpetraſſe, quæ in ſententia Joannis VIII. referuntur. Ob tam horrenda crimina Pontifex fugitivum & contumacem ab omni Miniſterio Sacerdotali, & Clericali deponit, & anathema in ipſum pronuntiat. Nec hoc Romæ pronuntiaſſe conten-

Digitized by Google

tentus, ſententiam ſuam ad omnes Galliæ, & Germaniæ Epiſcopos Pontigone congregatos, litiſque proceſſum mittit per Legatos ſuos, eos que hortatur, ut ſententiam ſuam per univerſas diœceſes ſuas publicari curent, ut videre eſt præterea tom. 3. Conciliorum part. 1. cap. 5. Concilii Pontigonenſis. Cum autem Formoſus, & criminum ejus conſortes in criminibus, & contumacia perſeverarent, Joannes VIII. biennio poſt Trecas in Galliam venit, ubi congregata Synodo Epiſcoporum Galliæ, & Belgicæ, excommunicationem in Formoſum renovat, & conſentientibus, atque ſubſcribentibus omnibus Epiſcopis, eam iterum ipſe fulminat; ut legere eſt apud Aimonium l. 5. c. 37. & tom. 3. Concil. Galliæ in Concil. Tricaſſ. 11. cap. 4. Scribebat inſuper idem Pontifex ad varios Provinciarum Magnates, *ut a conſortio Formoſi anathematizati* diligenter ſibi caverent, ut videre eſt epiſtola iſtius Pontificis 305.

Opponebant equidem Formoſi fautores, Marinum Papam Joannis VIII. ſucceſſorem ab Anathemate Formoſum abſolviſſe, & ordinibus ſuis, atque Epiſcopatui redintegraſſe. Sed quidquid ſit de hac abſolutione, regerebant præterea Formoſi adverſarii, eum inique, & contra Canones procuraſſe, ut a Sede Portuenſi ad Romam transferretur; quod hactenus nunquam in hac Sede factum fuerat. Omnes enim Pontifices, ad Formoſum uſque, electi fuerunt ex Diaconis, & Presbyteris Romanis. Crimen illud translationis Epiſcopalis, Romanis moribus plane inſolens, aggravabat Formoſi jusjurandum, quo ſe nunquam Romam rediturum Papæ Joanni ſolemniter promiſerat: Non tantum autem redierat, verum etiam Pontificatum ambierat, & obtinuerat. Nec ſine exemplo ordinationes Formoſi iterarunt. Exemplum Stephani IV. ſe ſequi prætexebant, qui convocato magno Concilio Italorum, Francorum, & Germanorum Epiſcoporum, cum omnium conſenſu Conſtantini Papæ ordinationem irritam & caſſam declaravit, eo quod cum Laicus eſſet, ad Pontificatum

Digitized by Google

electus fuerat, & paucis diebus, nullis prope servatis interstitiis, omnes ordines susceperat. Nec Constantini degradatione contenti fuerunt, sed etiam omnes, qui ab eo ordinati fuerant, nihil ex ea ordinatione consecutos esse declararunt, ideo iterum ordinandos esse, si Ecclesiæ, quibus destinati fuerant, eos instanter peterent. His, & similibus argumentis & exemplis Pontifices illi ausum suum tuebantur. Nitebantur forsan aliis rationibus, quas Auxilius præterit, utpote istorum Pontificum adversarius.

Nec est de illis reordinationibus, & superordinationibus judicandum, ut nunc judicaretur: Nondum enim in rem judicatam transierat, & in fidei Catholicæ axioma, quamlibet ordinationem secundum Ecclesiæ ritum ab Episcopo secundum eundem ritum, ordinato celebratam, validam esse, & nullo casu iterandam. Variæ erant, & contrariæ de hac re traditiones, variæ observationes, varia, & contraria Doctorum responsa. Hanc varietatem evidentissime, & luce meridiana clarius docent hi libelli, nec disceptationem inter eos de ordinum executione tantum fuisse, sed primò & principaliter de ipsa Ordinum substantia. Communi equidem sententia, quantum ex eorum actis colligere est, omnes fatebantur, Ordinationes secundum præscripta Canonum, & librorum Ritualium ab Episcopis Catholicis celebratas, nunquam esse repetendas. Sed de multis quæstionibus, quæ in hac materia fieri solent, variæ erant sententiæ, quæ nec illo sæculo, nec duobus sequentibus universaliter definitæ sunt, & ideo variæ de his rebus leguntur observationes. Verbi gratia; An Ordinatio contra Canones usurpata, esset ordinatio. An Episcopus depositus, degradatus, & ad communionem Laicam damnatus, ordinare posset. Alia erant dubia, sed hæc duo potissimum illius temporis Pontifices vexaverunt, & ingentes tumultus excitarunt. Testimoniorum ab Auxilio pro sententia sua allatorum magna pars scopum non ferit, multaque, quo-

quorum diversa ratio, velut idem sonarent, confundit; nec semper accurate satis examinat, an argumenta, quibus utitur, rem acu tangant. Verum ista Lectoris judicio pensitanda relinquimus.

In Stephani Pontificis actionem, qui Formosum Papam mortuum in judicium vocavit, exhumari jussit, & condemnatum, vestibus Pontificalibus exui, tribusque digitis amputatis, in Tiberim projici, plurimum invehitur; nec ipse tantum, sed recentiores plerique hoc facinus tragice exagerant; ideoque Pontificem illum injuriis, & opprobriis onerant, & dilacerant. Actio ista anceps est, & pro vario conspectu variam, & contrariam speciem induit. Certo conspectu spectata, crudelis, inhumana, barbara videtur. Plerique omnes historici, qui hactenus de hac actione scripserunt, eam siniſtre conspexerunt, ideoque Pontificem Stephanum innumeris convitiis nulla tantæ dignitatis habita reverentia, prosciderunt. At si alio conspectu, eoque dextero, quis eam contempletur, justa, & severa legum observatio apparebit, zelusque pro disciplina Ecclesiastica suscipiendus; non secus ac ii laudantur, qui viris principibus, aut cognatis, atque etiam filiis sontibus non pepercerunt, sed de eorum criminibus juxta leges vindictam sumpserunt. Verum ista in medio relinquamus, neutri præjudicium facientes. Per nos sit hac in causa uniçuique, velle suum, & conspectus. Hoc solum velim Lectorem adnotare, totum istud Pontificum dissidium ad fidem nullo modo spectasse. Duo tantum spectabat, quæ hominum opinationibus erant obnoxia, quorum unum in quæstione singulari versabatur. An formosi ad Papatum promotio fuisse canonica. Pars una hoc affirmabat; negabat altera. Alterum in quæstione universali, sed nondum decisa, & edicto peremptorio confirmata: An Episcopus depositus, & degradatus valide ordines conferret.

Monendus es præterea Lector, nonnulla esse apud hunc

Digitized by Google

Autorem, quæ evidenter a veritate aliena sunt; Iis notam inurere satis esto; nam ad ea refutanda longum sermonem texere, esset a scopo nostro longissime aberrare. Lib. 1. c. 11. Osium accusat Novatianismi, & adversus eum invehitur quatuor sequentibus capitulis, ut & c. 23. lib. 2. eo quod Canone 1. & 2. Concilii Sardicensis dixisse refertur, Episcopo, qui sedem mutaverit fraude, & mercede aliqua, licet excusationem afferat, quod plebs eum expetierit, ne laicam quidem communionem esse concedendam. At totum Concilium Sardicense, quod velut universale censetur, & unum cum Concilio Nicæno, Osii sententiam approbat, & confirmat; nec illi duo Canones Osii esse censentur, sed Concilii. *Placet ne hoc omnibus? Omnes Episcopi dixerunt Placet.* Deinde modus, quo pœnam illam infligunt Patres, adversatur e diametro hæresi Novatianorum. Ostendit enim hanc pœnæ inflictionem, aut illius indulgentiam esse in eorum potestate; cujus veritatis negatio Novitianismum constituebat.

Præfatiuncula in lib. 2. & in responsione, scribit, ordinem, per puram coactionem susceptum, valere, idque simili absurdo probat, & illustrat; quod iterum repetit cap. ultimo libri. *Si quispiam*, inquit, *nolens credere in Christum, per vim baptizatus fuerit, & postmodum in Christum credere acquieverit, numquid iterum baptizandus erit? Minime.* At ejusmodi Baptismus, sic & Ordo, characterem non imprimunt, ut docent Doctores omnes, & difertissime traditur, extra c. Majores Ecclesiæ §. Item quæritur. De Baptismo, & ejus effectu. Nec facit ad rem Infantium baptismus: Quoniam sicut sine voluntate propria peccarunt, ita sine voluntate sua baptizantur, & baptismo purgantur.

Lib. 2. c. 12. 13. 14. 15. parum considerate loqui mihi videtur de obedientia, quæ Summo Pontificis jubenti debetur. Quamquam enim id, quod scribit verum forsan sit in hypothesi, quam tractat: tamen generaliter pronuntiatum fal-

Digitized by Google

falsum est & periculosum : Hoc erat cautius explicandum, & pronuntiandum. Eadem ratio est distinctionis, quam facit c. 18. lib. 2. inter Apostolicam Sedem, & in ea Præsidentes, cautius erat explicanda. Prætextu enim honoris conservandi Throno Apostolico debiti, habenæ laxantur Convitiatoribus Pontificum, unde necessario, & evidenter convitia in Sedem ipsam reflectuntur.

Temere etiam mihi videtur c. 4. l. 2. condemnare Stephani Pontificis decretum. Nihil enim de Constantino, & ejus ordinationibus statuit, nisi approbante, & laudante numeroso Episcoporum Concilio, quos in eam rem ex Italia, Gallia, & Germania convocaverat : Omnes pedibus manibusque iverunt in Stephani, & Cleri Romani sententiam. Joannes XII. approbante Concilio Romano, annis circiter quinquaginta post Auxilium, longe aliter sensit de sententia Stephani IV. in Constantinum Pseudo-Papam. Nam Joannes ejus imitatione, & ejus facto in exemplum prolato, similem prorsus in Leonem Pseudo-Papam, & ab eo ordinatos, cum universi Concilii unanimi consensu, pronuntiavit sententiam. Postquam enim ab omni ministerio Episcopali eum deposuit, ita de iis, quos ordinaverat, definit. *Eos vero, quos ipse Leo Neophytus, & invasor S. Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ in quolibet Ecclesiastico Ordine provexit, Apostolica atque Canonica autoritate, & Synodali decreto in pristinum revocamus gradum, quia ordinator eorum nihil sibi habuit, nihil illis dedit. Sicut olim noster Prædecessor piæ memoriæ Papa Stephanus sententiam tulit de iis, qui ordinati fuerant a Constantino quodam Neophyto, & invasore Sanctæ Sedis Apostolicæ, & postmodum quosdam eorum sibi placabiles Presbyteros, aut Diaconos consecravit.* Sententia autem actione prima Concilii in ordinatos a Leone Schismatico, seu VIII. lata fuerat, qua data Joannes Papa *præcepit ingredi eos in Concilium cum vestimentis, planetis, atque stolis; & unumquem-*

Digitized by Google

quemque eorum in carthula scribere fecit hujusmodi verba: Pater meus nihil sibi habuit, nihil mihi dedit. Et sic eos exutos privavit honore, quem dederat eis ipse, invasor, & Neophytus, atque Curialis, & revocavit eos in pristinum gradum. Hæc præter Acta Concilii diserte refert Sigebertus ad ann. 963. Sed Auxilius argumentis adversariorum pressus, qui Osii in Concilio Sardicensi, & Stephani Papæ in alio Concilio decreta illi objiciebant, in hæc incommoda sese conjecit, attente, ut debuerat, non satis considerans, se cum Osio, & Stephano Pontifice magna, & numerosa Episcoporum Concilia condemnare.

Facilius forsan excusari poterit, quod c. 25. & 27. l. 2, & c. 4. l. 2. Liberium Pontificem Hæreticum vocat, & Apostatam. Optimos enim habet autores sibi in hac credulitate præeuntes, Sanctos scilicet Athanasium, Hilarium, Hieronymum, & Autorem vetustum libri Vitas Pontificum continentis, a quo hausit Auxilius quæ de Liberio refert. Tanti Viri hanc de Liberio opinionem conceperant, eo quod Liberius tædio exilii, & persecutionum ab Arianis inflictarum crudelitate dejectus, tandem Athanasii condemnationem subscripserit, licet hæresim Arianam nunquam fuerit professus. Tria crimina commiserat Liberius, quæ famæ de ipsius hæresi vulgandæ, ut ait Cardinalis Baronius ad annum 357. n. 42., occasionem dederunt. *Quod victus labefactarit Sacerdotalem constantiam, injuste contra S. Athanasium subscribendo: quodque communicaverit, ut ipse fatetur, cum illis, quorum communionem hactenus exhorruisset: Sed quod etiam professioni illi subscripserit, quæ licet Catholica videri posset, tamen voce illa Nicæna careret consubstantialitatis, quam majores omnes adversus Arianos magna semper gloria defendissent.* Hujus infamiæ dissemination non parum auxit oppositio, quam Clerus Romanus Duce Damaso, & Cives Romani Catholici prope omnes fecerunt Liberio Papæ ab exilio Romam redeunti.

Digitized by Google

ti. Publicatis enim quæ humanitus illi contigerant, cum eo communionem colere noluerunt, sed Felici II., secessione a Liberio facta, adhæserunt; unde neces, exilia, & martyria multa contigerunt, Præfectis Constantii Imperatoris Ariani, in eos qui Liberii communionem amplecti nollent, sævientibus. Qui hæc sigillatim discere cupit, Cardinalis Baronii Annales legat ad annum Christi 557. n. 32. & sequentibus. Card. Bellarmin. Controvers. tom. 1. lib. 4. de Pontif. Rom. c. 9. Cum igitur sententiæ suæ tantos habeat autores Auxilius, facile excusandus est, ut & multi graves Autores qui ante, & post ipsum in eandem lapsi sunt sententiam, quos inter Sanctus Petrus Damianus Episcopus & Cardinalis Hostiensis, doctrina, pietate, & dignitate in Ecclesia celeberrimus.

AUXILIUS

De Ordinationibus a Formoso Papa factis.

PRÆFATIUNCULA.

PRudens Lector, hæc de Scripturarum copiis, & Sanctorum Patrum documentis pauca defloravimus, scilicet: Quod si Episcopus a propria Sede fuerit pulsus, certa imminente necessitate, vel utilitate, in alia Ecclesia, quæ Præsulem non habet, inthronizari possit, non tamen absque authoritate dumtaxat Romani Pontificis: & quod Ordinatio illa, quam Papa Formosus fecit, rata & legitima esse probabiliter ostendatur, etiamsi ipse Formosus, ut ajunt, non rite fuerit ordinatus. Quapropter cui plurima legere minime vacat, hæc breviter congesta, si sensum intendat, ubertim sufficere posse, non dubium est.

IN-

Digitized by Google

INCIPIUNT CAPITULA.

I. *Ablatio ex Epistola Anteri Papæ.*
II. *De Sancto Gregorio Nazianzeno.*
III. *Nomina Episcoporum, qui transmigraverunt ad aliam Sedem.*
IV. *De his & apud Chronica Græca.*
V. *Quod BB. Gregorius, atque Basilius, ignari non fuerunt Nicæni Concilii.*
VI. *De vitanda Episcoporum transmigratione de Sede ad Sedem, ex Concilio Nicæno.*
VII. *Qualiter Chalcedonensis Synodus idem Nicænum intelligat.*
VIII. *Quod authoritate S. Leonis Papæ Chalcedonense Concilium sit institutum.*
IX. *Unde supra Cap. S. Leonis Papæ.*
X. *Gelasii Papæ.*
XI. *Osii Capitulum.*
XII. *Quod idem Osius non Catholice dixerit, nec Laicam in fine communionem accipiat.*
XIII. *Sancti Augustini de hoc ipso.*
XIV. *Interrogatio super Osii definitione dicentis, nec in fine Laicam communionem accipiat, & qui sint Canones autoritate præditi.*
XV. *Quo fine suum sapere Osium concludit.*
XVI. *Ab hinc præclara sequuntur testimonia, quibus Papæ Formosi ordinatio rata, & legitima esse monstratur. S. Leonis Papæ quod Pseudo-Episcopi sint abjiciendi, & quod eorum ordinati possit rata consistere.*
XVII. *Quia sicut denuo baptizari quisquam non potest ita*

Digitized by Google

ita nec denuo in ipsum consecrari, ad Joannem Episcopum Ravennatis Ecclesiæ.

XVIII. Unde supra in Canonibus Apostolorum.

XIX. Anastasii Papæ, quod eos, quos post damnationem suam vel baptizavit, vel ordinavit Acacius, nulla læsionis portio attingat, ad Anastasium Imperatorem.

XX. Ejusdem, quod mali bona ministrando sibi tantummodo noceant, nec Ecclesiæ Sacramenta commaculent.

XXI. Unde supra S. Augustini contra Parmenianum Donatistam.

XXII. Quod Bonosiaci Cleri cum suis honoribus sine recepti. Innocentii Papæ.

XXIII. Nicæna Synodus Clericos, qui Cathari dicuntur, recipi jubet.

XXIV. De Anatolio licet male ordinato, tamen non expulso.

XXV. De Liberio.

XXVI. Quod Vigilii ordinationes nemo removere ausus fuerit.

XXVII. Quod excepto Liberii sacrilegio, quod pessimum est, Vigilius pejora commisisse dignoscitur, quam Formosus.

XXVIII. Quod qui Papæ Formosi sacram Ordinationem, nihil esse, vel fuisse causatur, Christianæ Religionis sit inimicus.

XXIX. Quod si æmulatoribus illis Papa Formosus displicet, non externis & longinquis, sed Romano Populo imputare debent.

XXX. Utrum vere sit Sacerdos, aut Levita, vel Subdia-

Digitized by Google

conus, quid ad subvertendam eamdem ordinationem se cuiquam juramento constringit.

XXXI. *Ex Concil. Chalcedonensi de conjuratione, vel conspiratione.*

XXXII. *Quod ad faciendum iniquitatem nulli unquam sit obtemperandum.*

XXXIII. *Quod illud Evangelicum, omnia quæ dixerint vobis servate, & facite, solummodo in bonam partem accipiendum sit.*

XXXIV. *Quod ad scelera committenda nullius excommunicatio sit observanda.*

XXXV. *De observanda excommunicatione.*

XXXVI. *De injusta Pastorali obligatione.*

XXXVII. *Unde supra in Salomone.*

XXXVIII. *Item ibidem.*

XXXIX. *Unde supra S. Gregorii Papæ.*

XL. *De universali Concilio expectando.*

CAPUT I.

Ablatio ex decretali Epistola Anteri Papæ.

NON transit de Civitate in Civitatem, vel de minori Civitate ad majorem, qui hoc non suo libitu, non ambitu, non propria voluntate facit, sed aut vi, aut propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut utilitate loci, aut populi, non superbe, sed humiliter transfertur. Non igitur migrat de Civitate ad Civitatem, qui non avaritiæ causa, non sponte dimittit suam, sed, ut jam dictum est, aut pulsus a sede sua, aut necessitate coactus, aut electione, aut exhortatione Sacerdotum, & populorum, ad aliam Civitatem transfertur, & inthronizatur. Hinc est, quod Eusebius de quadam parva Civitate, Apostolica authoritate, mutatus est Alexandriam. Felix quoque de Civitate, qua ordinatus erat, ele-

Digitized by Google

electione Civium, propter doctrinam, & bonam vitam, quam habebat, communi Episcoporum, & reliquorum Sacerdotum, ac populorum consilio translatus est ad Ephesum. Hæc Anterus.

CAPUT II. *De Sancto Gregorio.*

Cæterum autem si quisquam objectare tentaverit, quod idem Anterus ante Nicœnum fuerit Concilium, tandem discere non erubescat, quod Pater Sanctissimus, & Doctor mirabilis, Gregorium, dico vere Theologum, non paucis labentibus annis post Nicœnum Concilium, ob Ecclesiæ utilitatem de Civitate ad Civitatem migravit. Nam cum prius unius Civitatis Cappadociæ, quæ Samsima dicebatur, fuisset Episcopus, Beati Basilii & aliorum Episcoporum hortatu, & consensu Nazianzo constitutus est, deinde Constantinopolim demigravit; neque enim audiendi sunt qui eum Synodali judicio asserunt a Constantinopolitana Sede projectum. Verum est quia congregati sunt Episcopi sed non adversus eum, sed magis adversus inthronizatores ejus, videlicet, quod sine suorum consensu eum inthronizare ausi fuerint. Ipse nimirum Sanctissimus Pater testificatur, cujus testimonium utique verum est, quod sedem illam rite acceperit, eique recte præsederit, imo & precibus pulsatus fuerit, ut eam non desereret, sed propter assiduos corporis dolores, exterasque infirmitates, curvamque senectam istiusmodi precibus assensum præbere noluit, reversusque ad quietem, & Philosophicam vitam, quam semper amaverat, in qua multiplices, ac saluberrimos fructus afferens, quievit in Domino. Hæc autem partim reperiuntur in gestis, quæ de vita ejus scripta sunt, partim in Sermone ipsius, qui Syntactirius appellatur. Apertiusque in homilia inveniuntur, quam ipse de se apud Constantinopolim adversus eos disseruit, qui eum sedem illam desideraſſe dicebant.

Digitized by Google

CAPUT III. *Nomina Episcoporum qui transmigraverunt ad aliam sedem.*

Verumtamen quia de Episcoporum transmigratione facimus mentionem, restat ut & alios qui utilitate vel necessitate inthronizati sunt, ad memoriam revocemus. Perigenes in Petris ordinatus Episcopus; sed quoniam Cives ejus Civitatis eum suscipere noluerunt, Romanæ Civitatis Episcopus jussit eum inthronizari in Corinthum Metropolim, defuncto ejus Episcopo, eique, donec advixit, Ecclesiæ præfuit. Dositheum Seleuciæ Episcopum Alexander Antiochenus Episcopus in Tharsum Ciliciæ demigravit. Reverentius ab Arcis Phoeniciæ in Tyrum migratus est. Joannes de Gordolyde mutatus est in Procoso, & in ea præsedit Ecclesia. Palladius ab Helenopoli, mutatus est in Asponiam; Alexander ab alia Helenopoli in Adriopoli mutatus est. Meletius prius in Sebastena Ecclesia præfuit, & postea Antiochiæ Præsul est constitutus. Theosebius ab Apamia Asiæ transfertur in Eudoxiopolim, quæ dudum Salambria vocabatur. Polycarpus de Urbe Antapristena Mysiæ in Nicopolim Thraciæ mutatus est. Obtimus ab Agardamia Phrygiæ in Antiochiam Pisidiæ migratus est. Sylvanus a Philippopoli Thraciæ mutatus est in Troada. Eusebius itaque Pamphili in Sexto Historiæ Ecclesiasticæ libro Alexandrum unius Cappadociæ Civitatis Episcopum refert, quia cum venisset causa orationis Hierosolymam, tentus sit ab ejus Civibus, & in locum Narcissi Episcopi constitutus, & de cætero omni vita sua ipsi Ecclesiæ præsedisset.

CAPUT IV. *De his autem, & apud Chronica Græca ita legitur.*

Imperante Romanorum, secundo anno, Artemio, qui est & Anastasius, tertia decima Indictione, undecima die mensis Augusti, translatus est de Metropoli Cyzico Germanus Archiepiscopus Constantinopolim, adstante Sanctæ Romanæ & Apostolicæ Sedis Apocrisario, Reverendissimo Presby-

Digitized by Google

sbytero Michaelio, consentientibus Episcopis, & omnibus Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, & cuncto Clero, vel Senatu. Quibus omnibus idem Presbyter talem fecit sermonem. Divina enim gratia, quæ scit semper infirma erigere, & incompleta complere, transtulit, & ordinavit in sacratissimam Sedem a Deo servatæ Civitatis Constantinopolitanæ, præsentem Germanum sanctissimum Archiepiscopum. Hæc autem non ideo prælibavimus, ut quasi licitum sit cuiquam Episcoporum de se transferre ad Sedem, nisi certa imminente necessitate, vel utilitate.

CAPUT V. *Quod BB. Gregorius, atque Basilius non ignari fuerint Nicæni Concilii.*

His ita breviter commemoratis, revertamur ad ea, quæ paulo post superius de B. Gregorio Theologo dicere cœperam. Nonne si quispiam temeritate accensus, objicere præsumpserit, quod Beatus Basilius, & idem loculentissimus Doctor Gregorius, ignari fuerint Nicæni Concilii, & in hujusmodi facto a Sancta Romana Ecclesia deviaverint, etiam imperitiæ cachinnum præbebit? Sed animadvertendum est, quod in hujusmodi negotio iidem Sancti Patres, Nicænos Canones ita intellexerint, quemadmodum Chalcedonensis Synodus, nec non & Sanctissimus Leo, atque Gelasius intellexisse noscuntur, quod in consequentibus liquidius apparebit.

CAPUT VI. *De vitanda Episcoporum transmutatione de Sede ad Sedem ex Concilio Nicæno.*

Propter multam perturbationem, & seditiones quæ fiunt, placuit consuetudinem * omnibus amputari, quæ præter regulam in quibusdam partibus videatur admissa, ita ut de Civitate in Civitatem, non Episcopus, non Presbyter, non Diaconus, transferatur. Si quis autem post definitionem sancti, & magni Concilii tale quid agere tentaverit, & se hujusmodi negotio manciparit, hoc factum prorsus in irritum du-

* *Omnimodis.*

Digitized by Google

ducatur, & reſtituatur Eccleſiæ, cui fuit Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus ordinatus.

CAPUT VII. *Qualiter Chalcedonenſis Synodus, idem Nicænum intelligat.*

Clericos in Eccleſia miniſtrantes, ſicut jam conſtituimus, in alterius Civitatis Eccleſia ſtatutos fieri non oportet; ſed contentos eſſe in quibus ab initio miniſtrare meruerunt, exceptis illis, qui proprias amittentes Provincias, ex neceſſitate ad aliam Eccleſiam tranſierint. Si quis autem poſt hanc definitionem ſuſceperit Clericum ad alium Epiſcopum pertinentem, placuit & ſuſceptum, & ſuſcipientem communione privari, donec is, qui migraverat Clerus *, ad propriam ſuerit reverſus Eccleſiam.

CAPUT VIII. *Quod authoritate S. Leonis Papæ Chalcedonenſe Concilium ſit inſtitutum.*

Authoritate igitur, & Apocriſariis Beati Leonis Papæ, ut in ejus Epiſtolis legitur, Chalcedonenſe Concilium inſtitutum eſt, atque roboratum. Et propterea memoratus Papa, diſcrepare ab illo æſtimandus non eſt.

CAPUT IX. *Sancti Leonis Papæ.*

Si quis autem Epiſcopus civitatis ſuæ mediocritate deſpecta, adminiſtrationem loci celebrioris ambierit, & ad majorem ſe plebem quacumque ratione tranſtulerit, a cathedra quidem pelletur aliena, ſed carebit, & propria: ut nec illis præſideat, quos per avaritiam concupivit, nec illis, quos per ſuperbiam ſprevit. Suis igitur terminis quiſque contentus ſit, nec ſupra menſuram juris ſui affectet augeri.

CAPUT X. *Gelaſii Papæ.*

Quiſquis propriæ deſertor Eccleſiæ nullis exiſtentibus cauſis ad aliam putaverit tranſeundum, temereque ſuſceptus fuerit, & protervus reverendorum Canonum vel ipſe, vel receptor ejus, atque provector, inſtituta non fugiet, quæ de hujuſmodi præſumptoribus Sacri Canones præfixere ſervanda. Audi-

* *Clericus,*

Digitized by Google

Audistis, o æquitatis judices? quomodo Chalcedonense Concilium, quod utique a Nicæno Concilio nullatenus deviat, statuerit, quod absque Provinciarum amissione, in alterius Civitatis Ecclesiam demigrandum non sit. Nihilominus audistis, quod beatissimus Papa Leo censuerit, ut Episcopus Civitatis suæ mediocritate despecta, administrationem loci celebrioris ambire non debeat, nec per avaritiam ad majorem, se plebem transferre. Id ipsum autem & Papa Gelasius, ut supra ostensum est, definire videtur. At vero si alicujus prædecessoris Pontificis capitulum ad hæc objicere quis præsumserit, noverit Chalcedonensem Synodum, necnon & Apostolicos Præsules, quorum testimonia prætulimus, Leonem dico, atque Gelasium, cuncta præcedentium Patrum, quæ canonice instituta sunt, melius consideraſſe, atque tractaſſe, quam homines hujus temporis, & idcirco nemo eis præferendus est.

CAPUT XI. *Osii Capitulum.*

Nonnulli tamquam validissimum murum objiciunt Osium dicentem: Si quis Episcopus per avaritiam, aut ambitionem, & ut dominationem agat, sedem mutaverit, nec laicam communionem habeat. Deinde in sequenti Capitulo. Etiamsi talis extiterit, ut per fraudes, & quosdam præmio, & mercede corruptos, excusationem afferens, ut quasi eum populi petere videantur, nec laicam in fine communionem accipiat.

CAPUT XII. *Quod idem Osius non Catholice dixerit, nec laicam in fine Communionem accipiat.*

Attendite, quæso, veritatis amatores, quod dicturi sumus; nam quod idem Osius ait: si quis Episcopus per avaritiam, vel ambitionem, & ut dominationem agat, sedem mutaverit, libenter amplectimur. Quod autem subjunxit: Nec laicam in fine communionem percipiat, æquis auribus audire non possumus. Ubi hoc didicit Osius? presertim cum in Synodo Nicæna, quæ inter omnes Synodos principatum tenet, in qua ipse etiam cum Sanctis Patribus consedit, tale quid non habe-

Digitized by Google

habetur. Quin potius, ut supra intimatum est humanius definierunt, dicentes: Hoc factum prorsus irritum ducatur, & restituatur Ecclesiæ, cui fuit Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus ordinatus. Ergo quod dictum est, nec in fine laicam communionem accipiat, non Catholicum, sed Catharum sonat. Cathari enim Græce, mundi dicuntur, cum prorsus sint immundi. Isti nimirum sunt Novatiani hæretici, qui neminem post culpam pœnitentiam agere posse, dogmatizant. Contra quos Dominus per Prophetam clamat: Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat. Sunt & alia quamplurima, quibus ostenditur, quod peccator etiamsi in extremo vitæ suæ pœnitentiam petat, non sit abjiciendus, nec desperandus.

CAPUT XIII. *Sancti Augustini de hoc ipso.*

Hinc est, quod B. Augustinus, cujus authoritas ad instar solis in tota fulget Ecclesia, exponens ad populum, quæ sit blasphemia in Spiritum Sanctum, dicit. Non omnem blasphemiam, nec omne verbum contra Spiritum Sanctum prolata, debemus accipere, quæ in hoc seculo non remittantur, neque in futuro; sed quamdam blasphemiam, & quoddam verbum, videlicet cor impœnitens contra Spiritum Sanctum, quo in Ecclesia peccata dimittuntur. Verbum valde malum & nimis impium, sive cogitatione, sive etiam lingua sua dicit, quem patientia Dei cum ad pœnitentiam adducit, ipse secundum duritiem cordis sui, & cor impœnitens thesaurizat sibi iram in die iræ, & revelationis justi judicii Dei. Hæc impœnitentia non habet remissionem neque in hoc seculo, neque in futuro, quia pœnitentia impetrat remissionem in hoc seculo, quæ valeat in futuro. Sed quamdiu quisquis in hac carne vivit, de eo judicari non potest. De nullo enim desperandum est, quamdiu patientia Dei ad pœnitentiam adducit. Paganus est hodie, quid si cras efficietur Christianus? Judæus infidelis est hodie; quid si cras credet in Christum? Hæreticus est; quid si cras sequetur Catholicam veritatem? Schismaticus est hodie; quid

si cras

si cras amplectitur Catholicam veritatem?

CAPUT XIV. *Interrogatio super Osii definitione, dicentis: Nec Laicum in fine communionem accipiat: Et qui sint Canones authoritate præditi.*

Et hoc non prætereundum existimo: Nam teste B. Papa Gelasio in Epistola ad Anastasium Imperatorem nulli alii Canones authoritate præditi sunt, nisi quos Apostolica sedes suo judicio roboraverit. Qua propter ostendant, si possint, quis ex Apostolicis Patribus, quod Osius dixit, nec in fine laicam communionem accipiat, firmaverit. Et quia tale aliquid ostendere minime possunt, restat, ut ejusmodi definitio, non Catholica, sed ut dictum est, Cathara sonet.

CAPUT XV. *Quo fine suum sapere Osius concluserit.*

Præterea quod adhuc de Osio subjiciendum est, quoniam homines sumus, non absque gravi gemitu exprimere possumus. Iste nimirum Osius Cordubensis Ecclesiæ præfuit Antistes, qui quondam Apostolicæ Sedis Apocriarius: una cum Vincentio, & Victore Presbyteris, sancto, & magno Nicæno interfuit Concilio: Postmodum vero Sardicensem Synodum cum ingenti Episcoporum numero fecisse legitur, ubi Capitula, quæ per eum decurrunt, statuta fuerunt. Hic autem usque ad Constantii Imperat. tempus in corpore mansit. Ille quidem Constantius Arianæ perfidiæ particeps extitit. Orta itaque altercatione adversus eamdem hæresim, Episcopalis Legatio missa est ad Osium in Hispania commorantem; dixitque ad eum: Tu, qui Nicænæ Synodo præsens adfuisti, dic quæso Omousion sicuti nos Catholici recte confitemur, idest unius cum Patre substantiæ filium: An sicut Ariani garriunt Omiousion, quod est similis cum Patre substantiæ, filium trecenti decem & octo Patres confiteri decreverunt? Qui sive per longam ætatem desipiens, seu certe pro assentatione principis, responsum dedisse perhibetur, utramque partem recte intendere, quæ confessa fuerit sive Omousion, sive Omiousion.

* *Unitatem.*

Digitized by Google

Cujus ſententia ita ſtulte prolata, non ſolum a Catholicis, verum etiam ab Arianis, uno ore irriſa, atque refutata eſt. Denique in Civitate Corduba, in qua Epiſcopatum tenuit, poſt hujuſmodi reſponſum, nomen ejus infra Catholicos Epiſcopos anteceſſores, vel poſtdeceſſores ejus minime recitatur.

CAPUT XVI. *Ab hinc præclara ſequuntur teſtimonia, quibus Papæ Formoſi Ordinatio rata & legitima eſſe monſtratur. Sancti Leonis Papæ, quod Pſeudo-Epiſcopi ſint abjiciendi, & eorum ordinatio poſſit rata conſiſtere.*

Nulla ratio ſinit, ut inter Epiſcopos habeantur, qui nec a Clericis ſunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a Provincialibus Epiſcopis cum Metropolitani judicio conſecrati. Unde cum ſæpe quæſtio de male accepto honore naſcatur, quis ambigat, nequaquam illis tribuendum eſſe, quod non doceatur fuiſſe collatum. Si qui autem Clerici ab iſtis Pſeudo-Epiſcopis in Eccleſiis ordinati ſunt, qui ad proprios Epiſcopos pertinebant, & ordinatio eorum conſueto judicio Præſidentium facta eſt, poteſt rata haberi, ita ut in ipſis Eccleſiis perſeverent. Aliter autem vana habenda eſt creatio, quæ nec loco fundata eſt, nec authoritate munita.

CAPUT XVII. *Sancti Gregorii Papæ, quia ſicut denuo baptizari quiſquam non poteſt, ita nec denuo in idipſum conſecrari, ad Joannem Epiſcopum Ravennatis Eccleſiæ.*

Illud autem, quod dicitis, ut is, qui ordinatus eſt, iterum ordinetur, valde ridiculum eſt, & ab ingenii veſtri conſideratione extraneum, niſi forte quod exemplum ad medium deducitur, de quo & ille judicatus eſt, qui tale aliquid feciſſe perhibetur. Abſit a fraternitate veſtra ſic ſapere: Sicut autem baptizatus ſemel iterum baptizari non debet; ita conſecratus ſemel, in eodem ordine iterum non valet conſecrari.

CAPUT XVIII. *Unde ſupra in Canonibus Apoſtolorum.*

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, ſecundam manus impoſitionem acceperit ab aliquo, deponatur & ipſe

Digitized by Google

ipſe, & qui eum ordinare tentaverit, Nam eos, qui ab hujusmodi baptizati fuerint, vel etiam ordinati, neque fideles, neque Clericos eſſe, poſſibile eſt.

CAPUT XIX. *Anaſtaſii Papæ, quod eos, quos poſt damnationem ſuam vel baptizavit, vel ordinavit Acacius, nulla læſionis portio attingat, ad Anaſtaſium Imperatorem.*

Nam ſecundum Eccleſiæ Catholicæ conſuetudinem, ſacratiſſimum ſerenitatis tuæ pectus agnoſcat, quod nullum de his, vel quos baptizavit Acacius, vel quos Sacerdotes, ſive Levitas ſecundum Canones ordinavit, nulla eos ex nomine Acacii portio læſionis attingat, quod forſitan per iniquum tradita Sacramenti gratia, minus firma videatur. Nam & Baptiſmum, quod procul ſit ab Eccleſia, ſive ab adultero, ſive a fratre fuerit datum, ad percipientem munus pervenit illibatum. Quia vox illa, quæ ſonuit per columbam, omnem maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur: Hic eſt, qui baptizat in ſpiritu, & igne. Nam ſi viſibiliter ſolis iſtius radii cum per loca fœditiſſima tranſeunt, nullius contactus inquinatione maculantur, multo magis illius, qui iſtum viſibilem fecit virtus, nulla Miniſterii indignitate contingitur. Nam & Judas cum fuerit ſacrilegus, atque fur, quidquid egit inter Apoſtolos pro dignitate commiſſa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta ſenſerunt, declarante hoc ipſo Domino manifeſtiſſima voce: Scribæ, & Phariſæi ſuper Cathedram Moyſi ſederunt, quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite, dicunt enim, & non faciunt. Quidquid ergo in hominum profectum quilibet in Eccleſia pro officio ſuo videtur operari, hoc totum complet, & implet Divinitatis effectus. Ita ille, per quem Chriſtus loquitur, Paulus affirmat: Ego plantavi; Apollo rigavit, ſed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus: A Deo autem non quæritur quis, vel qualis prædicet, ſed quem prædicet, ut invidos etiam bene-

Digitized by Google

Christum prædicare confirmet, quo modo Diabolus ipse dejectus est.

CAPUT XX. *Ejusdem, quod mali bona ministrando, sibi tantummodo noceant, nec Ecclesiæ Sacramenta commaculent.*

Ideo ergo & hic Acacius, cujus nomen dicimus esse reticendum, male bona ministrando, sibi tantummodo nocuit. Nam inviolabile Sacramentum, quod per illum datum est, aliis perfectionem suæ virtutis obtinuit, ei autem obfuit. Quorumdam autem in tantum se extendit curiosa suspicio, ut imaginetur, probato a Papa Felice judicio, postea inefficaciter in Sacramentis, quæ Acacius usurpavit, egisse; ac perinde eos metuere, qui vel in consecrationibus, vel in baptismate, mysteria tradita susceperunt. Nam superbia semper sibi, non aliis facit ruinam.

CAPUT XXI. *Unde supra. Augustini contra Parmenianum Donatistam.*

Quod autem in libro Sapientiæ legitur: Spiritus Sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu; ita intelligendum est ut desit saluti ejus, ministerium tamen non deserat, quod per eum salutem operatur aliorum. Unde ait Apostolus: si enim volens hoc facio, mercedem habeo; si autem invitus, dispensatio mihi credita est; Ac si dicat: illis prodest quibus hoc dispenso, non mihi, qui fictus sum.

CAPUT XXII. *Quod Bonosiaci Clerici cum suis honoribus sint recepti: Innocentii Papæ.*

Certum est, quod Bonosiaci hæretici comparandi sunt Judæis, eo quod Christum Deum ex Patris substantia ante sæcula negent, sicut Judæi, qui ejus Divinitatem negaverunt, & negant. Unde consequens est, ut participium damnationis cum eis habeant, quorum errorem imitati sunt. Et infra: Anysii fratris quondam nostri aliorumque Sacerdotum summa deliberatio hæc fuit, ut quos Bonosus ordinaverat, ne cum

eo

Digitized by Google

eo remanerent, ac fieret non mediocre scandalum, ordinati reciperentur.

CAPUT XXIII. *Nicæna Synodus Clericos, qui Cathari dicuntur, ita recipi jubet.*

De his, qui se nominant Catharos, idest, mundos, si quando veniant ad Ecclesiam Catholicam, placuit Sancto, & magno Concilio, ut impositionem manus accipientes, sic in Clero permaneant.

CAPUT XXIV. *De Anatolio licet male ordinato, tamen non expulso.*

Sancto Flaviano Constantinopolitano Episcopo ob Catholicam fidem in exilium destinato, Anatolius, eo vivente, in ejus locum ordinatus est. Ad quem sanctus Papa Leo ita loquitur: Decessore enim tuo beatæ memoriæ Flaviano, propter defensionem Catholicæ veritatis ejecto, non immerito credebatur, quod ordinatores sui contra Sacrorum Canonum instituta, viderentur sui similem consecrasse. Sed adfuit misericordia Dei in hoc te diligens, atque confirmans, ut malis principiis bene utereris, & non te judicio hominum provectum, sed Dei benignitate monstrares. Quod vere ita accipiendum est, si hanc Divini muneris gratiam alia offensione non perdas. His ergo relictis capitulis, o justitiæ dilectores, audistis liquidius, quod a Pseudo-Episcopis ordinatio facta possit rata consistere. Audistis etiam, quia sicut denuo quisque baptizari non debet, ita nec denuo in eodem Ordine consecrari potest. Nihilominus autem audistis, quod eos, quos Acacius post damnationem suam ordinavit, nulla portio læsionis attigerit, eo quod mali bona ministrando, sibi tantummodo noceant, ministerium autem maculare non possint, quod talibus officiis Spiritus Sanctus præsideat author. Inde nimirum est, quod Bonosiaci, qui ad Catholicam Ecclesiam redire voluerunt, cum suis honoribus recepti sunt. Inde etiam Novatiani, ut fuerant ordinati, per manus impositionem susci-

Digitized by Google

ſcipiuntur. Anatolius quoque, ut dictum eſt, magis ſacrilegus invaſor, quam Epiſcopus fuit ordinatus, & tamen a Sancto Papa Leone non condemnatur, ſed potius admonetur, quatenus Sacerdotalem benignitatem alia offenſione non perdat. Et iſti qui ſunt? vel cujus magiſterii, cujuſve authoritatis, qui ſacram Ordinationem a Catholico viro miniſtratam; & pluribus annis Deo fideliter famulantem, & Eccleſiaſtica officia chriſtiano populo miniſtrantem, non Catholice, ſed Apoſtatice ſubvertere nituntur?

CAPUT XXV. *De Liberio.*

Quis enim neſciat, quod Liberius, heu proh dolor! Arianæ hæreſi ſubſcripſerit, & per ejus tranſgreſſionem nefandiſſima ſcelera ſint commiſſa. Multitudo quoque Sacerdotum & clericorum interfecta ſit, & Martyrio coronata: reſidui vero Catholici non ſolum ab Eccleſiis, ſed etiam a balneis prohibiti ſint. Liberius autem Apoſtata factus vixit annos ſex, ordinationes tamen, quas fecit, in ſua ſtabilitate permanſerunt. Nec mirum; revera enim Judas, quamvis fur & ſacrilegus, quæ ſalubriter inter Apoſtolos geſſit, quiſquam redarguere non auſus fuit.

CAPUT XXVI. *Quod Vigilii ordinationes nemo removere auſus fuerit.*

Hinc eſt, quod Vigilii ordinationes nemo commovere auſus eſt. Iſtum namque ſcias eſſe Vigilium, qui prius Bonifacio Papæ inſidias molitus eſt, quatenus eo vivente Apoſtolicam dignitatem ſacrilegus obtineret. Sed reſiſtente Senatu, tale quid facere minime potuit. Poſtmodum vero ſolitis machinationibus Silverium Papam Apoſtolica dignitate exſpoliare aggreſſus eſt. Quod ille animadvertens, advocatis Epiſcopis, authoritate Sancti Spiritus, & Apoſtolica poteſtate, eum veluti Simoniacum & invaſorem, anathematis vinculis obligavit, & ille, ut mente conceperat, per Imperialem potentiam, ſimulque falſos teſtes eumdem Apoſtolicum Patrem

ne-

Digitized by Google

nequiter condemnavit: Monachicis vestibus, & ad Pontias in exilium destinavit, sustentans eum pane tribulationis, & aqua angustiæ, ibique mortuus est, ac sepultus, & Confessor effectus est; ad cujus corpus infirmi sanabantur. Vigilius autem anathematis nexibus merito irretitus, insuper & homicidii crimine nominatim infamatus, nefario ausu se Papam instituit. O ineffabilem Dei pietatem! Vigilius, qui jam desperatus erat, servatur ad Pœnitentiam. Anthimum scilicet hæreticum Patriarcham, quem reconciliare spoponderat, reconciliare nolens, longo exilio, longaque afflictione maceratus, digna factis recepit; & sic demum procul a patria defunctus quievit in Domino, ordinationes tamen ejus, ut dictum est, in sua stabilitate manserunt. Hæc enim, quæ de Silverio, & Vigilio retulimus, partim in Synodali decreto ejusdem Silverii, partim in Pontificali libro habentur.

CAPUT XXVII. *Quia excepto Liberii sacrilegio, quod pessimum est, Vigilius pejora commisisse dignoscitur, quam Formosus.*

His ita de compendio prælibatis, percunctari libet, quis horum deteriora commiserit? Formosus quidem, ut ajunt, ambitionis causa ab Episcopali sede ad Apostolicum Thronum translatus est. Quod si objecerint, depositum fuisse, & postmodum reconciliatum; noverint quia plurimi Sacerdotum depositi fuerunt, & postmodum reconciliati, reconciliati inquam, non denuo in idipsum consecrati. Quippe aliud est reconciliatio, & aliud consecratio, nam qui semel consecratur, denuo in idipsum consecrari non potest; reconciliari tamen per dignam satisfactionem potest. Nonne quod plurimi Sacerdotum post depositionem reconciliati sint, in authenticis apicibus sufficienter habetur? Quod legentibus liquidius patet. His namque digestis Vigilium nefandissima perpetrasse, si homines silent, ipsi etiam lapides clamabunt. Cujus execrabile scelus nemo imitari ausus est, vel audebit, nisi particeps

ticeps factus illius qui dicit: Ponam sedem meam ad Aquilonem, & ero similis Altissimo. Porro de sede ad sedem, vel de Civitate ad Civitatem Episcopos transferre, & in Decretalibus Litteris ob necessitatem, vel ob utilitatem concessum legimus, & plurimos Sacerdotum, etiam Sanctos, tale quid egisse, non dubium est. Ex quibus extat B. Gregorius Nazianzenus; ut supra retulimus. Hæc autem, prudens Lector, non ideo prælibare studuimus, ut cuiquam Sacerdotum de sede ad sedem, vel de Civitate ad Civitatem, mutari licitum esse dicamus, sed ut manus impositionem etiam a Pseudo-Episcopis ministratam, ratam, & justam esse testimoniis comprobaremus.

CAPUT XXVIII. *Quod qui Papæ Formosi Sacram Ordinationem nihil esse, vel fuisse causatur, Christianæ Religionis sit inimicus.*

Qua de re qui præfatam ordinationem falsam, & inanem esse, vel fuisse confingunt, eoque Sacerdotes, ac Levitas consecrandos esse dogmatizant, quid aliud, quam Italiæ regiones longe lateque, ecce jam circiter viginti annos, absque Christiana Religione vixisse garriunt? Ac per hoc quid aliud restat, nisi ab ejusmodi Episcopis per universam Italiam dedicatæ Ecclesiæ, altaria consecrata, & Chrismata solenniter instituta, prorsus perierint. Similiter autem tam ab Episcopis quam a cæteris Sacerdotibus, fontes in remissionem peccatorum sanctificati, & Missarum solemnia tam in Dominicis diebus, quam in aliis festivitatibus frustra, ut blasphemant, celebrata sint. Oblationes quoque tam pro vivis, quam etiam pro defunctis, quod dictu nefas est, tamquam nugaces perierunt. Matutinæ seu Vespertinæ, ac reliquarum preces horarum, velut ineptæ, non sint exauditæ: Levitarum ac Subdiaconorum officia in vacuum administrata sint: universa Ecclesia, quæ huic ordinationi Synodicum præbuit assensum, pariter periclitetur, quippe non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt

Digitized by Google

tiunt prava facientibus, parilem excipiunt vindictam. O incomparabile sacrilegium! Quis enim de timentibus Deum æquis auribus hoc audire poterit? Ut non statim Christiano zelo commotus scandalizetur? Nonne linguam illam, quæ talibus implicatur blasphemiis, melius fuerat particulatim dari avibus, quam in tantam prorumpere vesaniam? Scimus enim quia necessitatis causa etiam laico baptizare licet. Sed aliud est periculo mortis urgente laicum posse dare baptisma, & longe incomparabiliter aliud est, ad Sacerdotum preces ac benedictiones, & chrismatum admixtiones, & Cleri, ac populi votivas responsiones, fontes in remissionem peccatorum sanctificatos, nihil prorsus, ut isti volunt, sanctificationis habuisse. Quis hoc, nisi hæreticus, dogmatizare audeat? Et quis talia per hujuscemodi os loquitur, nisi de quo Dominus dicit: Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas non est in eo: Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax & pater ejus.

CAPUT XXIX. *Quod si æmulatoribus illis Papæ Formosus displicet, non externis, & longinquis, sed Romano populo imputare debent.*

Porro si æmulatoribus illis Papa Formosus istiusmodi facto displicere videtur, ut non recte fuerit ordinatus; quibus hoc imputare debent; nisi Romano populo, qui eum elegerunt. Quibus hoc adscribi oportet, nisi Clero, & Magnatibus Romanæ Urbis, qui libenter Dominici Corporis & Sanguinis Hostiam, donec advixit, ab eo percipere studuerunt, eique per universas solemnitates, atque stationes solito more communicaverunt, & per omnia participes extiterunt? De cætero autem qui sani capitis est, nihil omnino habere se dicit, quod de Formoso illis imputare debeat, qui de longinquis terrarum spatiis, per mille, ut ita dicam, discrimina tremebundi, ad Apostolicam Sedem profecti sunt, & sacram ordinationem, ut moris est, magis ab Apostolo Petro, quam ab

ejus Vicario ſuſceperunt, imo a Sancto Spiritu ut Papa docet Anaſtaſius, quod jam ſupra commemoratum eſt.

CAPUT XXX. *Utrum vere ſit Sacerdos, vel Levita, vel Subdiaconus, qui ad ſubvertendam eandem Ordinationem ſe cuiquam juramento conſtrinxit.*

Igitur quia neceſſitate incumbente, de ſacris Ordinibus altercatio interpoſita eſt, percunctari congruum eſt, quid de eo cenſendum ſit, qui ſacræ Ordinationis, de qua nunc diſputatio ventilatur, nullam omnino conſecrationem habet, & tamen eandem ordinationem non ſolum nihil eſſe, nihil fuiſſe coram teſtibus profitetur, ſed etiam jure jurando ſubvertere pollicetur. Numquid nam hujuſmodi promiſſor inter ſacrilegos eſt deputandus, & male conjuratos, qui ſe ad facinus perpetrandum juramentis obligant. Revera enim tales mundana lex diſtrictius punit, & ſi Clerici fuerint, Eccleſiaſtico judicio a ſuis dejiciuntur honoribus, de quibus Canonica inſtitutio ita ſe habet.

CAPUT XXXI. *Ex Concilio Chalcedonenſi de Conjuratione, vel conſpiratione.*

Conjurationis crimen, vel conſpirationis, & ab exteris eſt omnino legibus prohibitum, multo magis hoc in Dei Eccleſia ne fiat, admonere conveniet. Si qui ergo Clerici, vel Monachi reperti fuerint conjurantes aut conſpirantes, aut inſidias ponentes Epiſcopis, aut Clericis; gradu proprio penitus abjiciantur. His ergo prolatis teſtimoniis, luce clarius apparet, quod iſtiuſmodi Sacerdos, aut Levita, vel Subdiaconus, inter ſacrilegos, & male conjuratos ſit habendus, nec non & canonico judicio reprobandus.

CAPUT XXXII. *Quod ad faciendum iniquitatem nulli unquam ſit obtemperandum.*

Nonnulli præterea ſuam Apologiam ita prætexunt, dicentes: Cur nobis ſubverſionem ordinationis hujus tempore imputandam eſſe decertatis? An ignoratis, quod ille præcipiat,

Digitized by Google

piat, cui in omnibus penitus obtemperandum, est? Absit, inquam, absit, ut cuiquam Deus ad faciendam iniquitatem obtemperandum esse mandaverit, cui Psalmographus canit. Quoniam non volens iniquitatem tu es. Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes eos, qui loquuntur mendacium. Et ipse Dominus ad Hieremiam: Si separaveris, inquit, pretiosum a vili, quasi os meum eris. David quoque de se testatur, dicens: Non sedi in Concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Odivi congregationes malignantium, & cum impiis non sedebo.

CAPUT XXXIII. *Quod illud Evangelii: Omnia quæ dixerint vobis, servate, & facite; solummodo in bonam partem accipiendum sit.*

Super Cathedra Moysi, ait Evangelium, sederunt Scribæ, & Pharisæi, omnia quæcumque dixerint vobis, servate, & facite. Omnia enim hujusmodi in loco solummodo in bonam partem accipienda sunt. Alioquin Judæi, qui Scribarum, & Pharisæorum consilio & hortatu Dominum crucifixerunt, immunes a tanto scelere esse debuerant. Sed quam graviter & qui dixerunt, & qui fecerunt peccaverint, & Scriptura testatur, & in posteris eorum usque ad mundi finem protelatur. Quod autem omnia non semper ad totum, sed plerumque ad maximam partem, non tantum divini apices, quibus magis credendum est, sed etiam gentilium librorum demonstrat authoritas.

CAPUT XXXIV. *Quod ad scelera committenda nullius excommunicatio sit observanda.*

Sed sive, inquiunt, juste, sive injuste obliget Pastor, gregi timendum est, ne per elationem tumidæ reprehensionis, culpa, quæ non erat, fiat. Vera quidem sententia, sed non ita intelligenda, ut illud, quod dicitur injuste, sic accipiendum sit, tanquam in illis, quæ manifesta ratione Deo inimica esse probantur, cuilibet Pastori obtemperandum sit. Ver-

Digitized by Google

bi gratia; Si te ad perjurium, falsum testimonium, sacrilegium, vel homicidium excommunicando impulerit, numquid nam in talibus, vel eorum similibus, Pastoris excommunicatio timenda, vel facienda decernitur? Nequaquam. Quippe non solum qui faciunt, (Apostoli verba sunt) sed & qui consentiunt facientibus, digni efficiuntur morte perpetua. Nam quod Pastoribus ad illa, quæ Deo inimica sunt, consentire non debemus, testatur ipse Salvator, qui cum ei Discipuli dicerent: Scis, quia Pharisæi audito verbo scandalizati sunt? Ait: Sinite illos, cæci sunt, duces cæcorum: Si cæcus cæco ducatum præbeat, nonne ambo in foveam cadunt? Ergo & qui ducit, & qui sequitur ad male faciendum, cæci sunt, & merito uterque in foveam damnationis cadunt. Et quo, inquiunt, pacto per Apostolum dicitur, qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit? Non est enim potestas nisi a Deo. Audiantque, in his enim, quæ Christiana lex abominatur ac prohibet, nulli unquam potestati obedire, vel consentire debemus; hoc est non materialibus carnis, non dolosis machinationibus, sed rationabili responsione, atque humillima deliberatione. Quid multa? De Pastoribus ad Apostolum revoca intentionem, qui dicit: Minister Dei est tibi in bonum. Cur addit in bonum, nisi quia minister Dei non est tibi in malum?

CAPUT XXXV. *De observanda excommunicatione; & quod aliud sint Pontificales sedes, & aliud præsidentes.*

Præterea si nos Ecclesiarum Pastores de nostris offensionibus juste, vel injuste obligare voluerint, juste videlicet, si nostra præcesserit culpa; injuste vero, si non habuerimus culpam. Talis obligatio rectissime formidanda est, & diligentissime observanda, donec per ejus, qui obligavit, indulgentiam absolvi mereamur. Nempe aliud sunt Pontificales Sedes, & aliud Præsidentes. Proinde honor, & dignitas uniuscujusque sedis regulariter observanda sunt. Præsidentes autem

tem si deviaverint, per devia sequendi non sunt, hoc est si contra fidem, vel Catholicam Religionem agere cæperint, in talibus eos nequaquam sequi debemus. In his autem, quæ rite dicunt, etiamsi non faciant, libenter eis obedire debemus. Hinc est, quod botros carpere, & spinas cavere debemus.

CAPUT XXXVI. *De injusta Pastoris obligatione.*

Beatus namque Hieronymus exponens Evangelii capitulum. Quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in Cælo, & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in Cælo; ait: Istum locum non intelligentes Episcopi & Presbyteri, aliquid sibi de Pharisæorum assumunt supercilio, ut vel damnent innocentes, vel solvere noxios se arbitrentur, cum apud Deum non sententia Sacerdotum, sed reorum vita quæratur. Hæc S. Hieronymus. Per Prophetam quoque dicitur: Mortificabant animas, quæ non moriuntur, & vivificabant animas, quæ non vivunt; non morientem quippe mortificat, ut sanctus docet Gregorius, qui justum damnat, & non victurum vivificare nititur, qui reum supplicio absolvere conatur.

CAPUT XXXVII, *Unde supra in Salomone.*

Sicut avis in contrarium volans, & Passer quilibet vadens, sic maledictum frustra prolatum, super illum qui misit illud, veniet.

CAPUT XXXVIII. *Item ibidem.*

Anima, quæ benedicit, impinguabitur; qui autem frustra maledicit, ipse in maledictione erit.

CAPUT XXXIX. *Unde supra Sancti Gregorii Papæ.*

In omni autem, quod de nobis extra dicitur, recurrere ad arcana mentis debemus; & si omnes vituperent, liber est tamen, quem conscientia non accusat. Quia & si omnes laudent, liber esse non potest, si hunc conscientia accusat.

CAPUT XL. *De universali Concilio expectando.*

Hæc igitur Scripturarum collatio fortassis supervacua qui-

quibuſdam videtur, eo quod ad præſens tempus non ſit qui æquitatis depromat judicium. Neque enim juſtitiæ palmam apud eos obtinere poſſumus, qui contra nos ipſi ſibi ſunt judices, & teſtes, pariterque cauſidici. Attamen, juxta beati Hieronymi ſententiam, canimus nobis, & noſtris, ſcilicet, ut bono animo ſimus, & bonam nos cauſam habere, non nobis, ſed Sanctibus Patribus credamus, obſervantes quod ſcriptum eſt: Si Spiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne demiſeris. Et illud: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Ideoque in ſacro ordine, quo conſecrati ſumus permanentes, præſtolamur, univerſalis Concilii æquiſſimum examen, authore illo, ad quem clamantes dicimus: Exurge Domine, & judica cauſam tuam. Cui eſt honor & gloria per infinita ſæcula ſæculorum.

EJUSDEM AUXILII.
DE EADEM QUÆSTIONE TRACTATUS.

Qui Infenſor, & Defenſor dicitur. Præfatiuncula ad modum Interrogationis, & Reſponſionis.

Interrogatio ſuper his, qui primo per vim poſtea voluntarie in eodem ordine conſecrati ſunt.

VEllem ſcire quod de illis congrua deliberatione cenſendum ſit, qui primo, ut ajunt, per vim, poſtea in eodem ordine voluntarie conſecrata ſunt? Eſto; primitus violentam manus impoſitionem acceperunt, ac per hoc hujuſcemodi noluerunt fungi Sacerdotio: Poſtmodum vero quia * miniſtrare Sacerdotium, præbuerunt aſſenſum, numquid nam in eodem ordine, in quo dudum per vim conſecrati fuerant, iterum conſecrari debuerunt? Nonne juxta Sanctorum Patrum definitionem, ſic nimirum cavenda eſt ſecunda manus impoſitio, quemadmodum ſecundus cavendus eſt baptiſmus? Sed, ajunt,

Digitized by Google

ajunt, prima illiuſmodi conſecratio, quamvis a Catholico Pontifice, tamen violenta fuit, & propterea pro nihilo ducenda eſt. Dic, quæſo, ſi quiſpiam per vim fortaſſis baptizatus fuerit nolens credere in Chriſtum, poſtmodum vero ſe in eum credere voluntarie profitetur? Ergo ne denuo baptizandus eſt? Non ita ſapiebat B. Alexander Patriarcha, quando S. Athanaſius adhuc puerulus, ſed utique jam baptizatus, ad oram maris quaſi Sacerdos, quamquam ludendo, vere puerulos baptizavit. Quid plura? Velut præfatus ſum de hujuſmodi ſententia * ad certam pertingere veritatem. Propoſitam ergo quæſtionem qui novit, obnixe nobis præſentibus dignanter aperiat; quoniam inter illos accipiet coronam, de quibus Danieli per Angelum dicitur: Qui autem docti fulgebunt quaſi firmamentum, & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.

RESPONSIO.

Hujus quæſtionis anſas manifeſta ratio diſſolvit. Dicis enim: Si quiſpiam nolens credere in Chriſtum, per vim baptizatus fuerit, & poſtmodum in Chriſtum credere acquieſcet, numquid iterum baptizandus erit? Minime. Exemplum de Parvulis ſume, qui cum alienis manibus deferuntur, quantum in eis eſt, toto anniſu reluctantur, ne in Baptiſmatis fontem mergantur. Sed cum ad rationalem ſcientiam *a pertinxerint, etiamſi recordari nequeant quando baptizati ſunt, narrantibus: tamen indubitanter credunt, & Chriſtianam Religionem abſque Baptiſmi iteratione colere incipiunt. Hinc eſt quod B. Papa Leo dicit: Si nulla exiſtant indicia inter propinquos, & familiares, nulla inter Clericos atque vicinos, quibus hi, de quibus quæritur, baptizati fuiſſe doceantur; agendum eſt, ut renaſcantur, ne manifeſte pereant, quia quod non oſtenditur geſtum, ratio non ſinit, ut videatur itera-

* *A pervenerint.*

ratum. De his autem, qui ex Africa, vel ex Mauritania veniunt, & nesciunt, in qua secta sunt baptizati, non se baptizatos nesciunt, sed cujus fidei fuerint, qui eos baptizaverunt, se nescire profitentur. Unde quoniam quolibet modo formam baptismatis acceperint, baptizandi non sunt, sed per manus impositionem, virtute Spiritus Sancti, quem ab hæreticis accipere non potuerunt, Catholicis copulandi sunt. Nonne vides, quia Pater sanctus, etiam ab ignotis hæreticis baptizatos, non iterum baptizandos esse, sed per manus impositionem suscipi jubet. Recolendum etiam, quod sanctus Genesius Arelatensis Episcopus, cum esset Histrio, fictus & ludens baptizatus fuerit; sed cognita veritate, quæ Christus est, sine baptismatis iteratione, Christianæ fidei, quam se credere fallaciter spoponderat, veraciter adhæsit. Sed ais: Parvuli baptizati, si in parva moriuntur ætate, non dubium est quod Paradisi gaudia statim percipiant; ille autem, qui perfectus ætate per vim baptizatus est, si prius ex hac vita subtrahitur, quam voluntarie credat in Christum, numquid nam pro eo tamquam pro fideli orandum est? Præsertim cum Joannes Apostolus dicat: est peccatum ad mortem, non pro illo dico; ut quis roget. Peccatum quippe ad mortem, ut ait Augustinus, est fidem, quæ per dilectionem operatur, deserere usque ad mortem. Hujus quæstionis nodus ita solvitur. Parvulis ptopterea non est imputandum quod reluctantes, nolentesque baptizantur; quia nec dum ratione uti possunt, nec dum boni, malive distantiam nosse valent. Illis autem, qui legitimam ætatem habentes, per vim baptizati sunt, si prius moriantur, quam voluntarie in Christum credant, ideo baptismus prodesse non potest, nec pro eis orandum est, quia & rationis capaces fuerunt, & distantiam inter verum, & falsum habere potuerunt. His ergo de compendio prælibatis, evidentius patet, ut ille qui per vim baptizatus est, si postea in Christum credere voluerit, baptizandus iterum non sit, sed ma-

Digitized by Google

magis hortandus, ut quod invitus ſuſcepit, amando, & operando uſque in finem cuſtodiat. Igitur per hanc formulam intelligi datur, ut qui Sacrum Ordinem invitus accepit, ſi poſtmodum miniſtrare voluerit, ulterius jam in eodem ordine non ſit conſecrandus, ſed potius admonendus, ut quod per vim coactus ſuſcepit, per dilectionem reverenter miniſtrare ſtudeat.

Explicit Præfatiuncula.

Reverendiſſimo Domino Leoni Sanctæ Nolanæ Eccleſiæ Præſuli, Auxilius in Domino ſalutem.

Miſſa legatione aſſeris te violentas pati oppreſſiones; ut Epiſcopale Sacerdotium, quod olim a Papa Formoſo ſuſcepiſti, quaſi nihil ſit, irritum facias. Qua ex cauſa fateris te mirificæ ſolertiæ Francos, nec non & Beneventanæ Civitatis peritos conſuluiſſe viros, eorumque conſulta apud * reſcripta retinere, quæ te hujuſmodi tranſgreſſionem committere, manifeſta ratione prohibeant. Nihilominus autem cogis me objectionibus, quas adverſus eumdem Formoſum Papam, ejuſque ordinationes quidam objiciunt, dialogico ſchemate breviter reſpondere. Miſi quod jam in Opuſculo ejuſmodi altercationis cauſatus ſum. Attamen quia de una auri materia diverſæ conficiuntur ſpecies, quæ diverſis hominum voluntatibus placeant, orationibus tuis fultus faciam quod hortaris, ita dumtaxat, ut in unaquaque objectione prænotetur Infenſor, & reſponſione Defenſor. Non hic ſyllogiſmorum quæratur arcta concluſio, non perihermeniaca ſubtilitas, utpote qui diſcipuli ſumus Piſcatoris, hoc eſt, Apoſtoli Petri. Et quamquam in ejus Navicula ſedeamus, tempeſtatem patimur, invocantes Dominatorem omnium, ut imperet ventis, & mari, & fiat tranquillitas magna.

* *Teſcripta.*

Digitized by Google

INCIPIUNT CAPITULA.

I. *Quod ordinatio, quam Papa Formosus fecit, rata & legitima esse probabiliter ostendatur, etiamsi ipse Formosus, ut ajunt, non rite fuerit ordinatus.*

II. *Testimonia, quæ Papa Anastasius contulit, in defensionem Ordinationum, quas hæreticus fecit Acacius.*

III. *Quod Spiritus Sanctus disciplinæ effugiat fictum, ministerium tamen ejus non deserat.*

IV. *Quod Constantini Neophyti ordinatio, contra statuta Sanctorum Patrum deposita sit.*

V. *Quod ejusdem prævaricationis sit iterata consecratio cujus prævaricationis est iteratum baptismum.*

VI. *Quod ejusdem prævaricationis sit iterata consecratio, cujus prævaricationis sunt hæretici, qui Catholicos rebaptizare audent.*

VII. *Quod minor culpa, quam iterata consecratio, infra hæreseon denotationes inveniatur admixta.*

VIII. *Adversus eos, qui se excusant dicentes, inviti denuo in id ipsum consecrati sumus.*

IX. *Adversus eos, qui dicunt: Non perdet Deus multitudinem peccatorum.*

X. *Ut qui semel & iterum in eodem gradu consecratus est, a Sacro Ministerio sit excludendus.*

XI. *Ut juramento, quod ad scelus committendum pertinet, non sit observandum.*

XII. *Ut ad Synodum, quæ manifeste contra Catholicam rectitudinem agit, non sit occurrendum.*

XIII. *Ut Præpositorum culpæ nec omnes tegendæ sint, nec omnes denudandæ.*

XIV.

Digitized by Google

XIV. *Vt excommunicatio, quæ ad committendum facinus pertinet, non sit obseruanda.*

XV. *De eo, quod scriptum sit, sive juste, sive injuste obliget Pastor, gregi timendum est.*

XVI. *De eo, quod scriptum est: Omnia, quæ dixerint vobis, seruate, & facite.*

XVII. *Quod ad peccandum nullius potestati sit obtemperandum.*

XVIII. *Quod aliud sint Pontificales sedes, & aliud Præsidentes, & quia Præsidentes si deviaverint, per devia sequendi non sunt.*

XIX. *De eo, quod scriptum est, quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata & in Cœlo.*

XX. *Qualiter Formosus post depositionem suam, Apostolica authoritate reconciliatus sit.*

XXI. *Quia plurimi Sacerdotum depositi fuerunt, & postmodum reconciliati.*

XXII. *Vt quod incertum est, solius Dei judicio relinquendum sit, & de Episcopis, qui de sede ad aliam sedem translati sunt.*

XXIII. *Quod Osius non Catholice dixerit: Nec laicam in fine communionem accipiat.*

XXIV. *De eo, qui semel in aliqua Ecclesia lector extiterit.*

XXV. *Vt absque necessitate, vel ceteris existentibus causis Episcopus de sede ad sedem transire non debeat.*

XXVI. *Quod Formosus quando inthronizatus est, non id, quo Episcopus erat, iterum accepit; Sed augumentum Apostolicæ dignitatis, quod non habebat, susceperit.*

XXVII. *Vt qui simultates, & lites inter se habent, alter*

eorum adversus alterum non possit testimonium proferre.

XXVIII. *Quod humanum judicium quatuor personis justissime compleatur.*

XXIX. *De Concilio, quod in Ravennate Urbe pro Formoso, ejusque ordinatione factum est.*

XXX. *De scelere, quod in Cadaver Papæ Formosi perpetratum est.*

XXXI. *Qud ad testificandum quæ recta sunt, nullius gentis homo prohibendus sit.*

XXXII. *Quod juramentum etiam per vim datum, si ad peccandum nen pertinet, irrefragabiliter sit observandum.*

INCIPIT TEXTUS

CAPUT I. *Quod ordinatio, quam Papæ Formosus fecit, rata & legitima esse probabiliter ostendatur, etiam si ipse Formosus, ut ajunt, non rite fuerit ordinatus.*

Infensor. Formosus, propria relicta uxore, aliam abstulit, hoc est, relicto Episcopatu, his qui recte ordinandi erant, Apostolicam abstulit Sedem, & propterea reprobus, & fictus esse dignoscitur. *Defensor.* Non mihi curæ est quid fuerit Formosus; sed quod ordinatio, quam fecit; rata, & legitima esse indubitanter pateat. *Inf.* Formosus non fuit Papa, ideoque ordinatio, quam fecit, pro nihilo ducenda est. *Def.* Non solum in Romano Regno, sed etiam procul in barbaris nationibus divulgatum est, quod Formosus per annorum curricula Apostolicus fuerit Pontifex; & idcirco de longinquis terrarum partibus Clerici ad Apostolorum Limina properantes, sacram ordinationem, ut moris est, ab eo percipere studuerunt. *Inf.* Tenuit quidem Apostolicam dignitatem, sed

fictus

Digitized by Google

fictus, ac reprobus, & non legitime ordinatus. *Def.* Non ad me pertinet utrum nam recte fuerit ordinatus, sed pertinet ad me, ut ordinatio, quam fecit, rata & legitima esse liquidius ostendatur. *Inf.* Si Formosus fictus ac reprobus fuit, ordinatio, quam fecit, qua ratione stare poterit? *Def.* Illa videlicet ratione, qua Sanctissimus Leo Papa censuit, ut Pseudo-Episcopi abjiciantur, & ordinatio eorum possit rata consistere. Nec non & illa ratione, qua Papa Anastasius confirmavit, ut ordinationes, quas hæreticus Acacius, etiam postquam damnatus est, fecit, in sua stabilitate permanerent. Ordinationes quoque Liberii innocuæ permanserunt; imo & Vigilii ordinationes, qui non solum Simoniacus invasor, sed etiam anathematis nexibus merito irretitus, contra Canonicum fas, est ordinatus. Quod ita sit, pene cunctis legentibus notum est. Sancto namque Flaviano propter Catholicam fidem in exilium destinato, Anatolius in ejus loco ab hæreticis ordinatus est, nec tamen a Sancto Papa Leone damnatus est, sed admonitus. *Inf.* In Concilio Nicæno præfixum habetur, ut de Civitate ad Civitatem non Episcopus, non Presbyter, non Diaconus transferatur, Si quis autem tale quid agere tentaverit, & se hujuscemodi negotio mancipaverit, hoc factum prorsus in irritum ducatur, & restituatur Ecclesiæ, cui fuit Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus ordinatus. Sane quod ait hoc factum prorsus in irritum ducatur, utrumque intelligi oportet, scilicet, ut Episcopus de Civitate ad Civitatem non transferatur, & si translatus ordinationem fecerit, ipsa ordinatio prorsus in irritum ducatur. *Def.* Hic quidem nodus in junco quærendus non est. Quis videat, quod hujusmodi definitio nihil obscuritatis habeat, & nihil aliud intelligi possit, nisi prorsus irritum ducatur hoc, quod de Civitate ad Civitatem transferatur. De ordinatione, quam fecit, nihil omnino tetigit, quod sequens articulus manifestius declarat dicens: & restituatur Ecclesiæ, cui fuit Episcopus, aut

Pre-

Digitized by Google

Presbyter, aut Diaconus ordinatus. Si ergo restituitur Ecclesiæ, cui fuit Episcopus ordinatus, ordinatio, quam tunc fecit, quomodo irrita esse potest? *Inf.* Formosus, ut dixi, fictus & reprobus sacrum Ordinem ibi non habuit; quomodo aliis, teste Papa Innocentio, largiri potuit? *Def.* Papa Innocentius hoc de hæreticis protulit, quod tamen non de omnibus hæreticis accipiendum est; juxta quod ipse Bonosiacos Clericos, quos tamen antequam damnaretur, Bonosus ordinaverat, cum suis honoribus recipi assensum præbuit. *Inf.* Miror qua fronte dogmatizare potes, ut reprobato Formoso, ejus ordinatio consistere possit, cum membra nullo modo sine capite consistant? & ut aliquid plus objiciam, quibus ergo imputandum est quod Formosus fallax ac reprobus fuit, si ejus ordinatio illibata persistit? *Def.* Romano scilicet Clero, ac Populo, qui eum elegerunt, atque donec advixit per omnia participes, imputandum est. Mihi autem, qui de longinquis terrarum spatiis ad Apostolorum Limina profectus sum; & sacram ordinationem, ut moris est, magis ab Apostolo Petro, quam ab ejus Vicario suscepi, imo a Sancto Spiritu, ut Beatus Papa docet Anastasius, ab his, qui sanæ mentis sunt, nihil adscribendum esse decernitur. *Inf.* Nolo verborum ambages, sed si vales, certis rebus ostende, qualiter a ficto & reprobo consecratore possit ordinatio justa & idonea fieri. *Def.* Si Judex æquitatis adesset, jam te victum ostenderet. Numquid non oblitus es testimonia, quæ breviter de Sancto Papa Leone, & Anastasio, & de Liberio, pariterque Vigilio, etiam & de Anatolio contuli? *Inf.* Acacius rite ordinatus fuit, & ideo ejus ordinationes innocuæ permanserunt. *Def.* Ipse nimirum Decretalis Textus manifestius ostendit, quod Pontifex Anastasius de illis baptizatis, ordinatisque dicat, quos hæreticus Acacius, postquam a Papa Felice damnatus est, baptizavit, & ordinavit. Similiter autem & de Liberio, qui Arianæ hæresi subscripsit, sentiendum est. Jam ve-

vero de Vigilio quid dicendum est, qui non solum Simoniacus invasor, verum etiam homicidii reus, & insuper a Papa Silverio justissime anathematizatus, eumdemque Apostolicum Patrem Silverium in exilium destinavit, * & si sacrilegum Papam instituit, ordinationes tamen, quas fecit, nemo removere ausus fuit.

CAPUT II. *Testimonia, quæ Papa Anastasius contulit in defensionem Ordinationum, quas hæreticus fecit Acacius.*

Inf. Dum membra sine capite, ut præfatus sum, consistere minime possint, mirari non sufficio, qualiter ficti Ordinatores ratas ordinationes efficere valeant. *Def.* Qualiter hoc fieri possit, prædictus Pontifex Anastasius probabilibus adstruit documentis. Ait enim inter cætera, secundum Ecclesiæ Catholicæ consuetudinem, nullum de his, vel quos baptizavit Acacius, vel quos Sacerdotes, sive Levitas secundum Canones ordinavit, nulla eos ex nomine Acacii portio læsionis attingat. Hinc est, quod Baptismum, quod procul sit ab Ecclesia, sive ab Adultero, vel a fure fuerit datum, ad percipientem, munus pervenit illibatum. Quia vox illa, quæ sonuit per Columbam, omnem maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur, ac dicitur: Hic est, qui baptizat in Spiritu, & igne. Nam si visibiliter Solis istius radii cum per loca fœtidissima transeunt, nullius contactu inquinatione maculantur; multo magis illius, quæ istum visibilem Solem fecit, virtus nulla ministerii indignitate contingitur. Nam & Judas cum fuerit sacrilegus, atque fur, quidquid egit inter Apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta senserunt. Sic ille, per quem Christus loquitur, Paulus affirmat: ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. A Deo autem non quæritur quis, vel qualis præ-

di-

dicet, ſed quem prædicet, ut invidos etiam bene Chriſtum prædicare confirmet, quomodo Diabolus ipſe dejectus eſt. Ideo ergo & hic, cujus nomen dicimus eſſe reticendum, male bona miniſtrando ſibi tantummodo nocuit; Nam inviolabile Sacramentum quod per illum datum eſt, aliis perfectionem ſuæ virtutis obtinuit, ei autem obfuit. Quorumdam autem ſe in tantum extendit curioſa ſuſpicio, ut imaginetur, prolato a Papa Felice judicio, poſtea inefficaciter in Sacramentis, quæ Acacius uſurpavit, egiſſe, ac perinde eos metuere, qui vel in conſecrationibus, vel in Baptiſmate miniſteria tradita ſuſceperunt.

CAPUT III. *Quomodo Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiat fictum, tamen ejus miniſterium non deſerat.*

Inf. Quomodo ergo in Libro Sapientiæ ſcriptum eſt: Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu? *Def.* Hoc Beatus Auguſtinus contra Parmenianum Donatiſtam ita exponit: Quod autem ſcriptum eſt, Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiet fictum, ita intelligendum eſt, ut deſit ſaluti ejus; miniſterium tamen non deſerat, quo per eum ſalutem operatur aliorum: Unde dicit Apoſtolus: Si enim volens hoc facio, mercedem habebo; ſi autem invitus, diſpenſatio mihi credita eſt. Ac ſi dicat, illis prodeſt, quibus hoc diſpenſo, non mihi qui fictus ſum. *Inf.* Quod Spiritus Sanctus miniſterium ficti Sacerdotis non deſerat, aliud mihi exhibe teſtimonium. *Def.* Idem Auguſtinus in expoſitione in Joannem, ubi Dominum baptizatus eſt, latius ex eo apertiuſque diſputat. Ordinatio igitur, quam Beatus Formoſus fecit, quod rata, & legitima ſit, recte intelligentibus ecce ſatisfactum habetur. Nunc age, dic quibus documentis, vel qua authoritate præfatam ordinationem ſubvertere nitimini, & quod eſt deterius, in eodem gradu iterum conſecrare non formidatis? *Inf.* Omne, quod fal-

Digitized by Google

falsum esse decernitur, destruendum est, & propterea ordinationem, quæ vera est, unicuique pro ut ratio postulat, impertiri studemus. *Def.* Video te puerili certamine ad ea, quæ jam discussa sunt, & testimoniis comprobata, impudenter recurrere. Quod ideo quasi securus agis, quia deest justitiæ censor. Adest tamen Isaiæ vaticinium: Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonnm, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.

CAPUT IV. *Quod Constantini Neophyti ordinatio contra Statuta SS. Patrum, depositi sit.*

Inf. Non tibi novum videatur, si fictus ordinator, projicitur, ejusque ordinatio refutatur. Siquidem Constantinus, ut in Pontificali libro legitur, qui ex Laico repente Neophytus, validaque manu armatus, Apostolicam Sedem nequiter invasit, depositus est, & ita damnatus, ut etiam oculis privaretur: Ordinationem vero, quam fecit, in pristinos deposuerunt gradus. Episcopi namque iterum a Papa Stephano consecrati sunt. De Presbyteris vero, & Diaconibus præfixum est, ut si Civium suorum electio vellet, in eosdem gradus, de quibus depositi sunt, iterum a Papa Stephano consecrarentur; ita dumtaxat, ut jure jurando promitterent, quatenus ad ampliorem honorem jam nullatenus promoverentur, ne talis error per injuriam pullularet. Statuerunt etiam, ut cuncta Ecclesiastica Sacramenta, quæ Constantinus peregerat, iteranda essent absque Baptismo, & Chrismate. *Def.* Nunquam exemplum a malis est sumendum. Ex his enim, quæ in voluminibus leguntur, ea solummodo imitanda, vel facienda sunt, quæ bona esse probantur, mala autem penitus execranda sunt, & omnino cavenda. Inde est, quod Abel justus laudatur, & Cain * parricida condemnatur. Inde, inquam, est quod Sixtus Martyrio coronatur, & Liberius Aria-

* *Fratricida.*

Digitized by Google

na colluvione maculatur. Quo circa Constantinus, qui Neophytus, armisque circumseptus, Apostolicam sibi Cathedram usurpavit, jure damnatus, atque dejectus est. Jam vero quod eum oculis privarunt, non Apostolicum sed Apostaticum est. Ordinationem quoque ejus non rectitudinis intuitu, sed invidiæ zelo contra SS. Patrum sanctiones, in pristinos deposuerunt gradus, addentes, & juramento constringentes, ut nullus de Presbyteris, ac Diaconibus ad superiores gradus promoveretur. In qua deliberatione quid aliud intelligi datur; nisi retributionis timor, scilicet, ne quando ad fastigium Apostolicæ dignitatis provecti, suam vindicarent injuriam? *Inf.* Istiusmodi vindictam propterea inferre decreverunt, ut ambitionem a Sacro Ordine penitus amputarent. *Def.* Sicut morbus non valet expellere morbum, ita nec vitium potest excludere vitium. Bene, inquam, bene quod Neophytum ab Apostolica celsitudine projecerunt; sed manifeste in eis peccaverunt qui secundum Canones ordinati fuerant, & eos deponere non formidarunt, eosque nefario ausu iterum in eadem ordinatione consecrandos esse statuerunt. Alioqui frustra Sanctissimus Leo Papa censuit, ut Pseudo-Episcopi abjiciantur, & eorum ordinatio rata consistere possit. Frustra enim Papa Anastasius præfixit, ut ordinationes Acacii nulla portio læsionis attingeret. Imo & Liberii ordinationes atque Vigilii consecrationes frustra illibatæ permanserunt. Numne post Apostolos quis in Ecclesia major Beatissimo Papa Leone, ad cujus, ut ita dicam, cælestem rugitum diversi ac plures hæretici exterriti sunt atque fugati? Nec Papa Anastasius est contemnendus, qui suos decretales apices Evangelicis pariter, Apostolicis testimoniis roboravit. Nec Sanctissimus Papa Gregorius est parvipendendus, qui scripsit, ut sicut Baptismus iterari non debet, ita nec consecratio iterari valeat. Quapropter si horum Patrum Statuta observanda non sunt, ubi est ergo

quod

Digitized by Google

quod ſcriptum eſt, ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui? Et Apoſtolus: Licet nos, aut Angelus de Cælo aliud vobis Evangelizaverit, quam quod Evangelizavimus, anathema ſit? *Inf.* Quod ejuſdem Neophyti ordinatio contra Statuta Patrum depoſita ſit, in Pontificali Libro expreſſum minime habetur. Quod autem Papa Stephanus Formoſum poſt ejus obitum depoſuerit, & quod neminem ex his, quos idem Formoſus ordinaverat, ſecum in Eccleſia veſtiri permiſerit, plurimi recolunt. *Def.* In eodem Pontificali Libro ſcriptum habetur, quod Liberius Arianæ hæreſi ſubſcripſerit, ſed non ibi additum, quod male fecerit. Nec de Vigilio additum eſt, quod male egerit in eo, quod Silverium Pontificem ſuum in exilium deſtinavit, & ſe Apoſtolicum inſtituit. Sed eos adverſus interdicta Scripturarum egiſſe, nemo ambigit. Ideo & de ordinatione præfati Conſtantini, quod nequiter depoſita fuerit, ſentiendum. Porro quod Formoſum poſt mortem depoſuerit, nihil ordinationi, quam fecit præjudicari poteſt, uti jam ſuperius ſeriatim inculcatum eſt. Eos namque, quos Stephanus ſecum in Eccleſia veſtiri prohibuit, Papa Theodorus, qui utique de Formoſi ordinatione non fuit, & veſtiri, & ſuum agere officium præcepit; ejuſque corpuſculum, quod pertinaciter ejectum fuerat, cum exultatione ad Apoſtolicam tumbam reduxit.

CAPUT V. *Quod ejuſdem prævaricationis ſit iterata conſecratio, cujus prævaricationis eſt iteratum baptiſma.*

Inſenſor. Eſt ne aliquid contra Catholicam regulam, ſi quiſquam in eodem Ordine iterum conſecratus fuerit? *Defenſor.* Ejuſdem procul dubio prævaricationis eſt iterata conſecratio, cujus prævaricationis eſt iteratum baptiſma. *Inſenſ.* Quis hoc dicit? *Def.* Sanctus Papa Gregorius ad Joannem Epiſcopum Ravennatis Eccleſiæ ſcripſit, dicens: Illud quod dicitis, ut is qui ordinatus eſt, iterum ordinetur, valde ridi-

diculum est, & ab ingenii vestri consideratione extraneum, nisi forte quod exemplum ad medium deducitur, de quo & ille judicatus est, qui tale aliquid feciſſe perhibetur. Absit enim a Fraternitate vestra sic sapere. Sicut autem baptizatus semel, iterum baptizari non debet, ita consecratus semel, in eodem ordine iterum consecrari non valet. Hoc itaque non solum Beatus Gregorius, sed etiam Canones testantur Apostolorum Sanctus namque Isidorus in Præfatione Canonici Collegii Apostolorum, Canones recipiendos esse, confirmat. Quod si cuiquam displicet, velit, nolit, Gregorius, cujus authoritas ad instar Solis in tota fulget Ecclesia, respuendus non est. *Inf.* Major est Conciliorum authoritas, quam unius Papæ Gregorii *Def.* Nusquam legitur, quod Catholica consecratio in eodem Ordine iterum dari possit. Cæterum longe incomparabiliter melius Beatus Gregorius Conciliorum scita considerasse, atque intellexisse dignoscitur, quam homines nostri temporis; ideoque illi nemo præferendus est.

CAPUT VI. *Quod ejusdem prævaricationis sit iterata consecratio, cujus prævaricationis sunt hæretici, qui Catholicos rebaptizare audent.*

Inf. Iteratam in eodem gradu consecrattonem, cujus prævaricationis esse putas? *Def.* Non putative, sed veraciter scio, quod ejusdem prævaricationis sit iterata consecratio, cujus prævaricationis sunt hæretici omnes, qui Catholicos rebaptizare audent. An mente excidit, quia sicut semel baptizatus, iterum baptizari non debet; ita & qui semel consecratus est, in eodem ordine jam consecrari non valet? *Inf.* Itane levioribus offensis oritur hæresis? *Def.* Parumne tibi videntur, irritum facere sacrosanctum ministerium, per quod Divinæ Trinitatis fides percipitur, & Christiana Religio indesinenter colitur; & quasi hoc non sufficiat, iteratam manus impositionem superadjicere non pertimescitis?

CA-

Digitized by Google

CAPUT VII. *Quod minor culpa, quam iterata consecratio, infra hæreseon denotationes inveniatur admixta.*

Inf. Incredibile mihi videtur, ut errores, qui non usquequaque noxii sunt, inter hæreticas denotationes annumerari queant. *Def.* Sanctus Augustinus in libro de Hæresibus ita commemorat: Coluthiani hæretici, a quodam Colutho dicti sunt, qui dicebat, Deum non facere mala, contra illud, quod scriptum est; ego sum Deus creans mala. Floriani quoque a Florino, qui e contrario dicebat, Deum creasse mala, contra id, quod dictum est: Fecit Deus omnia, & ecce bona valde. Ac per hoc quamvis contraria inter se dicentes, tamen ambo Divinis eloquiis resistebant. Creat enim Deus mala, pœnas justissimas irrogando; quod Coluthus non videbat; non autem malas creando naturas, atque substantias, in quantum sunt naturæ atque substantiæ, uti Florinus errabat.

CAPUT VIII. *Adversus eos, qui se excusant dicentes: Inviti denuo consecrati sumus.*

Inf. Si æqua lance pensetur Sacræ Ordinationis iteratio, non mihi, sed illi adscribendum est, qui me primam negare, & secundam consecrationem suscipere contulit. *Def.* O Domine, universorum Magister, quid ad hoc dicis: Sinite illos, cœci sunt, duces cœcorum. Si cœcus cœco ducatum præstet, nonne ambo in foveam cadunt? Ergo juxta hanc Domini sententiam, ad male faciendum & qui ducit, & qui sequitur cœci sunt, & merito uterque in foveam damnationis cadunt. Tu autem vas electionis, per quem Christus loquitur, quid dicis? Non solum qui prava faciunt, sed & qui consentiunt facientibus, digni efficiuntur morte perpetua. *Inf.* Quid ergo adversus eos agendum est, quibus resistere minime possumus? *Def.* Illud, quod ait Salvator: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occi-

Digitized by Google

occidere; sed potius eum timete, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam.

CAPUT IX. *Adversus eos, qui dicunt: Non perdet Deus multitudinem Peccatorum.*

Inf. Numquid omnes, qui Formosi consecrationem nihil esse professi sunt, & in eodem ordine iterum consecrati sunt, ad inferna præcipitantur? Neque enim Deus tantam Episcoporum, Presbyterorum, atque Levitarum multitudinem perdet? *Def.* Quasi Deus ad quorumlibet multitudinem, vel numerositatem respiciat, & non potius ad eos, de quibus ipse loquitur: Ad quem respiciam, nisi ad humilem & quietum, & trementem sermones meos? Et in Evangelio: Nolite, inquit, timere pusillus grex, quoniam complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Quid plura? Quod Deus multitudini prævaricatorum, nisi pœnitentiam egerint, non parcat, audi Apostolum Petrum dicentem: Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos, in judicium reservari: & originali mundo non pepercit, sed octavum Noe justitiæ præconem custodivit, Diluvium mundo impiorum inducens, exemplum eorum; qui impie acturi sunt, ponens. Item, si Deus ad multitudinem malignorum respiceret, tot millia hominum in deserto Sina non prostravisset; atque utinam corpore tantum, & non anima. Unde in epistola Judæ legitur: *Jesus*, populum Israel de terra Ægypti salvans, secundo eos, qui crediderunt, perdidit. Cæterum autem justitiæ prævaricatores imitandi non sunt, juxta quod Mathatias dicit: & si omnes consentiunt Regi Antiocho, ego, & Domus Patris mei non consentiemus. Per Prophetam quoque dicitur: Noli æmulari inter malignantes, neque æmulatus fueris facientes iniquitatem. Tempore igitur Sanctissimi Patris Athanasii, pene universus orbis ad Arianam hæresim se contulit, & tamen pauciſſimi in Catholica fide perseverantes, victoriæ palmam consequuti sunt.

CA-

Digitized by Google

CAPUT X. *Ut qui semel & iterum in eodem gradu consecratus est, a sacro ministerio sit excludendus.*

Inf. Qua ratione fateri ausus es, ut qui semel & iterum in eodem consecratus fuerit, a sacro ministerio sit excludendus? *Def.* Non a memetipso, sed, ut supra relatum est, a B. Gregorio, necnon & Apostolorum Canonibus tale quid audenter protuli. *Inf.* Ergo ne qui denuo baptizatus fuerit, Christianitate pellendus est? *Def.* Nequaquam, sed aliud est baptizatus, aliud consecratus. Omnis enim, qui consecratus est, baptismum dare potest; non tamen omnis qui baptizatur, consecrationem vel sibi habere, vel aliis dare potest. Hinc est quod baptizati bigami, si necessitas incumbit, baptizare possunt; sacrum vero Ordinem Canonice accipere nequeunt. Cernis ne, quod Baptismus ad fidem pertineat, consecratio autem ad Ministerium, per quod ipsa fides percipitur, & Christiana Religio celebratur? Et idcirco qui ejusmodi sacrilegium incurrit, a sacro ministerio est removendus. Adde etiam quod absque baptismo nullus in Regnum Cælorum intrare possit; & ideo bis baptizatum a Christianitate sequestrari nefarium. *Inf.* Sacerdotes, qui tempore persecutionis negaverunt, suis honoribus non sunt expoliati. Isti ergo propter iteratam manus-impositionem, a Sacerdotio quomodo sunt excludendi? *Def.* Aliter est; nam de Sacerdotibus, qui tempore persecutionis negaverunt, non parva distantia est inter eos, qui absque periculis, & eos, qui violenta oppressione negaverunt. Quod ita sit, testis est Ancyranus Canon dicens * Presbyteri immolantes & iterum luctamen adeuntes, si hoc non per illusionem aliquam, sed ex veritate fecerunt, nec ante parentes, nec affectantes, atque suadentes, ut æstimentur quidem tormentis aptari, sed his visu tamen, & habitu subjici, hos placuit honorem quidem retine-

* *Confer Can.* 1. *Ancyrani Concilii.*

nere propriæ ſedis, offerre vero, aut alloqui populum; aut omnino Sacerdotalibus fungi officiis, non licere.

Item ex Concilio Nicæno, de his, qui in perſecutionibus negaverunt, & poſtmodum in Clero promoti ſunt.

Quicumque de lapſis ad ordinem Clerici promoti ſunt per ignorantiam, vel per ordinantium diſſimulationem, hoc Eccleſiaſticæ non præjudicat regulæ, cogniti namque deponantur. His itaque digeſtis, ad memoriam redit, quod Papa Innocentius, Ruſticium, qui iterata ordinatione Presbyter effectus eſt, noluerit in Eccleſia retineri. Scripſit enim Marciano Epiſcopo Naiſitano, dicens*: In Ravennati urbe mihi conſtituto, propter Romani Populi neceſſitates creberrimas, Germanius, qui ſe aſſerit Presbyterum, atque Lupentius, qui ſe Diaconum dicit, multorum talium quaſi legatione ſuſcepta, prece fuſa, dolores proprios exprimere geſtiverunt, aſſerentes ſe quidem Eccleſias in dilectionis tuæ conſtitutas Parochiis retinere, ſed tuam communionem non potuiſſe mereri, ea videlicet ratione, qua Ruſticius quidam nomine iterata ordinatione Presbyterium ſuſcepiſſet: & non levi impedimento ſit, dum aut illi dolent, hujuſmodi hominem in Eccleſia retineri, aut ille ſic peccare debere in alio arbitretur, quemadmodum in ſe agnoſcit eſſe peccatum. Similiter autem & illud recolendum, quod ſub habeatur Papa Gregorius, ad Joannem Epiſcopum Ravennatis Eccleſiæ ſcribens, dicit: illud quod dicitis: ut is qui ordinatus eſt, iterum ordinetur, valde ridiculum eſt, & ab ingenii veſtri conſideratione extraneum, niſi forte quod exemplum ad medium deducitur, de quo & ille judicatus eſt, qui tale aliquid feciſſe perhibetur. Nonne vides quod hujuſmodi tranſgreſſores etiam apud anteriores Patres jam judicati ſint?

CA-

* *Lege Epiſt. 22. S. Innoc.*

Digitized by Google

CAPUT XI. *Ut juramentum, quod ad scelus committendum pertinet, non sit observandum.*

Inf. Cum Summo Pontifici in omnibus sit obediendum, tu e contrario dicis, ut quicumque ex Clero se illi juramento constrinxerit, quatenus ad subvertendam ordinationem adjutor existat, Canonico sit judicio plectendus. *Def.* Ad scelera committenda nulli unquam potestati obtemperandum est, quia odit Dominus omnes, qui operantur iniquitatem, & perdet eos, qui loquuntur mendacium. Et Apostolus: Non solum qui prava faciunt, sed & qui consentiunt facientibus, digni efficiuntur morte perpetua. *Inf.* Quisquam ne fidelium juramentum, quod semel spoponderit, audebit licenter irritum facere? *Def.* Juramentum, quod a peccato alienum est, prævaricari non debet. Juramentum autem, quod pertinet ad scelus committendum, observari nefas est. Ut cætera omittam, David ad preces Abigail flexus, remissius elegit perjurium incurrere, quam homicidium perpetrare. Herodes autem quia in jurejurando discretionem habere neglexit, homicidii barathrum incurrit. Attende, inquam, quid ex hoc Isidorus censeat; ait enim: Non est conservandum Sacramentum, quod male & incaute promittitur, veluti si quispiam adulteræ perpetuam cum ea manendi fidem polliceatur; tolerabilius est non implere Sacramentum, quam permanere in stupri flagitio. *Inf.* Hujuscemodi testimoniis non satis appareat, ut quisque pro tali juramento a Sacro Ordine sit removendus. *Def.* Post Nicœnum Concilium Chalcedonensis Synodus auctoritatis retinet palmam. Illa nimirum censuit dicens, conjurationis, vel conspirationis crimen & ab exteris legibus est omnino prohibitum, multo magis hoc in Ecclesia Dei ne fiat, admonere conveniet. Si qui ergo Clerici vel Monachi reperti fuerint conjurantes, aut conspirantes, aut insidias ponentes Episcopis, aut Clericis, gradus proprius abjiciatur. Cernis ne quam sublimi autoritate Clerici de quibus

Digitized by Google

sermo exortus est, inter sacrilegos & male conjuratos sint habendi, & Canonico judicio reprobandi?

CAPUT XII. *Ut ad Synodum, quæ manifeste contra Catholicam rectitudinem agit, non sit occurrendum.*

Inf. Apostolicus Pontifex vocavit te ad Synodum, tu vero jussionem ejus contemnens occurrere noluisti. *Def.* Si aliquando ad vocem Lupi cucurrit ovis, & ego ad Synodum illam occurrere debui. Hic est quod Salvator ait: Oves Pastorem sequuntur, quia sciunt vocem ejus; alienum autem non sequuntur; sed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum. An non sunt Lupi, non sunt alieni, qui præfatam ordinationem subvertentes, fere totam Italiam a pluribus annis veluti paganam absque Christi religione vixisse blasphemant? Dominus enim dixit, & fecit: Bonus Pastor animam suam ponit pro ovibus suis; vos e contrario Dominicas oves Lupinis dentibus non tantum corpore, sed quod est infelicius, & anima discerpere non erubescitis. Istud est quod B. Gregorius dolens dicit: Considerate quid de gregibus agatur quando Lupi Pastores fiunt, contra quos Dei greges custodire debuerant. Contempsi properare ad Concilium; ad quale Concilium? Scilicet ubi secundo baptismate baptizarer, ac per hoc non purificatus, sed contaminatus existerem. Quam ob rem salubriter elegi cum David verbis, & actu canere: Non sedi in Concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Odivi congregationes malignorum, & cum impiis non sedebo.

CAPUT XIII. *Quod Præpositorum culpæ nec omnes tegendæ sint, nec omnes denudandæ.*

Inf. Præpositorum culpæ juxta reverentiam filiorum Noe, a subditis denudandæ non sunt, sed potius tegendæ. *Def.* Exemplum Sem, & Japhet, in eo quod Patris verenda cooperuerunt, discretione adjuncta, ita nos imitari oportet,

Digitized by Google

tet, ut nec ad dextram, nec ad siniſtram declinare videamur. Qua de re nec omnes Præpoſitorum culpæ tegendæ ſunt, nec omnes denudandæ. Ut cætera omittam, illa nimirum culpa, quæ Catholicæ Religioni officit, ſi aliter emendari non poteſt, procul dubio denudanda eſt, ne per eam ignaræ vel ſimplices animæ pereant. Quædam Præpoſitorum culpæ, teſte Pontificali libro, adeo ſuperabundant, ut apicibus tradantur, utique non ut imitentur, ſed ut a poſteris caveantur. Notum eſt enim, quod mala Præpoſitorum actio generaliter ſubditis noceat, eo quod peccata Regis redundent in regnum. Sed nunc de illa culpa ſpecialiter ſermo frequentatur, quæ meticuloſos, vel ſimplices in Catholica Religione ſupputat. Ita enim culpa non a ſubditis eſt denudata, ſed a ſuis authoribus magis exaggerata. Nos autem iſtiuſmodi noxæ nec favorem, nec aſſenſum porrigere audemus, ſed procul ab ea diſcedere debemus. Denique Apoſtolus Paulus, qui clamat, imitatores mei eſtote, in faciem reſtitit Apoſtolorum Principi Petro, quia reprehenſibilis erat, eo quod Gentiles in quibuſdam judaizare cogeret; quod claviger Regni Cælorum adeo libenter ſuſcepit, ut ei nullo modo contradiceret, & inſuper ejus documenta in ſua laudaret Epiſtola.

CAPUT XIV. *Ut excommunicatio, quæ ad ſacinus committendum pertinet, non ſit obſervanda.*

Inſ. Quomodo parvi pendens Apoſtolicam excommunicationem, celebrare Miſſarum ſolemnia præſumpſiſti? *Def.* Illa equidem excommunicatio, quæ ad ſacrilegium committendum pertinet, pro nihilo ducenda eſt, & nullatenus obſervanda. Quippe ſub hujuſcemodi occaſione cogitis me negare Sacerdotium, quod ecce jam circiter viginti annos per totam Auſoniam Domini Salvatoris regit Eccleſiam, & tam pro vivis, quam etiam pro defunctis Eccleſiaſtica officia, ut moris eſt, frequentare non ceſſat. Et quod eſt deterius, con-

sentientes vobis iterum in eodem gradu consecrare non formidatis. Ista ne observanda excommunicatio?

CAPUT XV. *De eo quod scriptum est: sive juste, sive injuste obliget Pastor, gregi timendum est.*

Inf. Sive juste, sive injuste, ut S. Gregorius ait, obliget Pastor, gregi timendum est, ne per elationem tumidæ reprehensionis, culpa quæ non erat, fiat. *Def.* Si de nostris negligentiis, nostrisque offensionibus excommunicatio facta fuerit, omnino formidanda est, & usque ad dignam satisfactionem, vel indulgentiam penitus observanda. Cæterum vero in his, quæ manifesta ratione Deo inimica esse probantur, nullius excommunicatio metuenda est, vel observanda. Verbi gratia; si me ad perjurium, falsum testimonium, sacrilegium, vel homicidium, excommunicando impulerit; numquid nam in talibus, vel eorum similibus Pastoris excommunicatio timenda, vel facienda esse decernitur? Præsertim cum dicat Apostolus: Non solum qui prava faciunt, sed & qui consentiunt facientibus, digni efficiuntur morte perpetua. *Inf.* Hanc Apostoli sententiam ecce jam bis objicere non vitasti. *Def.* Si quando necessitas incumbit, non dico bis aut ter, sed etiam centies unum idemque testimonium sinistris argumentationibus fidenter opponam, nec immerito; Agonista enim contra diversa inimicorum jacula uno utitur clypeo. *Inf.* Responde mihi quomodo hactenus super Pontificum excommunicationibus istiusmodi distinctionem nullus facere præsumpsit. *Def.* Ergo ne oblitus es testimonia, quibus paulo superius declaratum est, non esse iniquis jussionibus obtemperandum, nec sinistris actibus consentiendum? Secundum quod in iisdem testimoniis legitur; Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es; odisti, Domine, omnes qui operantur iniquitatem, perdes eos, qui loquuntur mendacium. Et illud: Væ qui dicunt bonum malum, & malum bo-

bonum, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce; & dulce in amarum. Et illud: Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris. Et illud: Minister Dei est tibi in bonum. Interea & hoc recolendum, quoniam quidem ille qui dicit, juste an injuste obliget Pastor, gregi timendum est; ipse in eodem loco dicit. Sub magno moderamine Pastores Ecclesiæ vel solvere studeant, vel ligare. Plerumque contingit, ut hic Judicis locum teneat, qui ad locum vita, minime concordat, & sæpe agitur, ut vel damnet immeritos, vel alios ipse ligatus solvat. Et infra: Judicare autem digne de subditis nequeunt qui in subditorum causis sua vel odia, vel gratiam sequuntur. Unde recte per Prophetam dicitur: Mortificabant animas, quæ non moriuntur, & vivificabant animas, quæ non vivunt. Postremo autem nec illud oblivioni tradendum, quod Doctor gentium redarguens ait: Qui ergo alium doces, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris Idola, sacrilegium facis? Et Dominus in Evangelio: Medice cura te ipsum.

CAPUT XVI. *De eo, quod scriptum est: Omnia quæ dixerint vobis servate, & facite.*

Inf. Ubi est ergo illud Evangelium: supra Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi; omnia, quæ dixerint vobis, servate & facite. *Def.* Omnia hoc in loco solummodo in bonam partem accipienda sunt; alioquin Judæi, qui Scribarum, & Pharisæorum consilio, & hortatu Dominum crucifixerunt, immunes a tanto scelere esse debuerant, sed quam graviter & qui dixerunt, & qui fecerunt peccaverint, & Scriptura testatur, & in posteris eorum usque ad finem mundi protelatur. Igitur quod omne non semper ad totum, sed plerumque ad maximam partem referatur, testis est Hieronymus, ubi ad Damasum de frugi, & luxurioso filio disputat.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XVII. *Quod ad peccandum nullius potestati sit obtemperandum.*

Inf. Cum aliis potestatibus resistendum non sit, eo quod non sit potestas, nisi a Deo, & qui resistit potestati Dei ordinationi resistit, Apostolicæ potestati quæ procul dubio omnes humanas potestates excellit, in omnibus, quæ jubet resistendum non est. *Def.* Omni humanæ potestati subditi esse debemus, & quam maxime Apostolicæ. Sed utique non in illis, quæ Christiana lex abominatur ac prohibet, & Deo inimica esse monstrantur, cui dicit Propheta: Quoniam non volens Deus iniquitatem tu es: odisti Domine, omnes qui operantur iniquitatem, perdes eos, qui loquuntur mendacium. Et ipse Dominus ad Hieremiam: Si separaveris, inquit, pretiosum a vili, quasi os meum eris.

CAPUT XVIII. *Quod aliud sint Pontificales sedes, & aliud Præsidentes, & quia Præsidentes per devia sequendi non sint.*

Inf. Sancta Romana Ecclesia super Ecclesias primatum tenet, ideoque judicat omnes, & ipsa a nemine judicatur. Tu autem quis es, qui contra eam loqueris? *Def.* Absit, ut ego infimus, vel potius vermis, contra eam loquar, sed ut Deus donaverit, magis pro ea. Quæso, diligenter attende quod dicturus sum longe incomparabiliter. Aliud sunt Pontificales Sedes, aliud præsidentes. Proinde honor & dignitas uniuscujusque Sedis venerabiliter observanda sunt; Præsidentes autem si deviaverint, per devia sequendi non sunt; hoc est si contra fidem vel Catholicam Religionem agere cœperint, in talibus eos nequaquam sequi debemus, quod plerumque apud Constantinopolitanam, & Alexandrinam Sedem contigit; In his autem, quæ jure dicunt, etsi non faciunt, libenter eis obedire debemus. Hinc est quod botros carpere, & spinas cavere jubemur. Quid multa? De Pastoribus ad populum revoca intentionem. Qui dicit: Minister Dei

Digitized by Google

Dei est tibi in bonum. Propterea subjunxit in bonum, quia Minister Dei non est tibi in malum.

CAPUT XIX. *De eo, quod scriptum est, quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata & in Cælo.*

Inf. Ligandi, atque solvendi potestas omnibus Episcopis cælitus est collata, præcipue tamen Apostolorum Vicario, qui vicem Apostoli Petri, & claves regni Cælitus tenet. Et idcirco, quomodolibet ligaverit, ligatum erit. *Def.* Non ita sapit Divinæ legis Interpres Hieronymus exponens illud Evangelium: Quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata & in Cælo, & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in Cælo; ait: Istum locum intelligentes Episcopi, & Presbyteri, aliquid sibi assumunt de Pharisæorum supercilio, ut vel damnent innocentes, vel solvere noxios se arbitrentur, cum apud Deum non sen-entia Sacerdotum, sed reorum vita quæratur. Nec illud omittendum, quod per Prophetam dicitur: Mortificabant animas, quæ non moriuntur, & vivificabant animas, quæ non vivunt. Non morientem quippe mortificat, ut S. docet Gregorius, qui justum damnat, & non victurum vivificare nititur qui reum a supplicio absolvere conatur. Item a Salomone: Sicut avis in coatrarium volans, & passer quolibet vadens, sic maledictum frustra prolatum, super illum, qui misit illud, veniet. Item ibi: Anima, qnæ benedicit, impinguabitur; quæ autem frustra maledicit, ipsa in maledictione erit. Item S. Gregorii Papæ: In omni autem, quod de nobis extra dicitur, recurrere ad arcana mente debemus; & si omnes vituperent, liber est tamen, quem conscientia non accusat, quia etsi omnes laudent, liber esse non potest, si hunc conscientia accusat.

CAPUT XX. *Qualiter Formosus post depositionem, Apostolica Authoritate reconciliatus sit.*

Inf. Ecce jam ad littus cœptæ loquutionis propinquantes, vela deponimus, & Formosus, qui procellas excitare non veritus est, a tanto discrimine velut immunis remansit.

Digitized by Google

sit. *Def.* Humano examine judicari nec debet, nec potest, qui jam in illius judicio est constitutus, qui est judex vivorum, & mortuorum: qui non secundum auditum aurium, neque secundum oculorum intuitum judicat, sed secundum id, quod est scrutans corda, & renes Deus. *Inf.* Non te cognoscere pigeat, quomodo per eum in Sancta Ecclesia, ubi summa concordia esse debet, scandali seminarium sit exortum. *Def.* Formosus, ut dixi, non ad me, idest, ad ordinationem, quam fecit, sed ad eos pertinet, qui eum elegerunt, ordinaverunt, eique donec advixit, communicaverunt, & per omnia participes extiterunt; attamen fac, ut tibi rectum videtur. *Inf.* Formosus post depositionem suam Episcopus esse non potuit, quanto minus Papa? *Def.* Sicuti verum est, quod Apostolica authoritate depositus fuerit, ita verum est quod Apostolica authoritate reconciliatus extiterit. *Inf.* Quando depositus est, mediantibus Sacrosanctis Evangeliis jure jurando concluſit, ut Romuleam Urbem nullatenus ingrederetur, suumque Episcopatum nullo modo reciperet, & propterea reconciliari minime potuit. *Def.* Istiusmodi juramentum non solum a Christianis, verum etiam ab Ethnicis cruentum, atque nefarium esse decernitur; revera enim nihil aliud in eo deprehenditur, nisi ut Limina Apostolorum Petri, & Pauli nunquam adoraret, nunquam ad reconciliationem accederet, suumque Episcopatum nunquam reciperet. Proh nefas? Hujusmodi juramenti crudelitas, nec apud Paganos invenitur. Væ illis, qui tale Sacramentum ab eo per vim extorserunt. Benignus ille, & misericors Apostolicus Pater, qui eum reconciliare decrevit. *Inf.* Vere ne debuit Apostolicus Pontifex reconciliare hominem, qui se coram Episcopis proprio ore damnavit, & idcirco depositus fuit? *Def.* Poteram ad hæc opponere, quia cum se proprio ore damnavit non veraci professione, sed magno timore perterritus, interroganti se, quamvis non inculpabiliter, satisfecit, sed sufficit ei, quod postmodum Apostolica authoritate reconciliatus sit. Audi etiam

etiam quid Alexander Papa super hujuscemodi occasione Synodaliter censeat, dicens: Est etiam & hoc ad hanc sanctam perlatum Sedem, quod pudet dicere, & non solum Sacerdotali, sed etiam omni Christiano nomini inimicum est; ideſt, quod nonnullos Episcopos, vel Sacerdotes, aut metu compellunt, aut vi extorquent, aut fraude decipiunt, aliquas confessionis suæ in aliud, quod non debent, aut pro suarum requisitione rerum, aut, quod deterius est, pro alieni erroris secta scripturas facere, & propriis manibus roborare, & coram populo recitare, atque confiteri. Aliquos dicunt ergastulis, & carceribus recludi, ut saltem his territos insidiis decipiant Domini Sacerdotes, & suis faciant voluntatibus subditos fieri. Has considerantes impietates, & pericula vitantes animarum, una cum omnibus Sacerdotibus, qui vobiscum in hanc Sacram convenerunt Urbem, & cum omnibus hujus capitis membris, sicut a beatis Apostolis, & reliquis Sanctis Patribus, & successoribus eorum accepimus, statuentes, decernimus, omnes qui Sanctos Patres persequuntur, aut amovere, vel dilacerare manifestantur, infames esse, & alienos a liminibus Ecclesiæ usque ad satisfactionem fieri. Ejusdem * similiter si hujusmodi personis quædam scripturæ quoquo modo per metum, aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint vel ut se liberare possint; quocumque ab eis conscriptæ, vel roboratæ fuerint ingenio, nullum eis præjudicium, aut nocumentum provenire censemus, neque ullam eis infamiam, aut calumniam, aut a suis sequestrationem bonis unquam, authore Domino, & Sanctis Apostolis, eorumque Successoribus sustinere, permittimus.

CAPUT XXI. *Quia plurimi Sacerdotum depositi fuerunt, & postmodum reconciliati.*

Inf. Si tale quid ad lapsorum reconciliationem pertinet, exemplis confirma. *Def.* Plurimi namque Sacerdotum depo-

Supple *Epistolæ*.

fiti fuerunt, & postmodum reconciliati: reconciliati, inquam, non denuo in idipsum consecrati; quoniam quidem aliud reconciliatio, & aliud consecratio. Nam qui reconciliatur, in gradum pristinum restituitur; qui autem consecratur, id quod non habet, accipit. Sed, ut dicere cœpi, Joannes Chrysostomus a duabus Synodis Orthodoxorum Episcoporum fuit judicatus, sed iterum fuit restitutus Ecclesiæ suæ; nec non & Marcellus Episcopus Ancyræ Galatiæ depositus fuit, sed postmodum proprium recepit Episcopatum. Asclepius item judicatus a Synodo Ecclesiam suam postea recepit. Lucianus Episcopus Adrianopolites damnatus a Papa Julio, recepit Ecclesiam sui Episcopatus. Item Cyrillus Hierosolymitanus depositus fuit, postea reconciliatus est Ecclesiæ suæ. Simili modo & Polychronium ejusdem Ecclesiæ Hierosolymitanæ Pontificem Xystus Papa damnavit, & iterum ipse eum reconciliavit. Innocentius item Papa Photinum damnavit Episcopum, sed ipse eum postea in proprio restituit loco Ecclesiæ suæ. Itemque Misenum Episcopum a Felice Papa damnatum Gelasius Papa successor illius & communicavit, & Ecclesiæ suæ restituit. Leontius autem, dum esset Presbyter, depositus fuit, sed postea in Antiochia Patriarcha extitit. Gregorius vero Quartus Papa, Theodosium, quem Eugenius ejus antecessor Presbyterii honore privaverat, Sanctæ Ecclesiæ Siguinæ consecravit Episcopum. Ibas namque Episcopus judicatus fuit, sed Sancta Synodus canonice suam illi restituit Ecclesiam. Rothadum vero Episcopum Sanctæ Suessionensis Ecclesiæ a Synodo, cui Carolus interfuit Rex, condemnatum, & Soffrenium Placentinum Episcopum merito reprobatum, Nicolaus Papa una nobiscum reconciliavit.

CAPUT XXII. *Ut id, quod incertum est, solius Dei judicio sit relinquendum, & de Episcopis, qui de Sede ad aliam Sedem translati sunt.*

Inf. Formosus, esto reconciliatus fuerit, postmodum vero

vero humanæ laudis cupidus, propriam relinquens uxorem, alienam abstulit, videlicet, relicto Episcopatu his, qui ordinandi erant, Apostolicam abstulit Sedem. *Def.* Utrumnam humanæ laudis cupidus Apostolicum thronum conscenderit, incertum est, ideoque solius Dei judicio relinquendum est. Attamen universa Romana Civitas, & omnes circumpositæ regiones, præcipuæ sanctitatis eum fuisse commemorant, exceptis admodum paucis, qui eum infamare non erubescunt. Nec mirum, cum de Salvatore etiam scriptum sit: Alii dicebant, quia bonus est; alii non, sed seducit turbas. Cæterum vero quod in hujusmodi translatione alienam uxorem non abstulerit, probabilibus exemplis clarescere potest. Omitto eos, qui ante Nicœnum Concilium de Sede ad aliam sedem translati sunt; numquidnam Gregorius Nazianzenus, homo sanctissimus atque doctissimus, ignarus fuit ejusdem Concilii, aut illud quisquam melius intelligit, quam ipse intellexisse dignoscitur? Hic enim cum unius Civitatis, quæ Sazima dicebatur, fuisset Episcopus, consilio, & hortatu Beati Basilii, & aliorum Episcoporum, in oppido Nazianzo constitutus est, deinde Constantinopolim translatus est. Dositheum Seleuciæ Episcopum Alexander Antiochenus Episcopus in Tarsum Ciliciæ demigravit. Reverentius ab Arcis Phæniciæ in Tyrum migratus est. Joannes de Gordo Lidiæ mutatus est in Proconissum, & in ea præsedit Ecclesia. Palladius ab Helenopoli mutatus est in Aspamam. Alexander ab alia Helenopoli in Adrianopolim mutatus est. Meletius prius in Sebastena Ecclesia præfuit, & postea Antiochiæ præsul est constitutus. Theosebius ab Apamia Asiæ transfertur in Eudoxiopolim, quæ dudum Salambria vocabatur. Polycarpus de Urbe Antepristena Mysiæ, in Nicopolim Thraciæ mutatus est. Hierophilus de Trapezopoli Phrygiæ in Antiochiam migratus est. Optimus ab Agardamia Phrygiæ in Antiochiam Pisidiæ migratus est. Sylvanus a Philippopoli Thra-

Digitized by Google

ciæ mutatus est in Troada. Perigenes in Patris est ordinatus Episcopus; sed quoniam Cives ejusdem Civitatis eum recipere noluerunt * Romanæ Civitatis jussit eum inthronizari in Corinthum Metropolim, defuncto ejus Episcopo, eique, donec advixit, Ecclesiæ præfuit. Eusebius itaque Pamphili in sexto Ecclesiasticæ historiæ libro, Alexandrum unius Cappadociæ Civitatis Episcopum refert, quia cum venisset causa orationis Hierosolymam; tentus sit ab ejus Civibus, & in locum Narcissi Episcopi constitutus, & de cætero omni vita sua ipsi Ecclesiæ præsedisset. Germanus Archiepiscopus de Metropoli Cyzico translatus est Constantinopolim, in qua translatione Presbyter Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Apocrisarius, nomine Michael, talem fecit sermonem: Divina enim gratia, quæ dignatur infirma eligere, & incompleta complere, transtulit, & ordinavit in sacratissimam Sedem a Deo conservatæ Civitatis Constantinopolitanæ præsentem Germanum sanctissimnm Archiepiscopum. Aitardus quoque de Terraconensi Episcopatu inthronizatus est in Turonensi Archiepiscopatu, dante Imperatore Carolo II., & consentiente Papa Hadriano Secundo.

CAPUT XXIII. *Quod Osius non Catholice dixerit: Nec Laicam in fine communionem accipiat.*

Inf. Osius dicit: Si quis Episcopus per avaritiam vel ambitionem, & ut dominationem agat, Sedem mutaverit, nec laicam communionem habeat. Deinde in sequenti capitulo: etiamsi talis extiterit, ut per fraudes, & quosdam præmio, & mercede corruptos, excusationem afferens, ut quasi eum populi petere videantur, nec laicam in fine communionem accipiat. *Def.* Quod Osius avaritiam, & ambitionem, dominationem, & fraudes prohibuit, libenter amplector. Quod autem subjunxit: nec laicam in fine communionem accipiat: non suscipio, quoniam non Catholicum, sed Catharum sonat; Præsertim cum Dominus per Prophetam clamet: Nolo mortem

Digitized by Google

tem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat. Et in Evangelio : Gaudium eſt, inquit, coram Angelis Dei ſuper uno Peccatore pœnitentiam agente, quam ſupra nonaginta novem juſtis, qui non indigent pœnitentia. Alias autem quo fine ſuum ſapere Oſius concluſerit, flere magis libet, quam verbis exprimere.

CAPUT XXIV. *De eo, qui ſemel in qualibet Eccleſia Lector extiterit.*

Inf. Africanum Concilium ſtatuit, ut quicumque in Eccleſia ſemel legerit, ab alia Eccleſia ad Clericatum non admittatur. Etſi hoc de Lectoribus ſtatutum eſt, quo pacto Formoſus ab Epiſcopali Sede ad Apoſtolicum thronum transferri debuit. *Def.* Hoc etenim quod de Lectore objeciſti, non intelligendum eſt, ut qui ſemel in qualibet Eccleſia Lector extiterit, ulterius jam in alia Eccleſia nullatenus ad Clerum admitti poſſit. Sed manifeſtius in Africano Concilio, ubi Epigonius pro ſuo diſcipulo, ſimulque Alumno conqueritur, ſancitum eſt ut Clericum alienum nullus ſibi præripiat Epiſcopus, præter ejus arbitrium cujus fuerit. *Inf.* Cœleſtinus Papa de Clericali electione ita delegavit, dicens: Cleri; ac plebis, & ordinis conſenſus, & deſiderium requiratur; tunc alter de altera requiratur, & eligatur Eccleſia, ſi de Civitatis ipſius Clericis, cui eſt Epiſcopus ordinandus, nullus dignus, quod evenire non credimus, poterit reperiri. Primum enim illi reprobandi ſunt, ut aliqui de alienis Eccleſiis merito præferantur. Habeat unuſquiſque ſuæ fructum militiæ in Eccleſia, in qua ſuam per omnia officia tranſegit ætatem: In aliena ſtipendia minime alter obrepat, nec alii debitam ſibi alter audeat vindicare mercedem. *Def.* Iſtiuſmodi Papæ Cœleſtini decretum laudabile juſtumque nemo ambigit; ſed aliquando accidit, ut certa imminente neceſſitate, vel certis exiſtentibus cauſis, Epiſcopus de Sede ad Sedem transferri licenter poſſit; quod jam ſupra latius intimatum eſt. Similiter autem

ad

Digitized by Google

ad Clericatus officium ex alia Ecclesia transitur. Quod adeo verum est, ut etiam Papa Siricius Religiosos Monachos per canonicos gradus ad Episcopalem celsitudinem ascendere statuerit. Hinc est, quod S. Papa Gregorius ad Marianum scribit; ad ordinandum alia Monasteria, ut ad Clericatus officium Monachi cum consensu Abbatis ex Monasterio tolli debent. Quod si Abbas sufficienter habeat Monachos, & dare noluerit, Episcopus, in cujus Parochia est, de his, qui supra fuerint, solertius tollat.

CAPUT XXV. *Ut absque necessitate, vel certis existentibus causis, Episcopus de Sede ad Sedem transire non debet.*

Inf. Jam vero quid ad hæc objicere poteris? * Nicœna siquidem Synodus definivit dicens: Propter multam perturbationem, & seductiones, quæ fiunt, placuit consuetudinem omnimodis amputari, quæ præter regulam in quibusdam partibus videatur admissa, ut de Civitate ad Civitatem non Episcopus, non Presbyter, non Diaconus transferatur. Quod si factum fuerit, prorsus irritum ducatur, & restituatur Ecclesiæ, cui fuit Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, ordinatus. *Def.* Tam magni Concilii sententiam meæ parvitati exponere non licet. Audenter tamen dico, quod nulli unquam Nicœnos Canones rectius, vel subtilius considerare, atque intelligere valeant, quam Gregorius Nazianzenus; quem supra tetigimus, necnon & Chalcedonense Concilium, & Beatissimus Papa Leo, atque Gelasius. *Inf.* Quod Gregorius Nazianzenus de Sede ad Sedem transierit, jam superius objecisti; nunc supereſt, ut reliqua subjiciantur. *Def.* Ut dicere cœpi, Chalcedonensis Synodus, & Sanctissimus Papa Leo, atque Gelasius, præfatam Nicœni Concilii regulam ita intelligere videntur.

Ex Chalcedonensi Concilio. Clericos in Ecclesia ministran-

* *Lege Can. 15. Nicæn.*

Digitized by Google

ſtrantes, ſicut jam conſtituimus, in alterius Civitatis Eccleſiam ſtatutos fieri non oportet, ſed contentos eſſe, in quibus ab initio miniſtrare meruerunt, exceptis illis, qui proprias amittentes Provincias, ex neceſſitate ad aliam Eccleſiam tranſierint. Si quis autem Epiſcopus poſt hanc definitionem ſuſceperit Clericum ad alium Epiſcopum pertinentem, placuit & ſuſceptum, & ſuſcipientem communione privari, donec is, qui migraverat Clericus, ad propriam fuerit regreſſus Eccleſiam.

Leonis Papæ. Si quis autem Epiſcopus Civitatis ſuæ mediocritate deſpecta, adminiſtrationem loci celebrioris ambierit, & ad majorem ſe plebem quacumque ratione tranſtulerit, a Cathedra quidem pellatur aliena, ſed carebit & propria, ut nec illis præſideat, quos per avaritiam concupivit, nec illis, quos per ſuperbiam ſprevit. Suis igitur terminis quiſque contentus ſit, nec ſupra menſuram juris ſuis affectet & augeri.

Gelaſii Papæ. Quiſquis propriæ deſertor Eccleſiæ, nullis exiſtentibus cauſis, ad aliam putaverit tranſeundum, temereque ſuſceptus fuerit, & * protervus reverendorum Canonum vel ipſe, vel receptor ejus atque provector inſtituta non fugiet, quæ de hujuſmodi præſumptoribus Sacri Canones præfixere ſervanda. *Inf.* Hæc Capitula meis inſerviunt objectionibus. Video enim, quod Chalcedonenſe Concilium ſtatuerit, ut abſque Provinciarum amiſſione & neceſſitate, in alterius Civitatis Eccleſiam demigrandum non ſit, & quod Papa Leo cenſuerit, ut Epiſcopus Civitatis ſuæ mediocritate deſpecta, adminiſtrationem loci ſuperioris ambire non debeat, nec per avaritiam ad majorem ſe plebem transferre. Gelaſius quoque dicit, & nullis exiſtentibus cauſis, propriam deſerere Eccleſiam nemo audeat. Formoſus, qua ex neceſſitate, aut quibus exiſtentibus cauſis Eccleſiæ propriæ deſertor, Apoſto-

* *Promotus lege Gelaſii Epiſt. 9. c. 25.*

Digitized by Google

stolicum thronum conscendere jussus est? *Def.* Quibus existentibus causis, vel qua necessitate Formosus effectus sit Papa, Clero, & Magnatibus Romanæ Civitatis scire convenit, qui nec Francorum, nec alterius gentis obsidione, vel impulsu coacti, sed sua sponte eum eligere, atque inthronizare decreverunt. Illi enim non ob aliud eum elegisse se dicunt, nisi ob Ecclesiæ utilitatem. Ipse autem se inthronizandi præbuit assensum, quemadmodum plurimi Episcoporum fecisse leguntur, quod jam paulo superius intimatum est. *Inf.* Pene omnibus notum est, quod plurimorum Pontificum major sit authoritas, quam paucorum. Quapropter in hac quæstione magis observanda est Nicœna Synodus, quæ indifferenter & penitus de Sede ad Sedem transferendi consuetudinem amputavit. *Def.* * Videte non intellexisse, quod Nicœna Synodus dicit: Placuit consuetudinem omnimodis amputari, quæ præter regulam in quibusdam partibus videtur admissa. Qualem, inquam, consuetudinem placuit amputari? Illam scilicet, quæ præter regulam, hoc est, absque rectitudine in quibusdam partibus videtur admissa. Nonne discretione adhibita, quæ mater est omnium virtutum, *idipsum* & Concilium Chalcedonense adstruere videtur in eo, quod dicit, Clericos in alterius Civitatis Ecclesia, statutos fieri non oportere, exceptis illis, qui proprias amittentes Provincias ex necessitate ad aliam Ecclesiam transierint. Nec illud est absimile, quod Beatissimus Papa Leo censuit, ut Episcopus Civitatis suæ mediocritate despecta, administrationem loci celebrioris ambire non debeat. Inde nimirum & Gelasius dicit, ut quisquam nullis existentibus causis, propriæ desertor Ecclesiæ ad aliam transire non debeat. Hoc modo etiam S. Gregorius Nazianzenus, non ignarus, nec contemptor Nicœni Concilii, de Sede ad Sedem translatus est. Porro qui nulla necessitate cogente, & nullis existentibus causis, sed solummodo avaritia, vel

* *Videris.*

Digitized by Google

vel ambitione ad aliam Sedem transfertur, iſte procul dubio prævaricator rectitudinis eſt, & idcirco præter regulam tale quid admiſiſſe convincitur. *Inf.* Formoſus ergo, qui tantummodo avaritia, & ambitione Cathedram mutavit acrius eſt puniendus? *Def.* Quod ambiguum crimen ſolius Dei judicio ſit relinquendum, jamjam ſupra reſponſum eſt. *Inf.* Video te ſub colore cujuſdam tuitionis dogmatizare, quatenus Epiſcopalis tranſmigratio de Sede ad Sedem licenter fieri poſſit. *Def.* Abſit, ut ex meo ore procedat, quod quiſquam Epiſcoporum tale aliquid licenter agere poſſit, niſi certa imminente neceſſitate, vel certis exiſtentibus cauſis.

CAPUT XXVI. *Quod quando Formoſus inthronizatus eſt, non id quod Epiſcopus erat iterum acceperit, ſed augmentum Apoſtolicæ dignitatis, quod non habebat ſuſceperit.*

Inf. Hactenus hinc inde contractis Scripturarum malagmatibus languido capiti medicatus es, nunc autem ventum eſt ad inſanabile vulnus, cui nulla medela ſuccurrere valet. Formoſus quando acceſſit, ut Papa efficeretur, manus impoſitionem ita ſibi tribui præcepit, ac ſi Epiſcopus non eſſet, ac per hoc non ſolum Apoſtolicam dignitatem non acquiſivit, verum etiam id quod Epiſcopus erat, perdidit. *Def.* Hoccine eſt inſanabile vulnus, cui nulla medela ſubvenire poteſt? Nonne cujus oculus, juxta Evangelicam ſententiam, ſimplex eſt, in ejus manus impoſitione, non vulnus ſed dignitatis augmentum conſpicit; non detrimentum, ſed ſacri Ordinis incrementum. Ut enim hoc liquidius pateat, audi documentum. Nam quod Presbyter ipſum ſit, quod eſt Epiſcopus, teſtis eſt B. Hieronimus in Epiſtola 85. dicens: Audio quemdam in tantam erupiſſe vecordiam, ut Diaconos Presbyteris, ideſt Epiſcopis, anteferret. Nam cum Apoſtolus perſpicue doceat, eoſdem eſſe Presbyteros, quos Epiſcopos, quid patitur menſarum, & viduarum miniſter, ut ſuper eos ſe tumidus efferat, ad quorum preces Chriſti corpus Sanguiſque con-

ficitur? Audi teſtimonium: Paulus, & Timotheus ſervi Chriſti Jeſu omnibus ſanctis, qui ſunt Philippis, cum Epiſcopis, & Diaconibus. Et in actibus Apoſtolorum ad unius Eccleſiæ Sacerdotes ita Paulus loquitur: Attendite vobis, & cuncto gregi, in quo vos Spiritus S. poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Domini, quam acquiſivit ſanguine ſuo. Ac ne quis contentioſe in una Eccleſia plures Epiſcopos fuiſſe contendat, audi & aliud teſtimonium, in quo manifeſte comprobatur, eumdem eſſe Epiſcopum atque Presbyterum: Propter hoc reliqui te cretæ, ut ea quæ deerant, corrigeres, & conſtitueres per civitates Presbyteros, ſicut & ego tibi mandavi: ſi quis unius uxoris vir, ſine crimine filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos. Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe, quaſi Dei diſpenſatorem. Et ad Timotheum: Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ tibi data eſt per impoſitionem manuum Presbyterii. Sed & Petrus in prima Epivola: Presbyteros, inquit, in vobis precor compresbyter, & teſtis paſſionum Chriſti, & futuræ gloriæ, quæ revelanda eſt. Quod autem poſtea, unus electus eſt, qui cæteris præponeretur, in ſchiſmatis remedium factum eſt, ne unuſquiſque ad ſe trahens Eccleſiam Chriſti irrumperet. * Huc uſque S. Hieronymus. Nos autem revertamur ad id, quod cœpimus. Ecce probabilibus documentis patefactum eſt, quod ipſum ſit Presbyter, quod eſt Epiſcopus. Igitur cum Presbyter manus impoſitionem accepit, ut cæteris proponatur, & ſpecialiter Epiſcopus appelletur; numquidnum in eo, quod eſt Presbyter, iterum conſecratur, & non potius in ejuſdem manus impoſitione augmentum Epiſcopalis * miniſterii, quod non habet, accipit. Sic itaque, ſic Formoſus in illa manus impoſitione, non id quod Epiſcopus erat, perdidit, ſed augmentum Apoſtolicæ dignitatis, quod non habebat, accepit. Hæc igitur ad ea, quæ ipſe de manus impoſitio-

* *Rumperet.* * *Myſterii.*

Digitized by Google

fitione objeceras, reſpondiſſe ſufficiat. Cæterum autem interrogavimus eos, qui præſentes fuerunt, quando Formoſus inthronizatus eſt, ſed dixerunt: Procul dubio falſiſſimum eſt, quod Formoſus in illa translatione manus impoſitionem acceperit; ſed quemadmodum in itinere ambulantes precibus effuſis Deum exorant; ita & nos Gubernatorem omnium exorantes, deduximus eum ad Apoſtolicam ſedem, ibique inthronizavimus eum; dantes congruam orationem.

CAPUT XXVII. *Ut qui ſimulantes, & lites inter ſe habent, alter eorum adverſus alterum non poſſit teſtimonium proferre.*

Inf. Adhuc ſuperſtites ſunt idonei teſtes, qui Formoſum non rite inthronizatum fuiſſe, ſed in eodem ordine, quem habebat, iterum ſibi manus impoſitionem tribui feciſſe, teſtificantur. *Def.* Hæc accuſatio penitus abſurda eſſe deprehenditur; alioquin juxta tuam ſententiam non fuerunt Epiſcopi, qui eum inthronizaverunt, ſed potius bruta animalia. Ego enim, & non pauci mecum, certo certius compertum habemus, quia hæc de Formoſo non alii referunt, niſi qui ſimultates, & inimicitias cum eo habuerunt. Et revera non ſolum divina, ſed etiam humana lex praecipit, ut qui jurgia, & lites ad invicem habere noſcuntur, alter eorum adverſus alterum teſtimonium proferre minime poſſit. Hinc eſt quod Anacletus Papa dicit: Accuſatores autem & teſtes eſſe non poſſunt, qui ante heſternum, aut nudius tertius diem inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant, ne læſi ulciſci velint. Hinc etiam & Sixtus Papa ſcripſit: Non, inquiens, accuſatoribus ſuſpectis, vel de inimicorum domo prodeuntibus eſt credendum. Papa quoque Teleſphorus. Hi vero qui inimici * morantur, aut qui ſuſpecti habentur, minime recipiantur, quia eorum æmulatio lacerat innocentes.

Digitized by Google

CAPUT XXVIII. *Quod humanum judicium quatuor personis justissime comprobatur.*

Inf. Fortassis coram judicibus pro Formoso causam dicere velis, accusatores præsto sunt. Accede, ut quod hujus altercationis verum est, luculento examine claresçat. *Def.* Non possumus justitiæ palmam obtinere apud eos, qui testes iidem sunt, qui & judices, pariterque accusatores; siquidem quatuor personis omne justissimum consummatur judicium, accusati videlicet; & accusatoris, testium simul, & judicum. Neque enim de levioribus causis quæstio ventilatur; proinde necesse est, ut authore Deo congregetur universale Concilium, & ad instar magni constantini, intersit Regis praesentia, & tunc istiusmodi scandalum sedabitur, & Ecclesiæ pax instaurabitur.

CAPUT XXIX. *De Concilio, quod in Ravennati Urbe pro Formoso, ejusque ordinatione factum est.*

Inf. Verum in Ravennati Urbe congregata synodo, sancitum est, ut tam Formosus, quam ejus ordinatio in suo vigore stabilita permanerent. Quod non sincera concordia, sed auri copia institutum est; ideoque pro nihilo ducendum est. *Def.* Ut opinor illud tibi contigit, quod ait Psalmus. Foderunt ante faciem meam foveam, & ipsi inciderunt in eam. Nam quod delatis muneribus tale quid in illa Synodo statutum fuerit, probare minime poteris. Nos autem, & plurimi nobiscum luce clarius compertum habemus, quod non solum Romuleæ civitatis, sed omnes pene Italiæ Præsules memorato interfuere Concilio. Quapropter si favente Deo, Regalis potestas universale fecerit Concilium, quid de vobis censendum erit, qui tot Episcoporum sanctiones irritas facere non veriti estis?

CAPUT XXX. *De scelere, quod in Cadaver Papæ Formosi perpetratum est.*

Inf. Stephanus, qui tertius a Formoso extitit Papa, eumdem

Digitized by Google

dem Formosum adeo reprobum esse judicavit, ut cadaver ejus de tumulo extrahi, & in Concilium pertrahi faceret, ibique eum pristinis vestibus denudantes, laico amictu velaverunt, & ferro duobus dexteræ digitis amputatis, in quodam peregrinorum tumulo sepelierunt; nec multo post in Tiberinum fluvium præcipitarunt. *Def.* Sicuti belluæ humanitatis immemores, quomodo intellexerunt, ita & operati sunt. Miserrimi, ubi hoc didicerunt? præsertim cum Dominus non dixerit: Quæcumque ligaveritis sub terra, vel sub flumine; sed ait: Quæcumque ligaveritis super terram; erunt ligata & in cœlo. De talibus enim Apostolus dicit: Quidam zelum Dei habent, sed non secundum scientiam. Proh scelus! Saltem poeticam attendere debuerunt sententiam.. *Parce piæ scelerare manus jam parce sepulto..* Verumtamen si hujusmodi de sede ad sedem traslatio quodammodo illicita fuisset, nonne Ecclesiastica pietate tolerare, & non inauditis crudelitatibus exaggerare debuerant, & sic demum advocata universali Synodo generaliter censerent, ut deinceps Romana civitas tale quid committere non auderet.

CAPUT XXXI. *Quod ad testificandum quæ recto sum, nullius gentis homo prohibendus sit.*

Inf. Tandem aliquando ad te revertar. Porro cum sis homo exteræ gentis, & apud nos humanæ vitæ subsidiis indigeas, quid ad te pertinet nostris resistere disceptationibus? *Defens.* Notum tibi sit, quoniam illius generis sum quod Apostolus Petrus his laudibus extollit: Vos estis genus electum regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, & quia iste populus per universum orbem terrarum Christum adorat & colit; propterea inter eos recipiendus sum, & a veritate testificanda nusquam excludendus. Quis enim nesciat, ex Hebræis fuisse Apostolos, qui sanctum Evangelium sua prædicatione in toto mundo coruscare fecerunt? Et ut breviter concludam, nonne si doctor gentium etiam invidos bene-

Chri-

Digitized by Google

Christum prædicare confirmat, me, qui Sacerdotali compassione quæ recta sunt testificor, prohibere quis poterit? *Inf.* Si advenis, & peregrinis Ecclesiæ præpositos accusare licet, vel judicare, aut præjudicare, aut aliqua scriptura adversus eos facere, frustra ergo in Pontificalibus Epistolis ita præfixum habetur. Anacletus, Deteriores sunt subditi, qui Rectorum suorum, vel doctorum mores, vitamque carpunt, licet pravi sint, his, qui substantias aliorum, prædiaque diripiunt; Et ideo juste infames sunt, & merito ab Ecclesia extorres fiunt. Doctor enim, vel quilibet, qui locum Pastoris in Ecclesia tenet; si a fide exorbitaverit, est a fidelibus corrigendus, sed pro reprobis moribus magis tolerandus, quam judicandus. Telesphorus. Non suscipiatur ovis in accusationem adversus Pastorem, verum omnes, qui adversus eum, qui locum Pastoris tenet, armantur, infames esse censemus. Pius. Oves Pastorem non reprehendant. Plebs Episcopum non accuset, etiam si aliter fecerint, nam eorum judicium sibi Deus voluit reservari. Callistus.* Criminationes, conspirationes, susurrationes contra Doctorem vel qui locum superioris tenet, nemo suscipiat, quia non oportet filios Patres reprehendere, nec servos dominos lacerare. Non enim bene vivunt, qui Superiores detrahunt, vel reprehendunt; Magistri enim portandi sunt, non reprehendendi, nisi in recta fide aberraverint. Nullus Doctor per scripturarum accusetur, nec cuiquam accusatori respondeat, qui ducit vitam reprehensibilem, quoniam indignum est ut doctor indocto, ovi Pastor respondeat. Ipse. Sicut Laicus non est, qui legitime convictus, in accusatione recipiendus, sic nec Sacerdos sine titulo criminari, vel testificari potest, quoniam maculosus, & infamis est, accusare non permittitur, & non solum hi, sed & qui consentiunt, rejiciendi. Huc usque Callistus. Item Nicænum Concilium. Peregrina judicia generali sanctione prohibe-

* *Hoc non extat in Epist. Callixti.*

Digitized by Google

hibemus, quomodo dignum est, ut ab extraneis judicetur, qui Provinciales, & a se electos debet habere judices. Audisti, o defensor, quid Pontificum authoritas super hujusce modi accusationibus censeat. Sunt & alia quamplura ad eumdem sensum pertinentia, quæ repli care fastidium duxi. *Def.* Nullius Pontificis sententiam veraciter opponere potes, ut scripturarum veritas interrogantibus non sit narranda & exponenda. Ista nimirum Capitula illis obviare probantur, qui quoslibet Ecclesiæ Præsules accusare non erubescunt, asserentes eorum crimina facta, vel conficta, scilicet, quod aut homicidæ aut raptores, aut adulteri sint, aut aliquid hujusmodi, non quod in Decretalibus apicibus habeatur, ut veritas, quæ in sacri voluminibus continetur, non sit interrogantibus proferenda; & si necesse fuerit brevitatis causa in literis assumenda. Quod autem scriptum est, ut nullus adversus aliquem Præsulem scripturas faciat, nullusque doctor per scripta accusetur, miror te ita sentire velle, ut interrogantibus nos non audeamus ea, quæ respondenda sunt, ex divinis libris in scedulis breviter assumere, eisque satisfacere. Aliud namque est dolosas literas adversus aliquem componere, ut eum aliquatenus lædere possit, & aliud est testimonia de Scripturis in unum conferre, quatenus veritatem quærentibus, ignorantia, quæ mater errorum est, nocere minime possit. Illud namque ad fraudis deceptionem pertinet, hoc autem ad veritatis cognitionem. Me autem quo pacto adversus Patrum sanctiones repugnare asseris, qui non aliquod crimen vel vitium cuiquam Præsuli inferre præsumo, sed veritatem, quam in sacris voluminibus didici, percunctantibus silentio tegere nefas æstimo præsertim cum Psalmographus dicat ad Deum; veritatem tuam non abscondi in corde meo. Jesus quoque filius Sirach dicit. In justitia agonizare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro justitia. Sanctus namque Isidorus dicit: Testis falsus, & is, qui vera reticet, idem sunt;

atta-

Digitized by Google

attamen pejor est testis falsus, qui lædit, quam qui veritatem testificari nolit; Nam ille malignus est, iste inutilis. Ego itaque, ut dicere coepi, neminem accusare, vel ad judicium trahere nitor; sed veritatem, quam in scripturis legere potui, interrogantibus præsentibus per vivam vocem, absentibus vero per stylum replicare curabo, ne talentum, quod meæ parvitati creditum est, defossum sit, & ab eo, qui talenta confert, districtius puniar. Alioquin incassum sancti Doctores tot libros efficere studuerunt, si recitandi non sunt, & eorum veritas asserenda non est, maxime interrogantibus. Quis hoc vel fatuus dogmatizare audeat? Præterea quod ex eisdem capitulis objicere voluisti, ut Ecclesiæ Pastor non sit arguendus a fidelibus, nisi in fide erraverit, quis non videat, quod isto te tuo gladio interficias? Ego quidem neminem arguere quæro, sed si me quis iterum baptizare voluerit, errat in fide; aut non? Manifestum est quia errat, ac per hoc sine dubio in Spiritu Sancto errat, per quem omnia Ecclesiæ Sacramenta sanctificantur, & credentes baptismate purificantur, sacrisque Ordinibus, per quos ipsa fides percipitur, instituuntur. Et revera quicumque in eum blasphemaverit, nisi pœnitendo se correxerit, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro. Qua de re, ut sancto placet Augustino, blasphemia in Spiritu Sancto est, quæ non remittetur neque in hoc sæculo, neque in futuro, cor impœnitens, illius videlicet, qui absque pœnitentia in suis moritur peccatis. Ergo qui in sacris Ordinibus, ut supra declaratum est, erraverit, nisi ab ejusmodi errore pœnitendo recesserit, absque dubio non remittitur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Ecce de Sacerdotali consecratione percontantibus veritatem, quæ in sacris eloquiis passim habetur, pro viribus aggregare curavi, quam, quam peregrinus, & advena ut ipse frustra confingere non erubescis. De cætero autem jam quid aliud restat, nisi ut Dominatorem omnium invocantes, dicamus cum Propheta: Exurge Domine, judica causam tuam. CA-

Digitized by Google

CAPUT XXXII. *Quod Juramentum etiam per vim datum, si ad peccandum non pertinet, irrefragabiliter sit observandum.*

Inf. Calcata reverentia, velut obtectrator, me perjurium in currere asseris in eo, quod jurejurando spopondi, & secundum meum posse ordinationem, quam Formosus fecit, subvertam. Fateor equidem quia violenter depressus juraveram, & secundum meum scire, & posse præfatæ ordinationis defensor existerem. Sed quoniam in Apostolicis Pontificibus una est authoritas; sicuti Papa Marinus eumdem Formosum de juramento, quod invitus dederat, solvere potuit, ita & me Apostolicus Pater ab illius Sacramenti nexu dissolvit, & juramenti sponsione ligavit, ut eamdem ordinationem secundum meas vires ad nihilum redigam. *Def.* scripturarum testimoniis, & Patrum documentis superius diffinitum est, ut ad male faciendum nemo Sacramento constringi debeat, & si aliquatenus factum fuerit non sit observandum, sed magis pœnitentiæ submittendum. Formosus enim non juravit, ut cuiquam læsionem inferret, sed* nequam angustatus jurando promisit, ut Romuleam Urbem nunquam ingrederetur: ad reconciliationem sui honoris nunquam accederet, suumque Episcopatum nunquam reciperet. Hoccine Sacramentum apud christianos cuilibet imponi fas est? Nonne contra sacram Religionem contrarium esse convincitur? Contra sacram Religionem, in quod invitus juravit, ut Romuleam urbem nunquam introiret, hoc est, nunquam Apostolorum corpora Petri, & Pauli adoraret. Contrarium verò, in eo quod adjunxit, ut ad reconciliationem sui honoris nunquam accederet, suumque Episcopatum nunquam reciperet. Rata ergo compassione Formosum a tali juramento solvere decreverunt, juxta id quod Dominus ait: misericordiam volo magis quam sacrificium, & scientiam Dei plusquam holocausta. Tu autem aperi oculos cordis tui, & vide qualiter in eisdem

Digitized by Google

tuis Sacramentis dupliciter prævaricator exiſtas. Juraſti enim, licet invitus, ut ipſe fateris, ut ordinationem illam ſecundum tuum ſcire, & poſſe adverſus æmulos defendas; quod utique non ad cujuſquam calamitatem, ſed ad utilitatem pertinet. Poſtmodum jam non invitus, ſed quibuſdam placere deſiderans, juraſti ut eamdem ordinationem ſecundum tuum poſſe ſubvertas, quod procul dubio ad malum faciendum attinet. Denique in Apoſtolicis Pontificibus unam eſſe authoritatem quis ambigat? Sed utique ad ligandum quo merito ligari debet, & ad ſolvendum quo merito ſolvi oportet. Alioquin fruſtra B. Gregorius dicit, judicare de ſubditis nequeunt, qui in ſubditis ſuis ſua vel odia, vel gratiam requirunt. Unde recte per Prophetam dicitur: mortificabant animas, quæ non moriuntur, & vivificabant animas, quæ non vivunt. Non morientem quippe mortificat, qui juſtum damnat, & non victurum vivificare nititur, qui reum ſupplicio abſolvere conatur. Et Hieronymus tractans illud Evangelicum, quæcumque ligaveritis ſuper terram, ait: Iſtum locum non intelligentes Epiſcopi, & Presbyteri, aliquid ſibi aſſumunt de Phariſæorum ſupercilio, ut vel damnent innocentes, vel ſolvere ſe noxios arbitrentur, cum apud Deum non ſententia Sacerdotum, ſed reorum vita quæratur. Patenter vero intelligi datur, quod nemo a te vinculo illius juramenti, quod ad bene faciendum præbueras, ſolvere potuerit. Juramentum autem, quod ad male faciendum dediſti, procul dubio non eſt obſervandum, ſed magis pœnitentiae ſubmittendum. Interrogatio ſuper his, qui primo per vim, poſtea voluntarie in eodem ordine conſecrati ſunt; Vellem ſcire quid de illis congrua deliberatione cenſendum ſit, qui primo, ut ajunt, per vim, poſtea in eodem ordine conſecrati ſunt voluntarie? Eſto, primitus violentam manus impoſitionem acceperint, ac per hoc hujuſmodi voluerunt fungi Sacerdotio; poſtmodum æquanimiter miniſtrare Sacerdotium præbuerunt aſſenſum;

Digitized by Google

sum; numquidnam in eo ordine, in quo dudum per vim consecrati fuerant, iterum consecrari debuerunt? Nonne juxta Sanctorum Patrum definitionem, sic nimirum cavenda est secunda manus impositio, quemadmodum secundus cavendus est Baptismus? Sed ajunt. Prima illiusmodi consecratio quamvis a Catholico Pontifice, tamen violenta fuit, & propterea pro nihilo ducenda est. Dic quæso, si quispiam fortassis per vim baptizatus fuerit nolens credere in Christum, postmodum vero se in eum credere voluntate profitetur, ergone denuo baptizandus erit? Non ita sapiebat B. Alexander Patriarcha quando S. Athanasius ad huc puerulus, sed nunquam baptizatus, ad oram maris, quasi Sacerdos, quamquam ludendo, vere puerulum baptizavit. Quid plura, vellem, ut præfatus sum, de hujusmodi sententia ad certam pertingere veritatem. Propositam ergo quæstionem qui movit obnixe nobis petentibus dignanter aperiat, quoniam inter illos accipiet coronam de quibus Danieli per Angelum dicitur: Qui autem docti fuerint, fulgebunt sicut firmamentum; & qui justitia erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Responsio. Hujus quæstionis sensus manifesta ratio dissolvit. Dicit: si quispiam nolens credere in Christum, per vim baptizatus fuerit, & postmodum in Christum credere adquiescet, nunquid iterum baptizandus erit? Minime. Exemplum de parvulis sume, qui alienis manibus deferuntur, & baptizantur; Quantum in eis est toto annisu reluctantur, ne in Baptismatis fontem mergantur. Sed cum ad rationalem scientiam pertigerint, etiam si recordari nequeunt quando baptizati sunt, narrantibus tamen indubitanter credunt, & Christianam Religionem, atque baptismi rationem colere incipiunt. Hinc est quod B. Papa Leo dicit: Si nulla extent judicia inter propinquos & familiares, nulla inter Clericos atque vicinos, quibus hi, de quibus quæritur, baptizati fuisse doceantur, agendum est, ut renascantur, ne manifeste pe-

reant quia quod non oſtenditur geſtum, ratio non ſinit ut videatur iteratum. De his, qui ex Africa, & Mauritania veniunt, & neſciunt in qua ſecta ſunt baptizati, non ſe baptizatos neſciunt, ſed cujus fidei fuerunt qui eos baptizaverunt, ſe neſcire profitentur. Unde quoniam quomodolibet formam baptiſmatis acceperint, baptizandi non ſunt, ſed manus impoſitione virtutem Spiritus Sancti * quam ab Hæreticis accipere non potuerunt.

Digitized by Google

APPENDIX

In qua ſacræ Latinorum Ordinationes nonnullæ

A JOANNE MORINO omiſſæ exhibentur.

ORDO PRIMUS.

Ex ms. Pontificali Inſignis Eccleſiæ Apamienſis in Syria, quem vulgavit Martenius lib. 1. cap. 8. art. XI.

In nomine Domini, incipit ordo de ſeptem eccleſiaſticis gradibus.

ORemus. Flectamus genua. Levate.
Adeſto, Domine, ſupplicationibus &c.

Dum tondes eum, dicis antiphonam: Tu es, qui reſtitues mihi hæreditatem meam. ℣. Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. *Et repetant.* Tu es Deus. Gloria Patri. *Et repetatur.* Tu es Deus.

Antiphona. Hic accipiet benedictionem a Domino, & miſericordiam a Deo ſalutari ſuo; quia hæc eſt generatio quærentium Dominum. *Pſal.* Domini eſt terra, *uſque in finem.*

Oratio. Omnipotens ſempiterne Deus, propitiare peccatis noſtris, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Poſtquam tonſuratus fuerit.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut hic famulus &c.

Oratio ad barbam tondendam. Deus cujus providentia omnis creatura &c.

Pſalmiſta, ideſt cantor poſtquam ab archidiacono inſtructus fuerit; poteſt abſque conſcientia epiſcopi, ſola juſſione presbyteri, officium ſuſcipere cantandi, dicente ſibi Presbytero:

Vi-

Videte, ut quod ore cantatis, corde credatis; & quod corde creditis, operibus probetis.

Ordinatio Oſtiarii.

Oſtiarius cum ordinatur, poſtquam ab archidiacono inſtructus fuerit qualiter in domo Dei debeat converſari, ad ſuggeſtionem archidiaconi tradat ei epiſcopus claves eccleſiæ de altari dicens ei.

Sic age quaſi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ iſtis clavibus recluduntur.

Et tradat ei archidiaconus oſtium eccleſiæ dicens:

Deum Patrem omnipotentem, fratres cariſſimi, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Oremus. *Et diaconus:* Flectamus genua. Levate.

Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Ordinatio Lectoris.

Lector cum ordinatur, faciat de illo verbum ad plebem Epiſcopus, indicans ejus fidem, ac vitam, atque ingenium. Poſt hæc expectante plebe, tradat ei codicem de quo lecturus eſt, dicens ad eum:

Accipe, & eſto verbi Dei &c. *Pronuntiatio.* Eligunt te &c.

Præfatio Lectoris. Oremus, dilectiſſimi, Deum Patrem omnipotentem, *&c. ut in Pontificali Romano.* Oremus. *Et diaconus.* Flectamus genua. Levate.

Benedictio ejuſdem. Domine ſancte, Pater omnipotens, benedicere, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Ordinatio Exorciſtæ.

Exorciſta cum ordinatur, accipiat de manu epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, & dicat ſibi epiſcopus.

Accipe, & commenda &c.

Præfatio ejuſdem. Deum Patrem omnipotentem, fratres cariſſimi, ſupplices deprecemur, *&c. ut in Ordine Romano.*

Qui-

Digitized by Google

Oremus. *Et diaconus.* Flectamus genua. Levate.

Sequitur Benedictio. Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, benedicere dignare, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Ordinatio Acolythi.

Acolythus cum ordinatur, primum ab episcopo doceatur qualiter in officio suo agere debeat, & accipiat ab eo ceroferarium dicente sibi episcopo:

Accipe ceroferarium cum cereo, & scias te ad accendenda ecclesiæ luminaria mancipari.

Accipiat & urceolum vacuum dicente sibi: Accipe urceolum ad fundendum vinum & aquam in eucharistiam Sanguinis Christi.

Præfatio. Deum Patrem omnipotentem, fratres carissimi, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Oremus. *Et diaconus.* Flectamus genua. Levate.

Sequitur. Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui ad Moysen, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Omnipotens sempiterne Deus, fons lucis, & origo bonitatis, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Ordinatio Subdiaconi.

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de manu episcopi vacuam accipiat; similiter & calicem vacuum. De manu vero archidiaconi accipiat urceolum cum aquamanili, ac manutergium, dicente sibi episcopo:

Vide cujus ministerium tibi traditur &c.

His dictis sequitur præfatio. Oremus Deum ac Dominum nostrum, fratres carissimi, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Oremus. *Et diaconus.* Flectamus genua. Levate.

Benedictio Subdiaconi. Domine sancte, Pater omnipotens,

tens, æterne Deus, benedicere, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Hac oratione finita, tradat ei episcopus manipulum & tunicam, si paratam habuerit dicens: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

ORDO
Qualiter in Romana Ecclesia Diaconi, Presbyteri eligendi sunt.

Mense primo, quarto, septimo, & decimo, sabbatorum die in duodecim lectionibus statio ad S. Petrum. Postquam introitum dixerint, & cetera usque ad Alleluja sive tractum, veniat archidiaconus, & vocet eum qui ordinandus est in diaconem indutum quidem sicut subdiaconus debet indui in missa sine tunica, & offerat eum pontifici ita dicendo:

Postulat mater ecclesia catholica, ut hunc præsentem subdiaconem ad onus diàconii ordinetis.

Interrogat episcopus: Scis illum dignum esse? *Respondet*: Quantum humana fragilitas nosse finit; & scio & testificor ipsum dignum esse ad hujus onus officii.

Tuncannunciat pontifex in populo & clero dicens ad omnes:

Auxiliante Domino Deo, & Salvatore nostro Jesu Christo, eligimus hunc in ordinem diaconii. Si quis autem habet aliquid contra illum, pro Deo, & propter Deum, cum fiducia exeat, & dicat. Verumtamen memor sit conditionis suæ.

Et tunc aliqui de circumstantibus attestentur eum esse dignum & justum gratia Dei. Hoc peracto, si forte aliquis fuerit ibi ordinandus in sacerdotem & ipsum quoque indutum more diaconi absque dalmatica, vocet archidiaconus, & offerat pontifici ita dicendo:

Postulat mater ecclesia catholica, ut hunc diaconem ad onus presbyterii ordinetis, *& cetera repetantur ut supra usque dum dicatur* memor sit conditionis suæ. *Ubi & simili quoque*

Digitized by Google

que modo ſicut ſuperius atteſtabantur eum dignum eſſe & juſtum gratia Dei.

Hoc facto, Pontifex incumbat ſuper faudeſtolium, quod ei parari debet ante altare, vel proſternat ſe ſuper ſtramenta cum his qui conſecrandi ſunt in diacones ſive in ſacerdotes; & tunc cantetur letania. Prope vero finem letaniæ, ubi bis dicitur, Ut hos electos benedicere & conſecrare digneris, *& bis à choro repetitur, pontifex in utraque repetitione debet ſignare ipſos electos. Finita vero letania, erigat ſe pontifex, & aſcendat ad ſedem ſuam. Erigantur quoque & ipſi conſecrandi. Et tunc remanente inferius illo qui promovendus eſt in ſacerdotem; promovendus in diaconem per manum diaconorum deducatur ad ſedem in qua eſt pontifex: cui ipſe pontifex ſolus ante benedictionem manum ſuper caput ejus imponit: quia non ad ſacerdotium, ſed ad miniſterium conſecratur. Et alloquitur populum ſic.*

Commune votum communis oratio proſequatur: ut hi per totiuseccleſiæ precem, quia in diaconatus miniſterio præparantur, Leviticæ benedictionis ordine clareſcant, & ſpirituali converſatione præfulgentes gratia ſanctificationis eluceant. Præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto.

Præfatio. Oremus, dilectiſſimi, Deum Patrem omnipotentem, *&c. ut in Ordine Romano.*

Oremus. *Et diaconus.* Flectamus genua. Levate.

Adeſto, quæſumus omnipotens Deus, honorum dator, ordinumque diſtributor, *&c. ut in Ordine Romano.*

Ad conſummandum diaconi officium cum ſtola quam imponit ei epiſcopus ſuper ſiniſtrum latus dicens:

Accipe ſtolam candidam de manu Domini, ab omnibus vitiorum ſordibus purificatus in conſpectu divinæ majeſtatis, ut omnibus vita converſationis tuæ præbeat exemplum, plebſque dicata Chriſti nomine poſſit imitando te imitationem acquirere juſtam.

Digitized by Google

Hic det ei librum evangeliorum dicens: Accipe potestatem legendi Evangelium in ecclesia Dei, tam pro vivis quam pro defunctis in nomine Domini. Amen.

Benedictio post acceptam stolam. Exaudi, Domine, preces nostras, & super hunc famulum tuum N. Spiritum tuæ benedictionis emitte: ut cælesti munere ditatus, & tuæ gratiam possit majestatis adquirere, & bene vivendis aliis exemplum præbere. Per.

Hic tradatur ei dalmatica, & induatur. Hoc facto, osculatis primum pedibus pontificis, det osculum tam ipsi pontifici, quam episcopis, si forte affuerint, presbyteris & diaconibus; & postmodum descendat, & stet in ordine suo.

Ordinatio Presbyteri.

Consummatis omnibus quæ supra diximus, de electione ejus, qui in presbyterum est ordinandus, & completa diaconi benedictione, si forte eodem die diaconus ordinatus est. Ordinatur enim aliquando presbyter, ita quod eodem die non ordinetur diaconus, & è converso. Tunc ille qui consecrandus est in presbyterum à duobus diaconis deduci debet, & dextra lævaque teneri usque ad presbyteros. Et duo presbyteri similiter accipientes eum, deducant ad sedem pontificis, ubi ipso inclinato ante pontificem, erigat se pontifex, & imponat manum super caput ejus, & omnes presbyteri qui adsunt cum eo pariter super caput ipsius manus imponant. Et pontifex dat orationem super eum voce media, presbyteris idipsum prosequentibus voce suppressa.

Oremus dilectissimi Deum Patrem omnipotentem, *&c. ut in Ordine Romano.*

Oremus. *Et diaconus*: Flectamus genua. Levate.

Exaudi nos quæsumus Domine, *&c. ut in Ordine Romano.*

Hic elevet pontifex vocem suam in modum præfationis. Per omnia sæcula sæculorum. Amen. Dominus vobiscum. Sursum corda. Gratias agamus Domino Deo nostro. Vere di-

Digitized by Google

dignum, &c. Deus honorum auctor, & distributor omnium dignitatum, *&c. ut in Sacramentario S. Gregorii*:

Hic reflectat orarium super humerum dextrum, dicens ad eum: Accipe jugum Domini. Jugum enim ejus suave est, & onus ejus leve.

Hic vestiat eum casula dicens: Stola innocentiæ induat te Dominus.

Benedictio. Deus sanctificationum omnium auctor, cujus vera consummatio, *&c. ut in Pontificali Romano*.

Expleta autem hac oratione, accipiens oleum faciat crucem super manus ambas ita dicens:

Consecrare & sanctificare digneris, Domine, manus istas per istam unctionem: ut quæcumque consecraverint, consecrentur; & quæcumque benedixerint, benedicantur & sanctificentur, in nomine Domini nostri Jesu Christi.

Hoc facto accipiat * *panem cum oblatis & calicem cum vino, det ei dicens*: Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, missamque celebrare, tam pro vivis quam pro defunctis in nomine Domini.

Si vero presbyter fuerit cardinalis, det ei Dominus papa annulum, ita dicens: Ad honorem Domini nostri Jesu Christi, & sanctorum apostolorum Petri & Pauli, committimus tibi ecclesiam N. cum clero & populo.

Benedictio. Benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti, descendat super vos, ut sitis benedicti in ordine sacerdotali, & offeratis placabiles hostias pro peccatis atque offensionibus populi omnipotenti Deo, cui est honor & gloria. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Hac benedictione completa, is qui presbyter est ordinatus, osculatis primum pedibus pontificis, det osculum tam eidem pontifici, quam episcopis, presbyteris, diaconibus, & ceteris ministris altaris qui affuerint. Postmodum ascendat, & stet

* *l.* patenam.

Digitized by Google

in ordine ſuo, & manus ſuas cum mica panis lavet; & tunc cantetur alleluja, *ſive tractus. Conſequenter legat diaconus evangelium, & cetera proſequentur ex more. Omnes vero qui ordinati ſunt oblationes deferant ad manus epiſcopi, & ab eo poſtmodum communicentur. Juxta morem vero Romanæ eccleſiæ presbyteri & diaconi cardinales quiſque duos cereos dextra lævaque tenere debent accenſos, & duos panes in manutergio inter brachia ſua poſitos, quos ſimul cum cereis poſt evangelium offerre debent pontifici.*

INCIPIT ORDO

Ad vocandum & examinandum, ſeu conſecrandum electum in epiſcopum juxta morem Romanæ eccleſiæ.

S *Abbati die circa veſperam ſedente Domino pontifice in atrio juxta eccleſiam, veniat archipresbyter illius eccleſiæ, cujus electus conſecrandus eſt, indutus alba & caſula, ſicut deberet miſſam cantare, quem junior diaconus cardinalis deducere debet, & tenere per manum dextram, & ſubdiaconus per manum ſiniſtram, & aliqui de clericis ejuſdem electi cum ſuperpelliciis vel cappis ipſum archipresbyterum modeſte & decenter proſequantur. Ut autem venit ante conſpectum pontificis, flectens genua ipſe archipresbyter ante pontificem, benedictionem petit ſic dicendo:* Jube domne benedicere. *Reſpondet pontifex:* Nos regat & ſalvet cæleſtis Conditor aulæ. *Archipresbyter autem ſurgens, procedit paululum, & iterum benedictionem petens genua flectit, & dicit:* Jube domne benedicere. *Reſp.* Nos Dominus ſervet, cuſtodiat, atque gubernet. *Tertia vero vice aliquantulum proprius accedens ſimili modo benedictionem petit & dicit:* Jube domne benedicere. *Reſp.* Gaudia cælorum det nobis Rector eorum.

Benedictione completa, interrogat eos Dominus pontifex: Omnia ne recte, quod vos fatigaſtis, fratres? *Reſp.* Deus & Dominus noſter concedat nobis paſtorem. *Interrogatio.* Habetis

betis veſtrum? *Reſp.* Habemus. *Interrogatio.* Eſt de ipſa eccleſia, an de alia? *Reſp.* De ipſa. *Si vero de alia eccleſia fuerit, Reſp.* De alia. *Interrogatio.* Quo honore fungitur? *Reſp.* Presbyteratus. *Interrogatio.* Quot annos habet in presbyteratu? *Reſp.* Decem. *Si plures vel pauciores in presbiteratu annos habeat, certum tempus reſpondebit. Interrogatio.* Habuit conjugium? *Reſp.* Minime. *Interrogatio.* Diſpoſuit domui ſuæ? *Reſp.* Diſpoſuit. *Interrogatio.* Quid vobis placuit in ipſo? *Reſp.* Sanctitas, caſtitas, humilitas, benignitas, & omnia quæ Deo placabilia ſunt. *Interrogatio.* Habetis decretum? *Reſp.* Habemus. *Et dicit pontifex legatur. Et tunc ipſe archipresbyter ſubſcritum decretum legat:*

Beatiſſimo papæ N. & apoſtolicæ ſedis dignitate conſpicuo, clerus & populus illius eccleſiæ totius devotionis famulatum.

Credimus non latere apoſtolatus veſtri celſitudinem, quod noſtra eccleſia ſuo ſit viduata paſtore, ac propter hoc ſolatio ſit proprii deſtituta rectoris. Quapropter ne paſtore abſente grex Dominicus perfidorum luporum morſibus pateret, & ne improbi raptoris fieret præda, communi voto atque conſenſu eligimus nobis in Pontificem illum presbyterum noſtræ eccleſiæ, virum utique prudentem, hoſpitalem, ornatum moribus, caſtum, ſobrium, manſuetum, Deo & hominibus per omnia placentem, quem ad apoſtolatus veſtri dignitatem mittere curavimus, unanimiter poſtulantes, & obſecrantes à veſtra majeſtate nobis illum ordinari pontificem; quatenus auctore Domino nobis velut idoneus paſtor præeſſe valeat & prodeſſe, noſque ſub ſacro ejus regimine Domino ſemper militare poſſimus. Ut autem omnium noſtrum vota in hanc electionem convenire noſcatis, huic canonico decreto propriis manibus roborando ſubſcripſimus. Ego ill. ſubſcripſi. Ego ill.

Hoc lecto, proſequitur Apoſtolicus. Videte ne aliquam vobis

Digitized by Google

vobis promissionem fecerit: sciatis quia simoniacum est & contra canones *Resp.* Absit. *Et dicit*: Ducatur.

Tunc veniat ipse electus eodem modo alba & planeta indutus, quem similiter juxta morem Romanæ ecclesiæ junior diaconus à dextris & prior subdiaconus à sinistris deducere debent. Cum autem ipse electus venerit ante conspectum pontificis, flectens genua benedictionem petit dicens: Jube domne benedicere. *Resp. Pontifex.* Spiritus-sancti gratia illuminare dignetur corda nostra. *Et electus iterum flexo genu dicit*: Jube domne benedicere. *Respondet Pontifex*: Ignem sui amoris accendat Dominus in cordibus nostris. *Tertia vice propius accedens, similiter genuflexo dicit*: Jube domne benedicere. *Resp. Pontifex*: Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum.

Tunc interroget eum Pontifex: Omniane recte quod te fatigasti, frater? *Resp.* Quod ego uti. *ut supra &c.*

Et dicit Apostolicus. Vide ordinationes si feceris, ut certis temporibus facias, idest primi, quarti, septimi, & decimi mensis. Bigamos aut curiales, aut de servili conditione ad sacrum ordinem non promoveas. A simoniaca vero hæresi te omnino custodias: tamen dabitur tibi edictum de scrinio nostro qualiter debeas conversari. Vide autem ne aliquam promissionem pro hac re feceris, quia simoniacum est & contra canones. *Resp.* Absit. *Et dicit pontifex*: Tu videris. Quia ergo omnium in te vota conveniunt, hodie abstinebis, & cras Deo annuente consecraberis.

Resp. Præcepisti.

Hoc facto discedunt singuli in loca sua. Dominica vero die progreditur Dominus pontifex cum electo & clero & populo ad ecclesiam ubi ipsam vult fieri ordinationem; & ingressus sacrarium, induit se vestimenta pontificalia: Postea procedit de sacrario cum diaconibus & reliquis ministris & episcopis, qui intersunt ordinationi; & sedet in faudestolio suo, quod sibi paratum

Digitized by Google

vatum est ante altare, habens faciem versus majorem portam ecclesiæ. Ceteri quoque episcopi in faudestoliis hinc inde sedent quasi chorum facientes. Tunc ordinandus sacris vestibus indutus videlicet, amictu, alba, stola, cingulo & cappa, procedit à loco ubi indutus est, ducentibus eum per manus, uno diacono & subdiacono, & sedet in faudestolio posito in medio episcoporum, è contra respiciens sedem ordinatoris, sedentibusque omnibus, & libros ordinationis præ oculis habentibus, pontifex electum ita scrutinando alloquitur media, episcopis idipsum prosequentibus voce suppressa.

Antiqua Ss. Patrum institutio docet, *&c. ut in Ordine Romano, sed post interrogationem*, Vis Beato Petro, &c. *hic habetur*: Vis ecclesiæ Apamiensi, mihi, meisque successoribus fidem obedientiam & reverentiam exhibere?

Resp. Volo.

Ite igitur eo examinato & instructo, redit pontifex cum episcopis & cum ministris suis ad altare, & ipse quoque electus simul accedit, & interest confessioni, quam facit pontifex more solito. Facta vero confessione, redit electus ad locum ubi fuerat indutus, & tunc cantor simul cum schola incipit introitum, qui debet cantari in illo die Dominico, & nec in oratione, nec in epistola, nec in cantu aliquo vel evangelio mutatur missa illius Dominicæ diei sed tota per ordinem juxta modernam consuetudinem Romanæ ecclesiæ percompletur. Sciendum quoque quod post orationem Dominicæ diei, & post alias orationes, dicitur oratio, quæ spectat ad benedictionem electi. Secundum quosdam vero hæc tantum missa, quæ sequitur, cantatur.

Introitus. Benedicat te Deus hodie. Deus Deorum Dominus. Kyrie eleison. Christe eleison. Gloria in excelsis Deo. *Quibus finitis, dicit pontifex*: Pax vobis. Et cum spiritu tuo.

Oratio pro electo. Adesto, Domine, supplicationibus nostris omnipotens Deus, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Digitized by Google

Lectio epistolæ B. Pauli Apostoli ad Timotheum. Carissime, fidelis sermo, si quis episcopatum desiderat, &c. *usque* ut doctrinam Dei nostri ornet in omnibus.

Graduale. Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua: Congregate illi sanctos ejus qui ordinaverunt testamentum ejus super sacrificia.

Et dum ista cantantur, egreditur diaconus, & subdiaconus cum acolythis qui eos præcedunt, & ipsum electum indutum tunica, dalmatica, planeta, cambagis, & sandaliis, diaconus à dextris & subdiaconus à sinistris conducunt usque prope altare; & ibi duo episcopi accipientes eum, deportant usque ad sedem pontificis. Et tunc eo stante ante pontificem cum illis duobus episcopis, qui eum hinc inde quasi sustentant, circumstantibus etiam ibidem aliis episcopis, si forte alii sunt in ipsa consecratione, surgit pontifex, & quasi ad circumstantes dicit hanc exhortationem.

Oremus, dilectissimi nobis, ut huic viro utilitati ecclesiæ providens benignitas omnipotentis Dei gratiæ suæ tribuat largitatem.

Hac oratione finita, descendit pontifex de sede sua, & vadit ante altare, & ibi procumbit super faudestolio suo juxta latus altaris. Electus vero prosternit se ante altare super stramenta, & ceteri quoque episcopi juxta eum se prosternunt; & tunc unus subdiaconus incipit letanias Kyrie eleison. Christe audi nos. *Et prope finem cum subdiaconus bis dicit*, Ut hunc electum benedicere, & consecrare digneris, te rogamus audi nos, *& idem ab aliis bis respondetur; pontifex & episcopi in utraque repetitione ejusdem versus signant episcopum electum. Ubi vero dicitur* Agnus Dei, *surgit pontifex, & redit ad sedem unde descenderat. Surgunt quoque episcopi, & elevantes electum deducunt eum ante præsentiam pontificis. Et pontifex accipiens textum evangeliorum ponit ipsum apertum super scapulas electi, & dicit pontifex media voce hanc orationem: Episcopi quoque*

in

Digitized by Google

in aliis ipſum proſequuntur voce ſuppreſſa uſque in finem conſecrationis.

Propitiare, Domine, *&c. ut in Pontificali Romano.* Per omnia ſæcula ſæculorum. *Hic elevet vocem ſuam in modum præfationis.* Dominus vobiſcum. Surſum corda. Gratias agamus Domino Deo noſtro. Vere dignum & juſtum eſt, &c. æterne Deus, honor omnium dignitatum, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Hic capite ipſius electi circumligato linteo, fundat pontifex chriſma in coronam ejus in modum crucis; & inde cum pollice perungens totam coronam, dicit media voce.

Ungatur, & conſecretur caput tuum cæleſti benedictione in ordine Pontificali. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus-ſancti. ℟. Amen.

Pax tibi. Et cum ſpiritu tuo.

Hic ſimiliter dicat in modum præfationis: Hoc Domine copioſe, *&c. ut in Pontificali Romano. Et dicat media:* Per Dominum noſtrum, &c. *Et reſpondent omnes.* Amen.

Hac itaque benedictione completa, infundat conſecrator parum chriſmatis in dextram manum electi, de quo chriſmate liniens pollicem in modum crucis, conſecrat ipſum, & confirmat ungendo utramque manum eodem chriſmate ſic dicens media voce:

Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Tunc dat ei ordinator baculum epiſcopalem, quem ordinatus tangens extremis digitis propter chriſma quo manus habet perunctas, ſtatim dimittit, & in dando baculum dicit pontifex:

Accipe baculum paſtoralis officii, ut ſis in corrigendis vitiis pie ſæviens, judicium ſine ira tenens, in fovendis virtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate ſeveritatis cenſuram non deſerens. ℟. Amen.

Hic annulum imponit digito ejus dicens: Accipe annulum

Digitized by Google

fidei scilicet signaculum; quatenus sponsam Dei, sanctam videlicet ecclesiam, intemerata fide ornatus, illibate custodias. ℟. Amen.

Tunc confecrator accipiens textum evangeliorum desuper scapulas consecrati, ipsum clausum dat ei, quem ipse tangit extremis digitis, & tunc dicit confecrator:

Accipe evangelium & vade, prædica populo tibi commisso: potens est enim Deus ut augeat tibi gratiam suam, qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

His igitur rite peractis, consecratus osculatis pedibus pontificis, dat osculum ipsi pontifici. Deinde osculatis episcopis, presbyteris, diaconis, & ceteris ministris altaris qui adsunt, redit ad locum ubi fuerat indutus; & tunc canitur alleluia. ℣. Diffusa est gratia, *vel* ℟. Desiderium animæ ejus, *si fuerit in quadragesima.*

Dum ergo cantatur alleluia *vel tractus, ipse consecratus lavat manus suas cum mica panis; & postea accipiens duos cereos, unum à dextra manu, alium à sinistra, tenet eos accensos donec legitur evangelium secundum Marcum.* In illo tempore circuibat Jesus in circuitu docens, *&c. usque* Et ungebant oleo multos infirmos & sanabant.

Lecto evangelio, & cantato symbolo, eosdem cereos adhuc accensos & duos panes in manutergio positos inter brachia sua, & ampullam vini, quam acolythus tenet, super prædictos panes offert consecratori suo, & rediens ad altare, perficit missam cum ipso.

Offert. Benedic anima mea Domino.

Secreta. Suscipe, Domine, munera, quæ tibi offerimus pro famulo tuo, ut propitius in eodem tua dona custodias. Per.

Cum venerint ad communicandum, pontifex porrigit ipsi consecrato sacram oblationem integram, quam ipse suscipiens, dat ei osculum. Et tunc accedens ad diaconum, suscipit de manu ipsius Sanguinem Domini: deinde rediens ad locum ubi fuerat in sacrificando, peragit missam suam. Com-

Digitized by Google

Communio. Messis quidem multa, operarii autem pauci: Rogate Dominum messis ut mittat operarios in messem suam.

Postcommunio. Plenum, quæsumus Domine, in nobis remedium tuæ miserationis operare, & tales nos esse perfice propitius, & sic foveri, ut tibi in omnibus placere valeamus. Per.

Sic igitur completa missa, antequam ipse consecrator recedat ab altari, consecratus ad eum accedens inclinat tertio dicens: Multos annos, multos annos, multos annos. *Et tunc recepta benedictione à Pontifice, redit ad faudestolium suum, ubi amoto linteo quo caput ejus fuerat huc usque colligatum, & tersa corona cum mica panis, quæ mica panis debet proiici in ignem, imponitur ei mitra, & sic indutus pompose redit ad hospitium suum. Illud quoque sciendum quoniam ipse consecratus à die suæ consecrationis usque ad quadraginta dies, si possibile est sibi, unaquoque die debet cantare missam pro populo sibi commisso. Edictum quod dat pontifex episcopo, cui benedicit, de quo superius mentio facta fuit.*

Dilecto fratri N. episcopo. Quoniam ut credimus, divino te nutu vocante, clerus & populus N. civitatis unanimiter elegerunt rectorem, & ad nos usque perducentes, petierunt consecrari episcopum; & ideo Deo annuente, per manus nostræ impositionem episcopus consecratus es; amodo, frater carissime, scias te maximum pondus suscepisse laboris, quod est sarcina regiminis animarum & commodis deservire multorum, omniumque fieri minimum atque ministrum, & pro credito tibi talento in die divini examinis redditurum rationem. Nam si Salvator noster dixit: non veni ministrari, sed ministrare; & animam suam posuit pro ovibus suis: quanto magis nos desidiosi servi summi Patris-familias debemus maximo cum sudore incumbere oves Dominicas à Summo nobis Pastore consignatas ad ovile Dominicum, suffragante divina gratia, absque morbo vel macula perducere? Exhorta-

mur itaque dilectionem tuam, ut fidem, quam in exordio tuæ consecrationis breviter lucideque digessimus, illibatam & inviolabilem custodias; quia fides est fundamentum omnium virtutum.

Scimus autem quod ab infantia sacris litteris eruditus & canonum institutis es edoctus: attamen ad te breviter dirigendus est sermo. Ordinationes ergo si quas feceris secundum canones atque apostolicam ecclesiam aptis temporibus fac, idest, mensis primi, & quarti, & septimi, & decimi. Vide ut cito nemini manus imponas, ne communices peccatis alienis. Bigamos, aut curiales, aut servum cujuslibet ad sacrum ordinem nequaquam promoveas, nec neophytum, ne secundum apostoli sententiam elatus in laqueum vel voraginem incidat diaboli: sed eos in sacrosancta Ecclesia ordinare stude, qui ætatem habeant maturitatis, & apud Deum & homines fideliter vixerint, & deinceps vivere studeant. Et hoc cavendum est tibi; quasique venenum pestiferum rejiciendum, ne avaritia surripiat cor tuum, ut per quodlibet munus acceptum manus impositionem alicui tribuas, & per simoniacam hæresim, quam Salvator noster omnimodis detestatur, in præceps ruas. Memento quia gratis accepisti, gratis & da. Secundum enim Vatis alloquium, qui rejicit avaritiam & excutit manus suas ab omni munere, hic in excelsis habitabit, & munimenta saxorum sublimitas ejus, panis ei datus est, aquæ ipsius fideles sunt, regem in decore videbunt oculi ejus.

Confirmatio.

Temetipsum mitem castumque custodi, in habitaculum tuum aut raro aut numquam mulieri sit ingressus. Omnes puellas aut virgines Christi, aut æquanimiter ignora, aut æquanimiter dilige: nec de præterita castitate confidas, quia nec Samsone fortior, neque Salomone sapientior esse poteris. Quando autem ob animarum lucrum visitationis causa in collegium, vel infra septa ingressus fueris ancillarum Dei;

non

Digitized by Google

non solus introeas, sed tales tecum adhibe socios, de quorum contubernio non diffameris; quia oportet episcopum irreprehensibilem esse, & testimonium habere bonum ad omnes, ut ne quis ex eo scandalum sumat. Scandalizanti videlicet unum ex pusillis scimus quanta animadversio à Domino comparetur.

Prædicationi insta, Verbum Dei plebi tuæ tibi commissæ affluenter melliflueque atque distincte in quantum rore cæleſti perfusus fueris, prædicare non desinas. Scripturas divinas sæpius lege, immo, si potest fieri, lectio sancta in manibus tuis maxime in pectore tuo semper inhæreat. Ipsam vero lectionem oratio interrumpat: ad vicem namque speculi anima in ipsam sedule respiciat, ut quæ vel incorrecta sunt corrigat, vel quæ pulcra sunt amplius exornet. Disce quod sapienter doceas eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut possis exhortari in doctrina sana, & contradicentes revincere. Permane in his quæ credidisti, & credita sunt tibi eloquia Dominicæ dispensationis. Paratus semper esto ad satisfactionem, nec confundant opera tua sermonem tuum, ne cum in ecclesia loqueris tacitus quilibet tibi respondeat; cur ergo ipse non facias quod jubes? Recognosce, magister, qui turgidum ventrem ferre videris, mihi de jejuniis prædicas? Furta atque perjuria possunt etiam detestari latrones & avaritiam cupidi. Vita scilicet tua irreprehensibilis fiat: in ipsa filii tui regulam sumant, in ipsa quicquid minus correctum fuerit, corrigant: ex ipsa videant quod dirigant, cernant quod imitari festinent, ut ad exemplum tuum omnes fideli studio vivere compellantur.

Sit erga subditos sollicitudo laudabilis, exhibeatur cum mansuetudine disciplina, cum discretione correptio. Iram benignitas mitiget, benignitatem zelus exacuet; & alterum ita ex altero condiatur, ut nec immoderata ultio ultra quam oportet affligat, nec iterum frangat rectorem disciplinæ remiſ-

Digitized by Google

missio. Itaque boni te dulcem, pravi asperum sentiant correctorem. In qua videlicet correptione, hunc esse ordinem noveris observandum, ut personam diligas, & vitia prosequaris, ne si aliter agere fortasse volueris, transeat in crudelitatem correptio, & perdas per irremissam iram quos emendare per distinctionem debueras. Sic enim vulnera te convenit abscindere, ut non possis ulcerare quod sanum videtur, ne si plus quam res exigat, ferrum incisionis impresseris, noceas cui prodesse festinas. Nec dicimus ut in te delinquentibus non te ostendas ultorem, & vitia nutrire permittas, sed hortamur ut in judicio semper misericordia misceatur, ut possis cum propheta fiducialiter dicere: misericordiam & judicium cantabo tibi Domine. Sit in te pastoralis pietas, amabilisque dulcedo, & secundum canonum regulas severa districtio, videlicet ut innocenter viventes leniter foveas, & inquietos perfidosque feriendo à pravitate compescas. Nullius faciem in judicio aspicias, ut nec divitem potentia sua apud te extollere possit, nec pauper propter paupertatem humilitatemque ipsius exasperatio tua de re quam suggeret humiliorem reddat. Substantiam ecclesiæ, quam dispensandam suscipis, fideliter & discrete erogare non dissimules. Scias te alienum esse dispensatorem, ut in te Dominicum impleatur eloquium dicens: Fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis escam in tempore.

Hospitalitatem sectare, misericordem prout vires suppetunt pauperibus te exhibe: quia qui obturat aurem ad clamorem eorum, ut non exaudiat, ipse clamabit, & non exaudietur. Viduæ, orphani, pupillique te benignissimum pastorem atque tutorem se habere congaudeant. Oppressis defensio tua subveniat. Illis autem qui opprimunt, vigor tuus efficaciter contradicat: & ita cuncta, Deo adjuvante, præmunias, ut lupus sæviens sequacesque illius adhuc in carne vitam agentes, huc illucque debacchantes, & animas innocentium lania-

re

Digitized by Google

re cupientes, in ovile Dominicum ingrediendi ad edendas animas locum non habeant. Nullus te favor extollat, nulla adversitas atterat: insta ut nec in prosperis cor tuum elevetur, nec in adversis in aliquo dejiciatur; sed omnia & in omnibus caute, & cum discretione agere te volumus, ut absque reprehensione ab omnibus vivere comproberis. Sancta Trinitas fraternitatem tuam sua protectione incolumen custodiat, ut dum tali moderamine in Deo nostro onus quod suscepisti peregeris, in die æternæ retributionis eo dicente audire merearis: Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

INCIPIT ORDO

Qualiter Romanus pontifex apud Basilicam B. Petri Apostoli debeat ordinari.

Primicerius cum schola inchoat antiphonam ad introitum: procedit electus de sacrario cum ceroſtatis septem, & cum eo episcopi, & cardinales, & ceteri clerici, induti sollemni ritu, & veniunt ad confessionem B. Petri: & facta ibi litania, ascendunt pariter ad altare. Tunc episcopus Albanensis dat primam orationem super electum dicens:

Adesto, Domine, supplicationibus nostris omnipotens Deus, ut quod humilitatis nostræ gerendum est ministerio, tuæ virtutis impleatur effectu. Per.

Deinde episcopus Portuensis dat secundam orationem dicens: Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, & inclinato super hunc famulum cornu gratiæ sacerdotalis, benedictionis tuæ in eum infunde virtutem. Per.

Post hoc defertur evangelium, & apertum tenetur super caput electi à diaconibus. Tunc episcopus Ostiensis consecrat eum dicens:

Deus honor omnium dignitatum, *& cetera sicut in consecra-*

Digitized by Google

secratione episcopi continentur. Post hæc archidiaconus inponit ei pallium. Deinde ascendit ad sedem, & dat pacem omnibus sacerdotibus & levitis. Quo facto, dicit: Gloria in excelsis Deo, *& sic peragitur missa ordine suo.*

Item benedictio papæ de episcopo facti.

Orationem primam dat episcopus Albanensis dicens:

Deus qui adesse non dedignaris, ubicumque devotamente invocaris, adesto, quæsumus, invocationibus nostris; & huic famulo tuo N. quem ad culmen apostolicum commune judicium tuæ plebis elegit, ubertatem supernæ benedictionis infunde, ut sentiat se tuo munere ad hunc apicem pervenire. Per.

Orationem secundam dat episcopus Portuensis. Supplicationibus nostris omnipotens Deus effectum consuetæ pietatis infunde, & gratia Spiritus tui hunc famulum tuum perfunde, ut qui in capite ecclesiarum nostræ servitutis ministerio constituitur, tuæ virtutis soliditate roboretur. Per.

Orationem tertiam dat Ostiensis dicens: Deus qui apostolum tuum Petrum inter ceteros coapostolos tuos primatum tenere voluisti, eique universæ christianitatis molem superimposuisti: respice propitius, quæsumus, super hunc famulum tuum, quem de humili cathedra violenter sublatum ad thronum ejusdem apostolorum principis sublimamus: ut sicut profectibus tantæ dignitatis augetur; ita virtutum meritis cumuletur: quatenus ecclesiasticæ universitatis onus te adjuvante digne ferat, & à te qui es præmium & beatitudo tuorum meritorum vicem recipiat. Qui vivis.

Nota.

Idem ordo paucis exceptis, habetur in Pontificali Constantinopolitano ejusdem circiter ætatis, adeo ut hic eum describere non sit necesse: observamus dumtaxat presbyteris in sua ordinatione ex eodem Pontificali debere manus inungi chrismate. In examine electi episcopi ista reperitur interrogatio:

Digitized by Google

gatio: *Vis ecclesiæ S. Sophiæ & Patriarchæ ejusdem canonice intranti successoribus ejus fidem & subjectionem per omnia exhibere?* Denique consecrato episcopo, *cum venerint ad communionem, domnus Pontifex porrigit ei sacram oblatam integram; suscipiensque eam episcopus, ipse ex ea communicat super altare, quod vero residuum fuerit sibi reservet denuo ad communicandum quotidie usque ad quadraginta dies explctos, & postmodum jussus à Domino pontifice, communicet populum cum ceteris episcopis.* In benedictione vero papæ ex episcopo facti defectu Ostiensis episcopi archipresbyter tertiam dat orationem.

ORDO SECUNDUS.

Ex ms. Pontificali insignis ecclesiæ Moguntinæ, annorum circiter 400. quod extat in bibliotheca Regia n. 3870. hunc vulgavit Marten. laudatus Ord. XVI.

In examine servandum.

*EXaminentur debite ordinandi juxta qualitatem beneficiorum & ordinum, & insufficientes non admittantur, & alii de jure non admittantur. Item non attendatur favor, dilectio, aut odium, sed Deus & justitia præ oculis habeantur. Item non admittatur quisquam nisi sufficiens habens beneficium pro sustentatione competente. Item & qui portaverint litteras de patrimonio jurent ordinandi, & testimonium sufficiens producant quod talia cuncta bona non sint eis à vivis adhuc donata, sed quod dandum ad ipsos excessione vera hereditaria devoluta, & ipsorum sint propria & libera, & non alias sub aliquo eis data sint colore, sed quod eisdem uti & gaudere debeant, possint, & velint, nec eadem bona dimittere aut restituere teneantur, nec velint, quousque de beneficio sufficienti, ut supra, eis fuerit provisum; alioquin item præsentati per pastores ad vicarias ecclesiarum parochialium *, nisi ecclesiæ sint incorporatæ. Item*

* Videtur deesse *applicentur*, aut quid simile.

Digitized by Google

*injungatur cuilibet ordinando quod pure confiteatur. Item confirmandis dicatur, quod adulti debeant confiteri, quia acceperunt donum Spiritus-sancti. Item nullus * confirmatus debet tenere confirmandum, item nec vir uxorem vel e contra, &c.*

Ad celebrandos sacros ordines, episcopus indutus plenis pontificalibus, cum debito ministro & ordine missam dicturus ad altare procedat. Et dicta prima collecta, vocentur ordinandi hoc modo per se vel per alium. Ad titulum S. Mariæ de domo Ostiarii, Lectores, Exorcistæ, Acolythi ordinandi procedant. *Et sic fit ad omnes gradus ordinandos. Et sedens super sedem suam legat, vel per alium legi faciat prohibitionem istam.*

Auctoritate Domini nostri Jesu Christi & ecclesiæ, interdicimus publice & prohibemus districte in virtute Patris, & Filii, & Spiritus-sancti, & sub pœna excommunicationis & anathematis, ne aliquis patiens ætatis defectum vel natalium, ad sacros ordines ausu temerario accedere nunc præsumat, nullus nisi à nobis receptus, nullus per falsas litteras, & sine licentia sui episcopi vel prælati, nullus qui contraxerit cum aliqua per verba de præsenti, nullus apostata, nullus excommunicatus, nullus per saltum, nullus bigamus, nullus irregularis, nullus simoniacus, nullus epilepticus, vel aliquo membro mutilatus, vel corpore enormiter vitiatus, vel aliqua infirmitate incurabili prægravatus, item qualecumque aliud legittimum habuerit impedimentum, nisi prius fuerit secum misericorditer dispensatum, item ne quis ad susceptionem illius ordinis se ingerere præsumat, qui non fuerit canonice examinatus, & ne uno ordine suscepto, alium sine licentia debita recipere præsumat, & absque fraude quacumque.

Lecta prohibitione ista, episcopus absolvat astantes dicens: Et nos absolvimus ad cautelam omnes ordinandos hic à nobis ab excommunicationis vinculo, & cum eisdem super irregularitate

* f. *non confirmatus.*

Digitized by Google

tate dispensamus, & interdicta relaxamus. Insuper & alias ecclesiasticas & sæculares personas hic præsentes à sententiis & excommunicationibus generalibus, si quas inciderint, absolvimus in quibus possumus & debemus secundum Deum & canones, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus-sancti.

Deinde archidiaconus vel alter clericus, cui episcopus faciendum injunxerit, per modum lectionis dicat respiciens in episcopum.

Postulat sancta mater ecclesia, Reverende Pater, hos viros ordinibus aptos consecrari sibi à vestra paternitate.

Episcopus dicat: Vide ut natura, scientia, & moribus, tales per te introducantur, immo per nos tales in domo Domini ordinentur personæ, per quas diabolus procul pellatur, & clerus Deo nostro multiplicetur.

Item clericus dicat: Quantum ad humanum spectat examen, natura, scientia, & moribus digni habentur, & probi cooperatores effici in iis, volente Deo, possunt.

Episcopus dicat: Auxiliante Domino Deo & Salvatore nostro Jesu Christo, elegimus hos fratres à nobis promovendos & Spiritus cooperante nobis gratia consecrandos. Si quis autem habet aliquid contra illos, pro Deo & propter Deum cum fiducia exeat & dicat. Verumtamen memor sit conditionis suæ.

Post hæc episcopus procumbat super sedem suam flexis genibus; & cantetur à duobus clericis letania; in qua loco suo surgat episcopus, & conversus ad ordinandos tenens baculum in manu dicat tribus vicibus: Ut ordinandos istos benedicere, sanctificare & consecrare digneris. Te rogamus audi nos. *Episcopus istud ter repetat, & postea ab illis clericis compleatur letania*. Ut Pontificem nostrum, &c.

Iterum episcopus ponat se super sedem suam usque ad finem letaniæ. Qua finita, sedeat super sedem suam, & confirmet confirmandos. Quo facto, ordinandis tradat antiphonarium dicens:

Digitized by Google

Videte ut quod ore cantatis, corde credatis; & quod corde creditis, operibus comprobetis.

Quo dicto, surgat, & dicat super eos orationem:

Oremus, dilectissimi fratres, Dominum nostrum Jesum Christum, pro his famulis suis, qui ad deponendam comam &c.

Episcopus. Oremus. *Diaconus.* Flectamus genua. Levate.

Adesto supplicationibus nostris, & hos famulos tuos benedicere, &c.

Episcopus sedeat, & dicat: Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo, quia hæc est generatio quærentium Dominum. Gloria Patri. Hic accipiet *repetitur. Et ad quemlibet tondendum repetitur antiphona.* Hic accipiet. *Quo facto, surgat, & dicat:*

Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, propitiare peccatis nostris, & ab omni servitute sæcularis habitus, &c.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, his famulis tuis, quorum hodie comam capitum, &c.

Hic legatur prima lectio, & cantetur graduale. Quibus dictis, surgat episcopus, & dicat secundam collectam. Qua dicta, revertatur ad sedem suam, & Ostiariis pronunciet officium eorum dicens:

Ostiarium oportet percutere cymbalum, & aperire ecclesiam, & sacrarium, & librum ei qui prædicat.

Deinde tradat eis claves ecclesiæ, & dicat: Accipite has claves. Sic agite quasi Deo reddituri rationem pro his rebus quæ istis clavibus recluduntur.

Tactis clavibus, currant ad ostium ecclesiæ, & ad cordam campanæ, tangunt ista. Revertuntur ad episcopum, qui dicat:

Oremus. Deum Patrem omnipotentem, fratres carissimi, suppliciter deprecemur, &c. Ad invocandum nomen Domini Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. *Clerus.* Amen.

Epi-

Digitized by Google

Episcopus. Oremus. *Diaconus*: Flectamus genua. Levate. *Episcopus dicat orationem*. Domine sancte Pater, *&c. ut in Pontif. Romano. Electus*. Amen.

Hic legatur secunda lectio, & cantetur graduale. Quo facto, episcopus dicat tertiam collectam. Qua dicta, revertatur ad sedem suam, & lectoribus officium eorum pronunciet, & dicat:

Lectorem oportet legere ea quæ prædicat, & lectiones cantare, & benedicere panem & omnes fructus novos.

Deinde tradat eis librum in quo scriptæ sunt lectiones, & dicat: Accipite, & estote verbi Dei ralatores, habituri, si fideliter & utiliter impleveritis officium vestrum, partem cum his qui verbum Dei bene administraverint ab initio.

Quem cum singuli tetigerint, surgat episcopus, & dicat:

Eligunt vos fratres vestri, ut sitis Lectores in domo Dei vestri, & ideo agnoscite officium vestrum, & impleatis illud. Potens est enim Deus ut augeat vobis gratiam perfectionis æternæ in Christo Jesu Domino nostro.

Item episcopus dicat: Oremus, dilectissimi nobis, Deum Patrem omnipotentem, *&c. ut in Pontificali Romano*.

Episcopus. Oremus. *Diaconus*. Flectamus genua. Levate.

Episcopus dicat: Domine sancte, Pater omnipotens æternæ Deus, *&c. ut in pontificali Romano*.

Hic legatur tertia lectio, & cantetur graduale. Quo facto, Episcopus dicat quartam collectam. Qua dicta, revertatur ad sedem suam, & Exorcistis officium eorum pronunciet, & dicat:

Exorcistam oportet abjicere dæmones, & dicere populo qui non communicat, ut det locum, & aquam in ministerio debet effundere.

Deinde tradat eis librum exorcismorum, & dicat:

Accipite, & commendate memoriæ, & habetote potesta-

ſtatem imponendi manus ſuper energumenos, ſive baptizatos, ſive catechumenos.

Quem cum ſinguli tetigerint, epiſcopus ſtando dicat:

Oremus, Deum Patrem omnipotentem, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Epiſcopus. Oremus. *Diaconus.* Flectamus genua. Levate.

Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, *&c. ut in Pontificali Romano. Clerus.* Amen.

Hic legatur quarta lectio, & cantetur graduale. Quibus dictis, epiſcopus dicat quintam collectam. Qua dicta, iterum ad ſedem ſuam revertatur, & Acolythis officium eorum pronunciet dicens:

Acolythum oportet ceroferarium ferre, & luminaria accendere, & aquam ad Euchariſtiam miniſtrare.

Quo dicto, tradat eis ceroferarium cum cereo non accenſo, & ampullam vacuam & dicat:

Accipite ceroferarium cum cereo, & ſciatis vos ad accendenda eccleſiæ luminaria mancipari.

Item epiſcopus dicat: Accipite urceolum ad fundendum vinum & aquam in Euchariſtiam Sanguinis Chriſti in nomine Domini. Amen.

Poſt hæc ſurgat epiſcopus, & dicat: Oremus. Deum Patrem omnipotentem, fratres cariſſimi, *&c. ut in Pontificali Romano cum tribus ſequentibus orationibus.*

His dictis, vertens ſe ad ordinatos epiſcopus, ſua admonitione reddat eos ad divinum officium ſedulos, & ut quotidie ſeptem pſalmos cum letania dicant. Hoc facto, revertantur ad monaſterium vel ambitum expectantes uſque ad finem miſſæ; & legatur quinta lectio, Angelus Domini, *& cantetur hymnus* Benedictus es Domine. *Quibus dictis, epiſcopus ſurgat, & ad populum converſus dicat:* Pax vobis. *Clerus.* Et cum ſpiritu tuo, *Epiſcopus.* Oremus. Deus qui tribus pueris *Collecta*

com-

Digitized by Google

completa, iterum revertatur ad ſedem ſuam; & Subdiaconi ordinandi vocentur. Ad titulum S. Mariæ de Domo Subdiaconi ordinandi procedant.

Subdiaconum oportet præparare aquam ad miniſtrationem altaris, & miniſtrare diacono.

Hoc dicto, ſurgat, & calicem vacuum ſuppoſita patena, ſequente eum clerico cum urceolo & aquamanili manutergio deſuper cooperto unicaique ordinandorum tangenda præſententur, & dicat:

Accipe patenam & calicem ſalutaris ad offerendum diacono ante altare Domini. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus-ſancti.

Interea chorus cantet. ℟. Fuerunt ſine querela. *Quo facto, converſus ad ordinandos, dicat:*

Videte cujus myſterium vobis traditur; & ideo ſi uſque nunc fuiſtis tardi ad eccleſiam, amodo debetis eſſe aſſidui: Si uſque nunc ſomnolenti, amodo vigiles: Si uſque nunc ebrioſi, amodo ſobrii: Si uſque nunc inceſti, amodo caſti. Ideo vos ammoneo ut tales vos exhibeatis, ut Deo placere poſſitis.

Oremus Deum ac Dominum noſtrum fratres cariſſimi, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Epiſcopus dicat: Oremus. *Diaconas*, Flectamus genua. Levate.

Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, benedicere dignare, *&c. ut in Pontificali Romano.*

His dictis, tranſeat per circuitum, & manipulum ad manum ſiniſtram cujuslibet imponat, dicens ad quemlibet ſingillatim:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus-ſancti, accipe manipulum per quem deſignatur fructus bonorum operum in nomine Domini. Amen.

Interim chorus cantet. ℟. Regnum mundi. *Poſtea dicat epiſcopus ante altare verſus ordinatos.*

In-

Investione harum manipularum subnixe te, Domine, deprecamur, ut hi famuli tui sic operentur in temporali conversatione, quatenus exemplo piorum Patrum in futuro mereantur perenniter gaudere. Per Dominum, *Clerus*. Amen.

Hoc facto, iterum circueat, & subtile collo cujuslibet inponat dicens:

Induat te Dominus vestimento salutis, & indumento justitiæ circumdet te semper in nomine Domini.

Interea chorus cantet. ℟. Felix namque. *Ultimus Subdiaconorum induatur subtili, qui postea legat epistolam. Deinde dicat eis episcopus, quod ex hinc adstricti sint ad dicendum septem horas canonicas singulis diebus. Deindo revertantur ad locum unde vocati fuerant; & ultimus ex eis permaneat & legat epistolam. Et cantetur tractus usque ad ultimum versum. Sed si tractus non canitur, cantetur graduale, vel sequentia usque ad ultimum versum, ubi flectat chorus. Et diaconi ordinandi vocentur.*

Ad titulum S. Mariæ de Domo Diaconi ordinandi procedant.

Quibus ante episcopum per circuitum collocatis, officium eorum eis pronunciet, & dicat:

Diaconum oportet sacerdotibus assistere, & ministrare ad altare, & baptizare, & in aliis sacramentis ecclesiæ, atque evangelium aliamque scripturam novi testamenti pronuntiare, & prædicare verbum Dei.

Hoc dicto, surgat & transiens per circuitum capiti cujuslibet ambas manus superponat, ad quemlibet dicens sigillatim:

Spiritus-sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi sine peccato custodiat te in nomine Domini. Amen.

Interea chorus cantet offertorium: Elegerunt apostoli. *Completo circuitu reversus ad altare dicat.*

Commune votum communis oratio prosequatur, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Epis-

Digitized by Google

Episcopus, Oremus. *Diaconus*, Flectamus genua. Levate. *Episcopus*. Exaudi quæsumus, Domine, preces nostras, & super hos famulos tuos, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Deinde exaltet vocem per modum præfationis, & cantet: Per omnia sæcula sæculorum. Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino Deo nostro. Dignum & justum est. Bonorum dator, ordinum distributor, &c. *usque* agenda concedere. *Hic episcopus extendat manum dextram super ordinandos, & extensam teneat usque ad finem præfationis, & præfationem continuet.* Emitte in eos quæsumus, Domine, &c. *usque* Potiora mereantur. Per. *Clerus*. Amen.

Iterum episcopus circuitum transeat, & super humerum sinistrum cujuslibet reflectat stolam, ad quemlibet dicens sigillatim:

Accipe stolam tuam, imple ministerium tuum, potens est enim Deus, ut augeat tibi gratiam suam, qui vivit & regnat cum Patre & Spiritu-sancto in sæcula sæculorum. Amen. *Vel dicat sic*:

Accipe stolam candidam de manu Domini ab omnibus vitiorum sordibus purificatus in conspectu divinæ majestatis, ut omnibus vita conversationis tuæ præbeatur exemplum, plebsque dicata Christi nomine possit imitando te imitatione acquirere vitam.

Interea chorus cantet antiphonam: Alma Redemtoris. *Post hoc iterum circueat, & dalmaticam collo cujuslibet imponat, ad quemlibet sigillatim dicens*:

Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, & sanctitate veritatis in nomine Domini. Amen.

Induat te Dominus vestimento salutis, & indumento justitiæ circumdabit te.

Interea chorus cantet. ℟. Beatus vir Laurentius. *Episco-*

Digitized by Google

pus cum textu evangeliorum iterum circueat, & cuilibet textum tangendum tradat, & ad quemlibet dicat.

Accipe poteſtatem legendi evangelium in eccleſia Dei, tam pro vivis quam pro defunctis in nomine Domini. Amen.

Interea chorus cantet. ℟. Levita Laurentius. *Poſt hæc epiſcopus reverſus ad altare dicat:*

Oremus. Exaudi, Domine, preces noſtras, & ſuper famulos tuos ſpiritum, *&c. ut ſupra, & in Pontificali Romano. Vel potius legatur ſequens benedictio.*

Domine, ſanctæ ſpei, fidei, gratiæ, & profectuum munerator, &c. *ut in Pontificali Romano.*

His peractis, cantetur ultimus verſus de tractu, vel graduali, vel ſequentia, ſicque diaconi recedant; & legatur evangelium per ultimum diaconum ordinatum. Quo lecto, cantetur Credo in unum, *ſi fuerit decantandum; ſin autem deoſculato libro evangeliorum, epiſcopus reſumens infulam, revertatur ad ſedem ſuam. Et preſbyteri ordinandi vocentur.*

Ad titulum S. Mariæ de Domo Presbyteri ordinandi procedant.

Sacerdotem oportet offerre, & benedicere, præeſſe, & prædicare, & baptizare.

Poſtea bini & bini epiſcopo preſententur. Quibus ſibi præſentatis, à circumſtantibus interroget hoc modo dicens: Sunt digni? *Reſpondent illi:* Digni ſunt. *Epiſcopus interroget:* Sunt juſti? *Reſpondent:* Juſti ſunt. *Dicat epiſcopus:* Dignos & juſtos faciet eos Dominus in ſuo ſancto ſervitio jugiter permanere. *Reſpondent:* Amen. *Statimque interrogat ordinandum dicens:* Vis presbyterii gradum in nomine Domini accipere? *Reſpondet ordinandus:* Volo. *Epiſcopus interrogat:* Vis in eodem gradu quantum prævales & humana fragilitas te permiſerit permanere? *Reſpondet:* Volo. *Epiſcopus interrogat:* Vis epiſcopo tuo ad cujus parrochiam ordinandus es obediens eſſe & conſentiens in licitis ſecundum canonica ſtatuta? *Reſpondet:* Volo,

Digitized by Google

Volo, & hoc Deo & ſanctis ejus ita in præſenti promitto, prout ſcio, & adimplere valeo, ita me Deus adjuvet & ſancti ejus *Epiſcopus dicat*: Voluntatem tuam bonam & rectam ad perfectionem ſibi beneplacitam Deus perducere dignetur: *Reſponſio*: Amen.

Hoc per ordinem expedito, ſurgens de ſede ſua accedat ad ſacerdotes ordinandos, & mediocri voce incipiat antiphonam, & clerus proſequatur antiphonam: Accipite Spiritum-ſanctum. *Hoc incœpto, & clero totiens proſequente, donec epiſcopus circuitum perfecerit, imponat epiſcopus ambas manus capiti cujuslibet ſacerdotis, & dicat*: Spiritus-ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi ſine peccato cuſtodiat te. *Et prælati ſeu presbyteri huic officio aſſiſtentes in religione omnes ſequentes epiſcopum, ſimiliter ſacerdotibus ordinandis manus imponant: quo completo, epiſcopus dicat*: Oremus, dilectiſſimi, Deum Patrem, *&c. ut in Pontificali Romano*.

Deinde exaltet vocem per modum præfationis cantans:

Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Surſum corda. Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino Deo noſtro. Dignum & juſtum eſt. Vere dignum & juſtum eſt, æquum & ſalutare, nos tibi ſemper & ubique gratias agere, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, bonorum auctor, & diſtributor omnium dignitatum, &c. *ut in Pontificali Romano*.

Præfatione dicta, iterum epiſcopus ad ordinandos accedat, & incipiat ℟. Tollite jugum, *clero proſequente. Interea tranſeat epiſcopus, & ſuper utrumque humerum cujuslibet ordinandi reflectat ſtolam, & ad quemlibet dicat ſigillatim*:

Accipe jugum Domini, jugum enim ejus ſuave eſt, & onus ejus leve, in nomine Domini. Amen.

Deinde revertatur ad altare, & dicat hanc orationem:

Deus æternæ lucis inventor, omnipotentiam tuam ſupplici prece depoſcimus, ut hos famulos tuos jugo & onere tuo

gratiæ tuæ dono prosequaris,& inter adversa semper & ubique tuearis. Per Dominum. *Clerus*. Amen.

Qua dicta, iterum accedat ad eos, & incipiat R. Sint lumbi. *Clero prosequente. Interea circumstet episcopus, & casulam collo cujuslibet ordinandi imponat, & dicat*:

In nomine sanctæ Trinitatis, accipe vestem sacerdotalem, per quam caritas intelligitur, potens est enim Deus, ut augeat tibi caritatem & opus perfectum, in nomine Domini. Amen.

Quo facto adstantes alloquitur episcopus.

Sit nobis, fratres, communis oratio, ut hi qui in adjutorium & utilitatem vestræ salutis eliguntur, presbyteratus benedictionem divini indulgentia muneris consequantur, & ut sancti Spiritus gratia sacerdotalia dona privilegio virtutum ne impares loco deprehendantur, obtineant.

Deinde episcopus dicat: Oremus. Deus sanctificationum omnium auctor, *&c. ut in Pontificali Romano*.

Post hoc reponat se super sedem suam, apportentur coram eo pelvis, aqua, & manutergium, & lavet manus suas. Quibus lotis, surgat, & conversus ad altare, flexis genibus incipiat, clero prosequente, Veni sancte Spiritus. *Quo dicto, surgat, & cum oleo catechumenorum accedat ad sacerdotes, & incipiat versum*. Infunde unctionem tuam, *clero prosequente. Item chorus cantet sequentiam* Sancti Spiritus assit. *Et ad quemlibet versum ejusdem repetatur* Infunde unctionem. *Et si multitudo ordinandorum requirit, addatur hymnus* Veni Creator, *& dum hæc cantantur, transeat episcopus, & de oleo prædicto manus cujuslibet sacerdotis de pleno disjunctas perungat, ita tamen primo quod trahat à pollice dextro ad indicem sinistrum transversaliter; & postea à pollice sinistro ad indicem dextrum trahat, ad quemlibet dicens singillatim*:

Consecrare & sanctificare digneris, Domine, manus istas per istam unctionem & nostram benedictionem; ut quæcumque

que consecraverint, consecrentur; & quæcumque benedixerint, benedicantur, & sanctificentur, in nomine Domini nostri Jesu Christi.

Sequitur oratio. Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui vos hodierna die ad sacerdotalem dignatus est eligere dignitatem, quique vos mysticæ delibutionis liquore perfudit, Spiritus-sancti gratia vos clementer emundet, & spiritualis benedictionis ubertate confirmet. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum.

Qua dicta, accipiat calicem pro sacramento præparatum superposita hostia, & reversus ad ordinandos, incipiat clero prosequente. ℟. Vere felicem præsulem. *Interim accipiat calicem sic præparatum, dat eis inter digitos ad singulos dicens:*

Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, missamque celebrare, tam pro vivis quam pro defunctis in nomine Domini. Amen.

Sequitur oratio. Oremus. Deus cui omnis potestas & dignitas famulatur, da famulis tuis prosperum officii sui ac dignitatis effectum, ut in confectione sacri Corporis ac pretiosi Sanguinis dilecti Filii tui te super omnia diligant, & in omnibus timeant, tibique jugiter placere contendant. Per.

Hoc facto, iterum accedat ad ordinandos, & incipiat clero prosequente ℟. Petre amas me. *Interim transiens episcopus, quemlibet ordinatum osculetur, & dicat:* Pax tibi, frater, ora pro me. *Deinde recitet eis officium sacerdotum.*

Presbyterorum ordo sive sacerdotum à filiis Aaron sumsit exordium: qui enim sacerdotes in veteri testamento dicebantur, hi nunc presbyteri appellantur. Sacerdos enim dicitur quasi sacra dos, vel sacer dux, sive sacra dans. Presbyteri autem interpretantur seniores. Nam Græci seniores ætate presbyteros vocant. Nos autem merito & sapientia presbyteros dicimus non ætate. His igitur sicut & episcopis dispensatio mysteriorum Dei est commissa. Præsunt enim ecclesiæ

Digitized by Google

cleſiæ Dei, & in confectione Corporis & Sanguinis Domini, ac in prædicationis officio cum epiſcopis ſunt conſortes; ſed in hoc differunt, quod quædam majora & digniora epiſcopis ſunt commiſſa, ne à multis eccleſiæ diſciplina vindicata concordiam ſolveret, & ſcandala generaret. Oportet autem presbyteros ſicut & epiſcopos eſſe ſine crimine, & Domino per omnia laudabiliter deſervire.

Poſtremo fundat benedictionem ſuper eos; & reverſus ante altare dicat: Benedictio Dei Patris, † & Filii, † & Spiritus-ſancti, deſcendat ſuper vos, ut ſitis benedicti in ordine ſacerdotali, & offeratis placabiles hoſtias pro peccatis atque offenſionibus populi omnipotenti Deo, cui eſt honor & gloria. Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Benedictione completa, omnibuſque rite completis, pontifex totum officium conſummando ſolemniter incipiat, ſi vult, ℟. Benedic, Domine, domum iſtam, & omnes habitantes in illa, ſitque in illa ſanitas, humilitas, &c. *Poſt hæc accedat ad altare epiſcopus, & converſus ad populum dicat*: Dominus vobiſcum. *Clerus*: Et cum ſpiritu tuo. *Epiſcopus*: Oremus. *Deinde cantetur offertorium; & procedatur in miſſa more conſueto. Provideatur etiam de hoſtiis pro communione ſacerdotum, & ſtatuantur ſacerdotes ordinati per circuitum altaris, ut videant, & faciant ſigna conjunctis manibus, quæ epiſcopus facit in canone & ultra. Dicto* Pater noſter, & Libera nos, quæſumus Domine. *Epiſcopus dicat*: Per omnia ſæcula ſæculorum. *Clerus*: Amen. *Sed antequam dicatur*: Et pax ejus. *Diaconus converſus ad populum dicat*: Humiliate vos ad benedictionem. *Clerus*: Deo gratias. *Epiſcopus ſuperpoſita mitra, baculum tenens in manu, converſus ad populum dicat benedictionem*:

Omnipotens Deus ſua vos clementia benedicat, & ſenſum vobis ſapientiæ ſalutis infundat. *Clerus*: Amen.

Epiſcopus iterum dicat: Catholicæ fidei vos documentis

Digitized by Google

tis enutriat, & in sanctis operibus perseverabiles reddat. *Clerus* : Amen.

Episcopus dicat : Gressus vestros ab errore convertat, & viam vobis pacis & caritatis ostendat : *Clerus* : Amen.

Episcopus iterum dicat : Quod ipse præstare dignetur, cui regnum & imperium sine fine permanet in sæcula sæculorum. *Clerus* : Amen.

Episopus benedicat populum : Et benedictio Dei omnipotentis Patris & Filii, & Spiritus-sancti, descendat & maneat super vos. *Clerus* : Amen.

Remotis ab Episcopo mitra & baculo, & conversus ad altare dividat hostiam, & eum particulam mittit in calicem, dicat : Et pax ejus sit semper vobiscum. *Clerus* : Et cum spiritu tuo. *Et cantetur* Agnus Dei *& communicet episcopus : quo facto, accedant presbyteri ordinati, & dicant* Confiteor Deo. *Episcopus* Misereatur tui, & Indulgentiam & remissionem. *Iis dictis communicet binos & binos, & postea cantetur communio. Cantata communione, episcopus conversus ad sacerdotes, resumtis chirothecis, mitra & baculo, dicat alta voce* :

Quia res quam tractaturi estis satis periculosa est, fratres charissimi, moneo ut diligenter & honeste totius missæ ordinem, & consecrationem, & fractionem, atque communicationem ab aliis jam doctis sacerdotibus discatis antequam missam cantare præsumatis.

Quo dicto, dicatur ipsis ut aliquas missas pro episcopo dicant. Post hæc dicat : Dominus vobiscum. *Clerus* : Et cum spiritu tuo. *Et legatur collecta ad complendum. Et sic compleatur missa more consueto. Qua completa, episcopus tenens baculum in manu, convertat se ad ordinatos, incipiat* ℟. Ite in orbem. *Quo completo super baptisterium, seu in alio reverenti & decenti loco cum sale & aqua manus sacerdotum abluantur, sicque ad propria revertuntur.* Amen. *Dum episcopus hoc responsorium incæpit, & ordinati cantantes prosecuti fuerint,*

moveat

Digitized by Google

moveat se episcopus cum ordinatis de choro, & sacris vestibus exuantur.

Sabbato quo cantatur Sitientes, *si episcopus celebrare voluerit Ordines, cantato introitu, &* Kyrie eleison, *dicatur letania. Qua finita, confirmentur pueri, & coma benedicitur & præciditur, & ordinentur Cantores seu Psalmistæ. Postea ordinentur Ostiarii, Lectores, Exorcistæ, & Acolythi. Quibus omnibus ordinatis, dicat Episcopus:* Pax vobis, *& primam collectam de die sub una conclusione. Potest & alias duas recitare quas voluerit sub alia conclusione. Quibus dictis, ordinentur Subdiaconi: quibus ordinatis, legatur epistola, & cantetur Graduale. Quo cantato, ordinentur Diaconi, quibus ordinatis, legatur evangelium. Quo lecto, ordinentur Presbyteri. Quibus ordinatis, dicat episcopus:* Dominus vobiscum. *Et responso:* Et cum spiritu tuo. *Dicat,* Oremus, *& cantetur offertorium, & episcopus & presbyteri ordinati manus suas lavent cum aqua & sale, quæ fundi debent in igne vel in alio loco reverenti, vel sub altari, & extendantur eis casulæ sicut moris est. Et quilibet debet offerre mánum suam episcopo, & osculari manum episcopi. Deinde episcopus intret ad altare, & prosequatur missam, & sacerdotes locent se in circuitu altaris sicut melius possunt, & dicant & faciant omnia signa sicut episcopus. Et si non possunt omnes, non est vis. Et fiant omnia sicut supra scriptum ust.*

ORDO AD FACIENDUM CLERICUM,
sive ad conferendam primam tonsuram.

Episcopus sacris vestibus indutus, vel sine sacris vestibus, omni tempore & hora diei, pro ut maluerit, ordinandis coram eo constitutis indutis superpelliceis dicat; Adjutorium nostrum in nomine Domini, &c. Sit nomen Domini benedictum. *Deinde tradat eis antiphonarium dicens:* Videte ut quod ore canetis, &c. *Episcopus,* Oremus, dilectissimi fratres, Dominum J. C. &c. Adesto, Domine, supplicationibus nostris,

Digitized by Google

ſtris &c. *Hic epiſcopus cum clero ſibi aſſiſtente dicat pſalmum* Conſerva me, &c. *uſque* Dominus pars hæreditatis meæ. Tu es, Domine, qui, Gloria Patri. Tu es, Domine. Sicut erat. Tu es, Domine, *Item epiſcopus cum clero aſſiſtente dicat pſalmum* Domini eſt terra &c. *uſque* quia hæc eſt generatio quærentium Dominum. Gloria Patri. Hic accipiet. Sicut erat. Hic accipiet, &c. *Hic tondet eos, & ad quemlibet dicat ſigillatim* Hic accipiet, &c. *Poſtquam conſecrati ſunt dicat*. Oremus. Omnipotens ſempiterne Deus, propitiare peccatis noſtris. *Item alia*. Oremus. Præſta quæſumus omnipotens Deus ut hi famuli tui, &c. *Poſt hæc aſpergat eos aqua benedicta. & dicat*: In nomine Patris, † & Filii, † & Spiritus-ſancti † benedicti ſitis.

ORDO AD FACIENDUM ACOLYTHUM per ſe & ſine aliis Ordinibus.

Conſtitutis coram epiſcopo ordinandis, die Dominica aut in feſto alicujus apoſtoli, & ultra, infra miſſarum ſollemnia dicta collecta diei, dicat epiſcopus: Adjutorium noſtrum; &c. Sit nomen Domini benedictum. *Hic pronuntiet Oſtiariis officium eorum dicens*: Oſtiarium oportet percutere cymbalum, &c. *ut ſupra. Niſi quod in ordinatione Lectoris præſcribitur, ut tradat eis librum miſſalem vel matutinalem in quo ſcriptæ ſunt lectiones. Et in fine hæc leguntur*: His ita peractis epiſcopus det benedictionem ſuam ſuper eos dicens: Benedicat vos divina majeſtas, una Deitas, Pater, & Filius, & Spiritus-ſanctus. Amen.

ORDO AD CONSECRANDUM EPISCOPUM.

Die Dominica hora tertia ſint parati tres epiſcopi, conſecrator videlicet miſſam celebraturus, qui indui debet plenis indumentis vel ornamentis: & alii duo epiſcopi aſſiſtentes, qui indui debent dalmatica & ſubtili & deſuper pluviali, id eſt, cappa pro choro. Ipſe autem electus conſecrandus tantum induatur alba & deſuper pluviali. Conſecrator itaque, ut præ-

Digitized by Google

missum est; plenis ornamentis indutus cum debito & decenti ordine ministrorum ad altare procedat. Ipsi vero duo episcopi assistentes ipsum electum consecrandum in medio eorum per manus ducant, & ipsum consecratorem sequuntur; cui sedenti super sedem suam, & converso ad populum ipsum electum consecrandum præsentent per hæc verba.

Reverende Pater, postulat sancta mater ecclesia, ut hunc præsentem presbyterum ad gradus & onus episcopatus sublevetis.

Consecrator dicat. Scis illum dignum esse?

Assistentes. Quantum ad humanæ fragilitatis spectat examen, credimus illum dignum esse. *Clerus.* Deo gratias.

Et positis sedibus suis contra aspectum consecratoris, ita quod in medio eorum sedeat electus consecrandus, reponant se. Et consecrator ipsum consecrandum plana voce, sic tamen quod à circumstantibus & ab ipsis episcopis assistentibus audiri possit, & intelligi possit, examinet in hæc verba.

Antiqua Patrum institutio docet, *&c. ut in Pontificali Romano. Post hanc vero interrogationem:* Vis pauperibus &c. *hæc subjiciuntur.*

Consecrandus suppositis duobus digitis manus dextræ ad textum evangeliorum, juret & dicat.

Et ego N. episcopus talis vel talis voto S. Romanæ ecclesiæ, & Domino N. summo Pontifici, Domino meo N. talis loci archiepiscopo meo, eorumque catholicis successoribus secundum decreta sanctorum Patrum fidem & subjectionem exhibere: legatum Summi Pontificis & sanctæ Romanæ ecclesiæ cum reverentia suscipiam, eumque in suis necessitatibus fovebo consilio, auxilio, & favore, bona fide. De biennio ad biennium sanctam Romanam sedem in propria persona accedam, nisi mecum à Romano Pontifice super eo fuerit dispensatum, vel alias justo impedimento fuero impeditus. Vocatus ad synodum veniam. Bona ecclesiæ meæ fi-

de-

Digitized by Google

deliter conservabo, & dissipata recuperabo & restaurabo. Hæc profiteor in his scriptis, & observare volo quantum humana sinit fragilitas, sic Deus me adjuvet, & hæc sancta evangelia.

Consecrator subjungat. Hæc omnia & cetera bona tribuat tibi Dominus, & custodiat te, atque corroboret te in omni bono.

Respondeant Assistentes cum consecrando. Amen.

Item consecrator interroget: Credis secundum intelligentiam & capacitatem, *&c: ut in Pontificali Romano.*

Post hæc consecrator ipsi consecrando pronunciet officium Pontificale, & dicat:

Episcopum oportet judicare, interpretari, consecrare, confirmare, ordinare, offerre, & baptizare.

Quo dicto, incipiatur introitus missæ Spiritus Domini. *Collecta.* Deus cui omne cor patet, & omnis voluntas, &c. *Item collecta sub eodem* Per Dominum. Adesto supplicationibus nostris, omnipotens Deus, ut quod humilitatis nostræ gerendum est ministerio, tuæ virtutis propitius impleatur effectu. Per. *Epistola.* Unicuique datur manifestatio. *Graduale,* Beata gens. Alleluja. Veni sancte Spiritus. *Sequentia* Veni sancte Spiritus. *Ante penultimum versum sequentiæ, vel ante ultimum versum tractus, si tempus fuerit quadragesimale, sileat chorus, & ipsi duo episcopi assistentes ipsum consecrandum dum hæc cantabuntur ad armarium deducunt, dalmatica, subtili, sandaliis, cambagis, & desuper pluviali indutum, ad chorum coram ipso consecratore iterum reducant; & surgens consecrator conversus ad populum dicat:*

Oremus, dilectissimi nobis, ut huic viro utilitati ecclesiæ providens benignitas omnipotentis Dei gratiæ suæ tribuat largitatem. Per.

Post hæc consecrator, episcopi, & ipse consecrandus flexis genibus procumbant super sedes suas, & dicatur Letania, in

qua loco ſuo erigens ſe conſecrator, & converſus ad populum dicat: Ut electum iſtum & confirmatum in epiſcopum per miniſterium noſtrum bene † dicere, ſancti † ficare, & conſe † crare digneris. *Clerus*: Te rogamus audi nos. *Quo per epiſcopum ter dicto, & per clerum toties repetito, conſecrator reponat ſe & reſumatur letania*. Ut pontificem noſtrum. *Finita letania ipſi epiſcopi aſſiſtentes ſurgant, & texum evangeliorum apertum ſuper humeros conſecrandi adhuc procumbentis ponant & teneant; & erigens ſe conſecrator converſus ad populum dicat*: Propitiare, Domine, *&c. ut in Pontificali Romano*.

Hic conſecrator exaltet vocem in modum præfationis cantans: Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. Dominus vobiſcum. Deus honor omnium dignitatum, &c. *uſque* cæleſtis unguenti rore ſanctifica, *&c. ut in Pontificali Romano*.

Hic erigat ſe conſecrandus, & circumvolvatur caput ſuum albo panno lineo & mundo, ita quod corona ſua detecta remaneat, & conſecrator de ſacro chriſmate perungat coronam in longum & in latum dicens:

Ungatur & conſecretur caput tuum cæleſti benedictione in ordine Pontificali, In nomine Pa † tris, & Fi † lii, & Spiritus- † ſancti. (*In margine recentiori manu additur*: *Et alii duo aſtantes epiſcopi ſimiliter dicant*: Ungatur & conſecretur, &c. *& conſecrant*.) *Interea chorus cantet*: Unxit te Dominus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. *Pſalm.* Eructavit cor. *Antiphona* Unxit, *& ad quemlibet verſum prædicti pſalmi repetatur Antiphona* Unxit te Dominus, *donec caput, manus, & pollex dexter ſufficienter fuerint peruncti. Sed perunctio capite, conſecrator cum nota reſumat præfationem*: Hoc, Domine, unguentum copioſe in caput ejus defluat, &c. *uſque* poſſit eſſe devotus, *ut in Pontificali Romano*.

Poſt iſta conſecrandus extendat ambas manus ſuas de plano diſjunctas, & conſecrator palmam utriuſque manus cum chriſmate (in margine recentiori manu additur; & oleo ſancto prius permixtis) perungat dicens. Un-

Digitized by Google

Ungantur manus istæ de oleo sanctificato & chrismate sanctificationis, sicut unxit David Samuel in regem & prophetam; ita ungantur & consecrentur, In nomine Patris, † & Filii, † & Spiritus-† sancti, facientes imaginem sanctæ crucis Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, qui nos à morte redemit, & ad regna cælorum perduxit. Exaudi nos, pie Domine, Pater omnipotens, æterne Deus, ut quod te rogamus misericorditer exoremus, In nomine Domini. Amen.

Conse†crare, & sancti†ficare dignare, Domine Deus, manus istas in ordinem Pontificalem per istam unctionem & nostram benedictionem, ut quæcumque consecraverint, consecrentur, & quæcumque benedixerint, benedicantur & sanctificentur, in nomine Domini. Amen.

Item consecrator pollicem dextrum tantum cum chrismate perungat dicens:

Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te ad pontificatus sublimari voluit dignitatem, &c. *usque* proficiat ad salutem in nomine Domini. Amen *ut in Pontificali Romano.*

Quibus ita peractis, complicet & confricet manus, ne de sacro chrismate aliquid decidat, & consecrator abluat manus suas, & ipsi consecrato per ordinem tradat & imponat chyrothecas, anulum, baculum, mitram super caput, baculum pastoralem, & textum evangeliorum.

Ad chyrothecas dicat: Immensam clementiam tuam, omnipotens & pissime Deus, humiliter rogamus, ut manus hujus famuli tui sicut exterius obducuntur manicis istis, sic interius aspergantur rore tuæ benedictionis, ut quæcumque per eas benedicenda vel consecranda sunt, per te benedicantur & consecrentur. Per eumdem.

Ad impositionem annuli, dicat: Accipe anulum fidei tuæ, &c. *ut in Pontificali Romano.*

Ad porrectionem baculi, dicat: Accipe baculum pastoralis officii &c. *at in Pontificali Romano.*

Ad

Ad suppositionem mitræ. Pono signum in capite tuo, ut nullum præter ipsum Deum creatorem tuum amatorem admittas in nomine Domini. Amen.

Hic primo accipiat consecrator textum evangeliorum de humeris consecrati & tradat ipsi consecrato, dicens:

Accipe evangelium sanctum, &c. *ut in Pontificali Romano*.

Deinde consecrator osculetur consecratum, & dicat; Pax tibi, carissime frater, ora Deum pro me. *Et ipsi episcopi assistentes ipsum consecratum similiter osculentur, & dicant*: Pax tibi, carissime frater, &c. *Hic nota si chyrothecæ, anulus, baculus, & mitra prius benedicta non fuerint, antequam consecrator ea porrigat, benedicat eadem benedictionibus hujusmodi apparatis & deputatis. Item notandum quod in impositione chyrothecarum & mitræ inter palmas & chyrothecas, & inter coronam & mitram debet interponi lana alba & mundissima, ne chyrothecæ vel mitra sacrum chrisma aliquatenus contingant ibidem.*

His expeditis, resumatur ultimus versus sequentiæ, scilicet Da tuis fidelibus, *vel resumatur ultimus versus tractus, si tempus fuerit quadragesimale, & legatur evangelium*: Si diligitis me, mandata: *cantetur* Credo in unum. *Offertorium* Comfirma hoc. *Hic procedat consecratus ad altare, & offerat duos cereos accensos, duos albos panes, & duas phialas plenas vino. (In margine recenti manu, nota hujusmodi oblationes portantur per familiam electi, & in offerendo electus tangit cum manu.) quo facto, consecrator in missa procedat more consueto,*

Secreta. Hæc oblatio, Domine, &c. *Item alia*. Suscipe Domine munera, *&c. ut in Pontificali Romano*.

Dicta autem præfatione, ante principium canonis, ipsi duo episcopi assistentes cum consecrato procedant ad dextram partem altaris, ita quod semper medius stet consecratus, posito libro missali ante ipsum, submissa voce omnia verba canonis cum

con-

Digitized by Google

consecratore suo dicat, & signa quæ consecrator facit infra canonem, ipse consecratus eadem signa faciat extensa manu.

Infra actionem. Hanc igitur, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Antequam dicatur: Et pax ejus sit, &c. *Diaconus ad populum conversus dicat*: Humiliate vos ad benedictionem. *Clerus.* Deo gratias. *Consecrator ad populum conversus, mitra superposita, baculum manu tenens, & dicens*:

Benedicat te Dominus in ordine Episcopali, custodiensque te sicut voluit te super populum suum constituere Pontificem, ita & in præsenti sæculo & æternæ felicitatis te faciat esse consortem. *Clerus.* Amen.

Consecrator. Clerum & populum, quem sua voluit opitulatione in tua sanctione & tua amministratione, per diuturna tempora te faciat in temporalibus & spiritualibus feliciter gubernare. *Clerus.* Amen.

Consecrator. Quatenus divinis monitis parentes, adversitatibus carentes, bonis operibus exuberantes, tuo ministerio fide obsequentes, & in præsenti sæculo pacis tranquillitate fruantur, & locum æternorum civium consortio potiri mereantur. *Clerus.* Amen.

Consecrator. Quod ipse præstare, &c. *Clerus.* Amen.

Consecrator extensa manu det benedictionem dicens: Benedictio omnipotentis, &c. *Clerus.* Amen. *Consecrator*: Et pax ejus, &c. Agnus Dei, *& facta susceptione Eucharistiæ ab episcopo consecratore, episcopus consecratus accedat & dicat*: Confiteor Deo omnipotenti, &c. *Consecrator*: Misereatur tui. *Item episcopus.* Indulgentiam, &c. *Tunc communicet consecratum Sacramento Eucharistiæ, & postea cantetur communio.* Factus est repente. *Complet.* Sacrificium salutis nostræ. *Item sub eodem.* Plenum in nobis, &c. *ut in Pontificali Romano. Deinde missa compleatur modo consueto, & episcopi omnes simul ad armarium revertantur, & exuant sacras vestes, sed ipsi assisten-*

sistentes caput consecrati & manus de sacro chrismate cum pane duro & sale diligenter purgent & extergant; & postea ipse consecratus indutus albis vestibus de serico, equo suo superducto, de eodem ad hospitium suum cum tali solemnitate & habitu honorifice revertatur.

Nota.

IN Pontificali Christiani archiepiscopi Moguntini annis circiter 50. *ante istum descripto ordinatio diaconi incipit ab his verbis:* Commune votum, *&c. prætermisso* Spiritus-sanctus superveniet in te, *&c. In ordinatione presbyteri post obedientiæ promissionem episcopo factam ab ordinando, omittuntur ea quæ de dando sancto Spiritu hic præscribuntur, incipitque ordinatio ab his verbis.* Oremus, dilectissimi Deum Patrem, &c. *In ordinatione vero episcopi post communionem hæc addantur:* Cum ventum fuerit ad communicandum, electus communicabit de manu episcopi, accipiens hostiam integram. Si quid residuum fuerit, servabit sibi ad communicandum quotidie per triginta dies. *Ac tandem post missam omnibus cum silentio residentibus ordinator sic alloquitur consecratum:* Dilecte nobis frater & coepiscope, quoniam ut credimus divino te nutu vocante, clerus & populus civitatis, &c.

ORDO TERTIUS.

Ex ms. Pontificali Romano Bibliothecæ Colbertinæ n. 4160. Apud Martenium in ordine est XVII.

QUoniam autem convenit cum aliis, hinc excerpta quædam Selecta huic proferam, itaque post Benedictionem super ordinatos dictam sine nota: Benedictio Dei Patris *&c.* Hæc sequitur Rubrica.

Hac ordinatione & benedictione completa, is qui presbyter est ordinatus à domno Papa, osculatis primum pedibus pontificis, det osculum pacis tam eidem pontifici, quam episcopis,

Digitized by Google

pis, presbyteris, & diaconis cardinalibus, post aliis prælatis & omnibus ministris altaris, qui affuerunt. Postmodum descendat ad locum statutum, & manus suas lavet cum mica panis & aqua, quæ projici debet in professorio, vel in igne, vel in alio loco reverenti, vel sub altari; & episcopus lavet similiter: Et tunc cantetur alleluja, *vel ultimus* ℣. *tractus. Consequenter diaconus legat evangelium. Si cardinalis fuerit qui presbyter ordinatur, postquam laverit manus suas, jam ordinatus induit omnia pontificalia cum planeta plicata super scapulas juxta morem Romanæ ecclesiæ. Presbyteri & diaconi cardinales vel alii quilibet duos cereos accensos, & duos panes, & duas amphoras vini post evangelium offerre debent pontifici. Qua oblatione facta, presbyteri veniunt ad altare ad standum à dextra lævaque altaris cum missalibus suis, & dicunt totum submissa voce sicut si celebrarent: Diaconi in loco diaconorum stent, antequam pontifex accedat ad altare ad sacrificium offerendum. Et sic stabunt donec pontifex communicaverit. Post communionem vero pontificis, ante perfusionem ordinati flexis genibus, facta confessione, & osculata dextra pontificis, sacram communionem recipiunt de manu pontificis, recipiendo osculum pacis ab eo, scilicet, presbyteri & diaconi: Sanguinem autem recipient de manu diaconi qui cantavit evangelium, & redeunt ad loca sua circa altare. Si alius à Papa ordinationem faciat, communicabunt omnes sacerdotes primo, diaconi secundo, & subdiaconi tertio de Corpore Domini tantum, & non de Sanguine, prout plenius habes in ordinario de officio Missæ. Completa vero missa Presbyteri ordinati ter genuflectendo, & ter exaltando vocem, ter coram domno Papa dicant:* Multos annos: *Tunc osculetur eos dicens:* Pax Domini sit vobiscum. *Et commendet se eorum orationibus, & sic parati pontificalibus ordinati presbyteri cardinales redeant ad domum pontificis, signando semper per viam sicut faciunt episcopi quando consecrantur. Et secundum morem modernum pontifex summus dat presbytero cardinali in consistorio annulum dicens.*

Digitized by Google

Ad honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli committimus tibi eccleſiam N. cum clero & populo ſuo.

Sequitur immediate rubrica de ordine Romano ad vocandum ſeu examinandum vel conſecrandum electum epiſcopum. Et reliqua. Hæc vocatio & alia quæ ſequuntur uſque ad rubricam illam (Dominica vero die , &c.) *non fiunt nec ſervantur hodie &c.*

Martenius per extenſum deſcribit , quæ in eo Ms. de Epiſcopali ordinatione continentur, quæ cum conveniant cum aliis ordinibus a nobis vulgatis , omittimus, ſolum ea hic ſeligenda duximus, quae de electione Romani Pont. habet Codex poſt Epiſcopi ordinationem , atque edictum eidem datum a Pontifice conſecratore: ita autem ſe habent.

INCIPIT ORDO

Qualiter Romanus Pontifex apud baſilicam Beati Petri Apoſtoli debeat ordinari.

IN primis ipſe qui conſecrandus eſt manc diei Dominicæ veniat ad baſilicam B. Petri , in qua proceſſionaliter à canonicis recipietur, & facta reverentia eidem à cardinalibus & prælatis , ſicut fieri ſolet Romano pontifici, ſtans in medio dicat : Sit nomen Domini benedictum, *juxta morem. Deinde vadat in capellam S. Gregorii, ubi dicta tertia calciabitur caligis & ſandaliis dicendo pſalmos.* Quam amabilia , *& ceteros qui ſolent dici. Deinde lotis manibus, induatur ornamentis quibus Romanus Pontifex uti ſolet in miſſarum ſolemniis , exceptis dumtaxat palleo & annulo pontificali. Erunt autem veſtimenta coloris tempori congruentis. Deinde ordinata ſolemni proceſſione, ſicut in præcipuis feſtis fieri ſolet , videlicet cardinalium prælatorum , & ceterorum ordinum , qui omnes debent habere indumenta coloris tempori congruentis ; conſecrandus ipſe extenſa*

ſuper

Digitized by Google

ſuper eum mappa, procedat ſignando, ut moris eſt, ad majus altare, & ſtans poſt ipſum altare faciat confeſſionem. Notandum vero eſt quod in conſecratione Romani pontificis omittitur illa examinatio quæ ſuperius poſita eſt in conſecratione aliorum epiſcoporum, quæ incipit Antiqua ſanctorum Patrum, &c. *Facta vero confeſſione, ipſe conſecrandus ſedeat in faldiſtorio ſuo præparato inter altare & gradus pontificalis ſedis, & ſchola cantet* Introitum & Kyrie.

Interim epiſcopus Oſtienſis qui Romanum pontificem conſecrare debet, in aliquo apto loco prope altare calcict ſe caligis & ſandaliis, dicendo pſalmos Quam amabilia, &c. *Accipiat etiam omnia pontificalia ornamenta, ac ſi miſſam ſolemniter celebrare deberet. Accipiat quoque mitram ſimplicem vel pretioſam ſecundum exigentiam temporis. Et cantatis Introitu &* Kyrie, *conſecrator & ceteri epiſcopi cardinales, nec non alii archiepiſcopi & epiſcopi & qui de presbyteris preſentes ſunt accedant ad exequendum conſecrationis officium.*

Sciendum eſt autem quod in conſecratione Romani pontificis non pronuntiatur illud: Epiſcopum oportet, &c. *Nec dicitur illa oratio* Oremus dilectiſſimi nobis, *quæ dicuntur in conſecratione aliorum epiſcoporum. Sed conſecrandus verſa facie ad altare, aſſiſtentibus ei duobus diaconibus cardinabus, incumbere debet ſuper præparatum faldiſtorium inter gradus pontificalis ſedis & majus altare. Conſecrator etiam & ceteri epiſcopi cardinales nec non alii epiſcopi à dextris & à ſiniſtris ſuper ſua faldiſtoria, vel ſi ea non habent, ſuper tapetia procumbere debent. Et prior baſilicæ vel alius capellanus prior ſubdiaconorum incipiat & proſequatur letaniam cum cantu, reſpondentibus aliis capellanis & ceteris qui aſſiſtunt. Cum autem venerit ad illum locum,* Ut hunc conſecrandum benedicere, &c. *debet hoc dicere bis, & tam conſecrator quam omnes alii epiſcopi aſſiſtentes, elevata manu verſus conſecrandum, faciat ſuper eum bis ſignum crucis. Finita letania, erigant ſe omnes, &*

consecrator stet in infimo gradu sub sede Papali, quæ est post altare, verso vultu ad ipsum altare. Consecrandus vero stet sub gradu prædicto, versa facie ad ipsum consecratorem, assistentibus ipsi consecrando diaconibus cardinalibus & acolythis: Stabunt autem juxta episcopum Ostiensem à dextris & à sinistris. Episcopus Albanensis & episcopus Portuensis induti pluvialibus & habentes oraria sive stolas, & omnes alii episcopi in circuitu stabunt ad instar coronæ, tenentes singuli libros pontificales, in quibus scriptum est consecrationis officium, quod singuli dicere debent submissa voce.

Tunc episcopus Albanensis dat primam orationem cum nota dicens. *Oremus.*

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, & inclinato super hunc famulum tuum N. cornu gratiæ sacerdotalis, bene † dictionis tuæ in eum effunde virtutem. Per Dominum.

Post hæc Ostiensis episcopus ponit apertum librum Evangeliorum super cervicem consecrandi sicut fit in consecratione aliorum episcoporum, tenentibus ipsum duobus diaconibus cardinalibus usque ad consecrationem finitam. Libro sic proposito. Tunc consecrator imponat manum dextram super caput consecrandi, nihil dicendo; & similiter faciant omnes episcopi, qui assistunt. Post hæc ipse Ostiensis episcopus elevata voce dicat in modum præfationis. Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. *Et prosequatur præfationem illam.* Deus honor omnium dignitum, *ut supra in consecratione episcopi, in qua oratione fit eleganter hæc additio ubi dicitur.* Et idcirco huic famulo tuo N. quem Apostolicæ sedis præsulem & primatem omnium qui in orbe terrarum sunt sacerdotum, ac universalis Ecclesiæ doctorem dedisti, & ad summum sacerdotii ministerium elegisti, hanc, quæsumus Domine, gratiam largiaris, &c. *ut ibi usque* de profectu omnium consequatur. *Consequenter vero ubi dicitur:* Tribuas ei Domine, &c. *in consuetudinem Romani Pontificis dicatur sic:* Tribuas ei, Domine, cathedram Pontifi-

Digitized by Google

tificalem ad regendam Ecclesiam tuam, & plebem tuæ sortis, intra mundi limites universam. Sis ei auctoritas, &c.

Consecratione manuum facta, consecrator immittit annulum in digitum annularem dextræ manus Papæ consecrati dicens:

Accipe annulum, fidei scilicet signaculum: quatenus sponsam Dei, videlicet sanctam universalem Ecclesiam intemerata fide ornatus illibate custodias.

Et deinde dat ei secundum modum præscriptum librum Evangeliorum dicens:

Accipe Evangelium, & vade, prædica populo universo: potens est enim Deus augere tibi gratiam suam. Qui vivit. *Post hæc Archidiaconus imponat ei pallium dicens:*

Accipe pallium, plenitudinem scilicet Pontificalis officii, ad honorem omnipotentis Dei, & glorioſſimæ Virginis Mariæ genitricis ejus, & beatorum apostolorum Petri & Pauli, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Deinde ascendit Papa ad sedem, & recipit ad osculum pedis & oris omnes episcopos, presbyteros, & diacones cardinales, & alios prælatos. Quo facto, dicat: Gloria in excelsis Deo, *sive* Dominus vobiscum, *secundum quod tempus requirit. Ille autem episcopus cardinalis qui Papam consecravit, consecratione finita, deponit Pontificalia ornamenta, & assumpto sibi pelliceo, pluviali, & mitra simplici, servit eidem, ut est moris in missa. Papa vero post* Dominus vobiscum & Gloria in excelsis, *si est dicendum, dicit orationem Dominicæ alte, & aliam pro se secrete. Quibus dictis, residet in sede, & prior diaconus cardinalis portans ferulam in manibus cum diaconibus, subdiaconibus, atque scrinariis, & judicibus, sericis cappis indutis, descendit ante altare, & faciat duas acies; unam ex una parte, & unam ex reliqua equaliter dividendo, ponens primo diaconos juxta altare, secundo subdiaconos, tertio deorsum in choro judices, quarto scriniarios ordinate. Quo facto, ipse diaconus*

ver-

versus ad eos stans ad pectorale dextrum ante crucifixum argenteum incipit laudem sic alta voce in cantu quasi legendo. Exaudi Christe. *Et judices, & scrinarii respondent similiter in cantu quasi legendo*: Domino nostro N. à Deo decreto summo Pontifici & universali Papæ vita. *Item idem prior diaconus secundo*: Exaudi Christe. *& judices & scrinarii respondent ut prius, & sic faciunt tertio. Item idem prior diaconus*: Salvator mundi. *Et judices & scrinarii respondent*: Tu illum adjuva. *Eodem modo dicitur tantum semel.* Sancte Gabriel. Sancte Raphael. Sancte Johannes Baptista. Sancte Petre. Sancte Paule. Sancte Andrea. Sancte Stephane. Sancte Leo. Sancte Gregori. S. Benedicte. S. Basili. S. Saba. Sancta Agnes. Sancta Cecilia. Sancta Lucia. *Aliis respondentibus qualibet vice* Tu illum adjuva. *Quibus finitis, prior dicit* Kyrie eleison, *& illi respondent* Kyrie eleison. *Et hoc faciunt similiter secundo. Et postea omnes, scilicet prior diaconus, & subdiaconus, & alii similiter tertio simul dicunt una & alta voce* Kyrie eleison.

Laudibus sic finitis, legitur epistola latina, & subsequitur græca super pulpitum; & ita etiam fit de evangelio. Et sic Missa ordine suo procedit usque ad finem, & communicabit Papam cum solemnitate non super altare sed ad sedem. Post missam dicit Papa: Sit nomen Domini benedictum, &c. *Et dat benedictionem. Quibus rite peractis, ipse Papa & omnes cardinales, & alii prælati, & subdiaconi quilibet in gradu suo induentur vestimentis pretiosis albi coloris, episcopi pluvialibus, presbyteri casulis, diaconi dalmaticis, subdiaconi tunicellis, acolythi & alii capellani superpelliceis. Patriarchæ, archiepiscopi, episcopi & abbates pluvialibus. Et similiter judices, scriniarii, præfecti, & advocati erunt induti pluvialibus, & scolenses superpelliciis. Papa vero cum planeta omnia pretiosa ornamenta habebit, & pallium, & mitram optimam, chyrotheças, & annulum pontificalem: & ornatus cum omnibus venit*

ad

ad portas sive gradus ecclesiæ, & ibi sedet in sede sibi præparata. Et prior diaconus cardinalium extrahit ei mitram, & ponit coronam, quæ vocatur Regnum, in capite, toto clamante populo Kyrie eleison. Quo facto, quilibet cardinalis, prælatus cum hujusmodi ornatu equitet equum coopertum panno albo. Subdiaconi vero, capellani, scrinarii & alii equitent ornate vestiti, non tamen habebunt equos coopertos. Papa vero equitat equum magnum phaleratum & coopertum tantum ex parte posteriori ac scarleto. Et postquam equitavit, fit ibi in eodem loco jactus pecuniæ seu missilium per seneschallum vel alium ter: & postea Papa projicit. Sic autem omnibus equos ascendentibus, prior diaconorum cum ferula ordinat processionem hoc modo: Primo procedit equus Domini Papæ phaleratus. Secundo vadit subdiaconus cum cruce. Tertio 12. banderarii cum 12. vexillis rubeis, & duo alii cum duobus cherubim in lanceis. Quarto duo presbyteri præfecti navales induti pluvialibus. Quinto scrinarii, sexto advocati, septimo judices, octavo diaconus, cantores, nono diaconus & subdiaconus qui legerant epistolam & evangelium in græco, decimo abbates forenses, undecimo episcopi, duodecimi. archiepiscopi, decimo tertio abbates urbis, decimo quarto patriarchæ & episcopi cardinales, decimo quinto presbyteri cardinales, decimo sexto diaconi cardinales, decimo septimo Dominus Papa, & subdiaconus cum tobalia & serviens qui portat umbraculum. Processione taliter ordinata, Dominus Papa cum ea per viam Papalem incedens revertitur Lateranum, sed cum pervenerit ad turrim Stephani, quæ est in Panone, & hodie dicitur turris de Campo, unus de familia Papæ facit ibi alium jactum stando in aliquo loco eminenti, & ibi Dominus Papa stat, & veniunt illuc Judei cum lege facientes ei laudem, & offerunt legem sibi ut adoret. Similiter dum pervenit ad palatium Emchii muſca in Ponga, unus de familia Papæ de dicto palatio facit unum jactum. Similiter faciat alium jactum cum pervenit ad sanctum Marcum: similiter cum pervenit

venit ad sanctum Marcum: similiter cum pervenit ad S. Adrianum facit alium jactum de palatio sanctæ Martinæ. Pervento autem ad plateam Lateranensem, ducitur Apostolicus ad porticum, quæ vadit ad ecclesiam S. Johannis Lateranensis, & ibi ante porticum stant. Prior Lateranensis & canonici cum eorum comitiva, induti solemniter & cum cruce processionali Papam cum descendit recipiunt; & faciunt eum ibi sedere in quadam sede marmorea quæ vocatur stercoraria, ad quam venientes omnes cardinales honorifice elevent eum, ut vere dicere possit: Suscitat de pulvere egenum, & de stercore erigens pauperem, ut sedeat cum principalibus, & solum gloriæ teneat. *Ipse autem Dominus Papa stando juxta ipsam sedem accipit tres pugillitas denariorum de gremio camerarii, & projicit inter populum dicens*: Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do. *Et deinde priore & canonicis post euntibus, cantando ducitur per ipsam porticum ad ecclesiam basilicæ Laterunensis, ubi orat & dat benedictionem dicens*: Si nomen Domini, &c. *Et deponit Regnum, & assumit mitram, & sedet in magna sede post altare, ubi recipit prædictos priorem & canonicos Laterunenses ad pedem & ad osculum. Quo facto, ducitur ad palatium. Et dum venerit ad portam palatii unde intratur palatium per ecclesiam ibi ponitur faldistorium. Et ibi Papa sedente, prior presbyterorum cardinalium cum ipsis presbyteris & judicibus & scrinaris ordinatis in filo facit laudem sicut diaconus cardinalis fecerat in missa ante epistolam post orationem. Postea deducitur Papa à cardinalibus per palatium usque ad portam ecclesiæ sancti Sylvestri, ubi sunt duæ sedes Porphyricæ. Et primo sedet in una quæ est ad dextram, ubi prior basilicæ S. Laurentiii dat ei ferulam, quæ est signum correctionis & regiminis, & claves ipsius basilicæ & sacri Lateranensis palatii, in quibus designatur potestas claudendi & aperiendi, ligandi atque solvendi. Et cum ipsa ferula & aliis clavibus accedit ad aliam sedem similem quæ est ad sinistram, & restituit*

eidem

Digitized by Google

eidem priori ferulam & claves, & incipit ſedere in illla ſecunda ſede, & poſtquam aliquantulum ſederit idem prior cingit eidem Domino Papæ Zonam de ſerio rubeo in qua debet pendere burſa purpurea, in qua ſunt 12. lapides pretioſi cum ſigillis & muſcus. Et dum in ipſa ſede ſedet, recipit officiales palatii ad pedem & ad oſculum. Recipit etiam poſtea de manu camerarii denarios argenteos valentes 10. ſol. pro reſinor. & projicit eos ſuper aſtantes; & hoc facit ter dicendo ſingulis vicibus: Diſperſit dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi. *Et in iſtis duabus ſedibus debet Papa taliter ſe habere, ut videatur potius jacere quam ſedere, & nulla iſtarum ſedium nec etiam ſtercoraria erit cooperta vel parata, ſed nuda. Deinde ſurgens ducitur ad baſilicam S. Laurentii, quæ dicitur* Sancta Sanctorum, *ubi intrat, & ante altare ſuam orationem facit; & poſtea reducitur ad Capellam S. Sylveſtri, in quam intrat, ibique depoſitis pallio, & caſula, & chyrothecis, & accepto manto ad ſcupulas, ſedet in loco præparato; & dat cuilibet cardinalium, & prælato presbyterium ſolitum hoc modo: Ipſe papa ſedet in ſede, & quilibet cardinalium & prælatus, extracta ſibimet mitra, deferens eam in manu, vadit coram eo, & flexis genibus tenet mitram apertam ante Papam, qui ponit in illam pecuniam quam dat ei in uno ſcypho argenteo camerarius, & quam dicit liber cameræ, qui dicitur Politicus, & ille qui recipit pecuniam oſculatur genu Domini Papæ. Idem vero camerarius habet ante ſe magnam menſam coopertam tobalia, ubi ſunt hujuſmodi monetæ, & aſſiſtunt ipſi camerario clericus cameræ & duo mercatores. Ipſi vero camerarius & clericus cameræ ſunt in ſuperpelliciis. Dato presbyterio, idem Dominus Papa à duobus diaconis cardinalibus ducitur ad menſam ſolemniter præparatam; & ibi ſedet, epiſcopo cardinali ſibi dante aquam, & duobus diaconibus tobaliam tenentibus. Et eo loco, factaque benedictione menſæ, vadunt omnes ſedere. Sedet autem Papa in una menſa eminenti ſolus, diverſis & magnis vaſis aureis & ar-*

Digitized by Google

genteis ſuper menſam poſitis. In alia vero menſa, quæ eſt ad dextram, ſedent epiſcopi, & poſt eos presbyteri cardinales: in parte autem ſiniſtra diaconi cardinales. Et poſt menſas cardinalium erunt menſæ prælatorum & nobilium aliorum. Et attende quod Papa ſtabit dum comedet indutus, & calciatus, ut dictum eſt, & cum mitra; cardinales vero omnes habebunt ſuperpellicea cum camiſiis, & mantellis, & mitris albis ſimplicibus, & ita comedent: & omnes prælati ſimiliter. Coram Papa ſervient laici majores natu, & nobiliores qui præſentes erunt. Comeſtione ſumta, Papa lavabit manus, ut prius; & quilibet cardinalium ſimiliter ſedendo lavabit, ſerviente fundente aquam cardinali lavanti. Cardinales autem qui aſſiſtunt, teneant tobaliam, unus ex una parte lavantis, alter ex altera; & ſic ſibi ad invicem mutuo ſerviant. Quibus omnibus locis, & redditis gratiis, Papa reducitur à duobus cardinalibus ad cameram, ubi ſacris exutus veſtibus & diſcalciatus quieſcit. Cardinales vero & alii prælati redeunt ad hoſpitia ſua equites cum mitris parati ſicut in comeſtione ſteterunt.

Item benedictio Papæ de epiſcopo facti

Quæ exhibenda eſt eodem loco quo conſecratio facienda, videlicet inter ultimum Kyrie *miſſæ &* Gloria in excelſis *vel* Dominus vobiſcum. *Peractis ſcilicet prius omnibus aliis quæ conſecrationem præcedunt, ut ſupra, hoc addito, quod Papa cum aliis ornamentis accipiet annulum Pontificalem; & hoc excepto, quod epiſcopus Oſtienſis non induet Pontificalia ornamenta, nec fiet letania, ſtabunt autem dum hæc benedictio legitur tam Papa quam epiſcopus qui benedicit, ac alii cardinales & epiſcopi more & ordine indito ſuperius in conſecratione facienda. Orationem primam dat epiſcopus Albanenſis dicens.*

Oratio. Deus, qui adeſſe non dedignaris ubicumque devota mente invocaris, adeſto quæſumus invocationibus noſtris, & huic famulo tuo N. quem ad culmen Apoſtolicum commune judicium tuæ plebis elegit, ubertatem ſupernæ benedi-

Digitized by Google

nedictionis in funde, ut ſentiat ſe tuo munere ad hunc apicem perveniſe. Per Dominum.

Secundam orationem dat Portuenſis epiſcopus dicens:

Oratio. Supplicationibus noſtris, omnipotens Deus, effectum conſuetæ pietatis impende, & gratia Spiritus-ſancti hunc famulum tuum N. perfunde, ut qui in capite ceterorum noſtræ ſervitutis miniſterio conſtituitur, tuæ virtutis ſoliditate roboretur. Per Dominum.

Tertiam dat orationem Oſtienſis epiſcopus ita dicens:

Oratio. Deus qui Apoſtolum tuum Petrum inter ceteros coapoſtolos primatum tenere voluiſti, eique univerſæ chriſtianitatis molem ſuperimpoſuiſti; reſpice propitius, quæſumus, hunc famulum tuum N. quem de humili cathedra violenter ſublatum in thronum ejuſdem apoſtolorum principis ſublimamus; ut ſicut profectibus tantæ dignitatis augetur, ita virtutum meritis cumuletur: quatenus eccleſiaſticæ univerſitatis onus, te adjuvante, digne ferat, & à te qui es beatitudo tuorum meritam vicem recipiat. Qui vivis.

ORDO QUARTUS.

Ex Pontificali Romano Clementis VIII. primum nunc denuo Urbani VIII. auctoritate recognito.

De Ordinibus conferendis.

Quando Epiſcopus ordinationem facere diſpoſuerit, omnes qui ad ſacrum miniſterium accedere voluerint, feria quarta ante ipſam ordinationem, vel quando Epiſcopo videbitur, ad civitatem evocentur. Epiſcopus autem Sacerdotibus, & alijs prudentibus viris, peritis divinæ legis, ac in Eccleſiaſticis functionibus exercitatis, ſibi aſcitis, ordinandorum genus, perſonam, ætatem inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inveſtiget, & examinet.

Nullus ad Subdiaconatus Ordinem ante vigeſimum ſecundum, ad Diaconatus ante vigeſimum tertium, ad Presbyteratus

tus ante vtgesimum quintum ætatis suæ annum promoveatur. Sciant tamen Episcopi non singulos, in ea ætate constitutos, debere ad hos ordines assumi, sed dignos dumtaxat, & quorum probata vita senectus sit. Regulares quoque, nec in minori ætate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur.

Prima Tonsura non initientur, qui Sacramentum Confirmationis non susceperint; & fidei rudimenta edocti non fuerint; quique legere, & scribere nesciant, & de quibus probabilis conjectura non sit, eos non sæcularis judicii fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse.

Ad minores Ordines promovendi bonum à parocho, & a magistro scholæ, in qua educantur, testimonium habeant. Hi verò, qui ad singulos majores erunt assumendi, per mensem ante ordinationem Episcopum adeant, qui Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus, ac desiderio eorum, qui volent promoveri, publicè in Ecclesia propositis; de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat, & litteras testimoniales, ipsam inquisitionem factam continentes, ad ipsum Episcopum quamprimum transmittat.

Minores Ordines ijs, qui saltem Latinam linguam intelligant, per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo magis expedire videretur; conferantur; ut eo accuratus, quantum sit hujus disciplinæ pondus, possint edoceri; ac in unoquoque munere, juxta præscriptum Episcopi, se exerceant; idque in ea, cui ascripti erunt, Ecclesia; nisi forte ex causa studiorum absint; atque ita de gradu in gradum ascendant; ut in eis cum ætate vitæ meritum, & doctrina major accrescat. Quod, & bonorum morum exemplum, & assiduum in Ecclesia ministerium, atque major erga Presbyteros, & superiores Ordines reverentia, & crebrior, quam antea corporis Christi Communio maxime comprobabunt. Cumque hinc ad altiores gradus, & sacratissima mysteria sit ingressus; nemo ijs initietur, quem non scientiæ

spes

Digitized by Google

spes majoribus Ordinibus dignum ostendat. Hi verò non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum Ordinum, ad sacros Ordines promoveantur: nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas judicio Episcopi, aliud exposcat.

Subdiaconi, & Diaconi ordinentur, habentes bonum testimonium, & in minoribus Ordinibus jam probati, ac litteris, & ijs, quæ ad Ordinem exercendum pertinent, instructi. Qui sperent, Deo auctore se continere posse; Ecclesiis, quibus ascribentur, inserviant; sciantque maxime decere, si saltem diebus dominicis, & solemnibus, cum altari ministraverint, sacram Communionem perceperint. Promoti ad sacrum Subdiaconatus Ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad altiorem gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittantur. Duo sacri Ordines non eodem die, etiam Regularibus, conferantur.

Qui pie, & fideliter in ministeriis ante actis, se gesserint, & ad Presbyteratus Ordinem assumuntur, bonum habeant testimonium; & hi sint, qui non modo in Diaconatu, ad minus annum integrum, nisi ob Ecclesiæ utilitatem, ac necessitatem, aliud Episcopo videretur, ministraverint; sed etiam ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac administranda Sacramenta, diligenti examine præcedente, idonei comprobentur; atque ita pietate, & castis moribus conspicui, ut præclarum bonorum operum exemplum, & vitæ monita ab eis possint expectari.

Illigitimi sine dispensatione Apostolica, ad sacros Ordines promoveri non possunt, ad minores tamen possunt ex dispensatione sui Episcopi ordinari: neque etiam furiosi, amentes, servi, homicidæ, irregulares, insigni corporis vitio deformes, aut manci ordinari possunt.

Examinentur de ordine, in quo sunt constituti, & quando, & à quo illum receperunt.

Clericus sæcularis, quamvis alias sit idoneus moribus, scien-

Digitized by Google

scientia, & ætate, ad sacros Ordines non promoveatur; nisi prius legitime constet eum, beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere. Id verò beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum sit promotus, neque ea resignatio admittatur, nisi constito, quod aliunde vivere commode possit, & aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum, eo quoque priùs perspecto, patrimonium illud, vel pensionem verè ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint: atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliundè habeant, unde vivere possint.

Advertat diligenter Pontifex, cum Ordines confert, ne in expressione formarum, vel collatione instrumentorum ipsorum Ordinum deficiat; frequenter Pontificale respiciat, & maturè procedat. Moneat ordinandos, quod instrumenta, quibus character imprimitur, tangant. Secretas morosè dicat, ut ordinati ad Sacerdotium possint illas cum ea dicere, debent enim ex consuetudine concelebrare, & etiam verba consecrationis proferre.

Tempora ordinationum sunt: Sabbata in omnibus Quatuor Temporibus. Sabbatum ante Dominicam de Passione, & Sabbatum sanctum.

Clericatus, seu prima Tonsura, quocumque die, hora, & loco conferri potest.

Minores verò Ordines possunt dari singulis Dominicis, & festivis diebus duplicibus, ubicumque, in mane tamen.

Ordinandi omnes debent in Ecclesia se præsentare, cum tonsura, habitu, & paramentis Ordini suo convenientibus, & candelis in manu accensis. Et cùm a Notario Episcopi nominati fuerint, respondeant Adsum, *& accedant ad locum ordinationis, secundum ordinem descriptionis.* Ad-

Digitized by Google

Advertat quoque Pontifex, quod si unus tantùm sit, per eum ad quemcumque Ordinem promovendus, illum admoneat, & alloquatur; non in plurali, ut textus dicit, sed in singulari.

In Sabbatis Quatuor Temporum, in quibus fiunt ordinationes generales, Tonsuræ fieri debent post Kyrie eleison. *Deinde, dicta prima lectione, ordinantur Ostiarij. Post secundam lectionem, Lectores. Post tertiam, Exorcistæ. Post quartam, Acolythi. Post quintam, Subdiaconi. Finita Epistola, Diaconi. Et demum ante ultimum versum Tractus, vel infra Octavam pentecostes, ante ultimum versum Sequentiæ ordinatur Presbyteri.*

Si ordinationes fiant in Sabbato ante Dominicam de Passione, quia unica tantùm dicitur lectio Tonsuræ debent fieri immediate post Introitum. Omnes minores Ordines post Kyrie eleison. *Subdiaconi immediatè post Collectam. Diaconi post Epistolam. Presbyteri ante ultimum versum Tractus.*

Idem servari potest, quandocumque dantur Ordines sacri extra tèmporum, ex dispensatione Apostolica. Quod si fiat inter Paschа, & Pentecosten, Presbyteri ordinantur ante ultimum ℣. Si inter Pentecosten, & Septuagesimam, ordinantur ante ℣. Allelùja. *Et antequam ad collationem ordinum procedatur, legitur mandatum Apostolicum, sive supplicatio, cujus vigore Pontifici facultas conceditur ordinandi; quibus lectis, dicit Pontifex,* Deo Gratias; *& ad ordinationem procedit.*

Si vero Sabbato sancto ordinationes fiant, officium incipitur a prima prophetia, & continuatur, prout in ordinario, usque ad Litanias inclusive, in quibus, dicto, ut omnibus fidelibus, &c. *surgit ab accubitu Pontifex, & conversus ad ordinandos, eos benedicit, prout post Litanias infra ponitur; & Pontifex facit Confessionem, & dicto,* Kyrie eleison, *pro Missa, ordinat ad primam Tonsuram. Tum dicit,* Gloria in excel. sis Deo, &c, *quo dicto ordinat ad quatuor minores Ordines. Deinde dicit orationem ordinariam, alia pro Ordinandis: quibus dictis Ordinat ad cum Subdiaconatum. Tum dicitur Epistola,*

Digitized by Google

ſtola, & ea dicta, ordinat Diaconus. Dicitur deinde Alleluja, *cum ſuo verſu, & prima pars Tractus, quibus dictis, ordinat Presbyteros, poſt quorum ordinationem dicitur verſus Tractus, Evangelium, & alia, prout in ordinario.*

Quando autem Pontifex extra Miſſarum ſolemnia eſt promoturus aliquos ad primam Tonſuram, vel ad quatuor minores Ordines, ſufficit quod habeat ſtolam ſupra rochetum, vel ſupra ſuperpelliceum (ſi ſit religioſus) & mitram ſimplicem. Cum autem eſt celebraturus pro ſacris Ordinibus conferendis, habere debet ſandalia, & omnia paramenta Pontificalia, & dicere Pſalmum. Quam dilecta, &c.

Ordinationes ſacrorum Ordinum, ſtatutis a jure temporibus, ac in Cathedrali Eccleſia, vocatis, præſentibuſque ad id Eccleſiæ Canonicis, publicè celebrentur; ſi autem in alio dioeceſis loco, præſente Clero loci, dignior, quantum fieri poterit, Eccleſia ſemper adeatur.

Cum igitur ordinationes faciendæ ſunt, per Sacriſtam, ſeu alium, ad quem ſpectat, præparantur omnia, quæ neceſſaria ſunt pro Miſſa pontificali. Et demum cum tempus ordinationis inſtat, hora competenti Pontifex cappa magna indutus, Capellano illam poſt eum deferente, venit ad Eccleſiam, ubi ordinationes fieri debent, & accedens ante altare, genuflexus ibidem aliquamdiu orat. Deinde, vadit ad ſedem, ubi paramenta capere conſuevit, vel, ſi non ſit in Eccleſia ſua, ad faldiſtorium, ad cornu Epiſtolæ ſibi paratum, ubi ſedens accipit omnia paramenta Pontificalia coloris tempori convenientis, & mitram ſimplicem, dicens: Pſalmum. Kyrie eleiſon, &c.

Pontifex ſic paratus, baculum Paſtoralem in ſiniſtra tenens, accedit ad gradus altaris, ubi depoſitis baculo, & mitra, facta altari reverentia cum profunda capitis inclinatione, facit cum miniſtris Confeſſionem. Interim cantatur a choro Introitus, & Kyrie eleiſon. *Finita Confeſſione, Pontifex aſcendit ad altare, illud in medio oſculatur, & textum Evangelij ad ſiniſtram;*

incen-

Digitized by Google

incensat altare more solito, resumit mitram, & revertitur ad sedem, seu ad faldistorium, ad cornu Epistolæ, ubi deposita mitra, & versa facie ad altare, oblato sibi per ministrum libro, ex eo legit Introitum, & Kyrie eleison; *quibus dictis, sedet cum mitra, donec perficiatur à choro ultimum* Kyrie eleison. *Quo finito, surgit Pontifex, & cum mitra ad faldistorium, ante medium altaris sibi præparatum accedit & in illo sedet, renibus altari versis. Tum Archidiaconus vocat omnes ordinandos, dicens.* Accedant omnes, qui ordinandi sunt. *Quibus ante altare coram Pontifice genuflexis, & in modum coronæ dispositis, Archidiaconus publicè interrogat omnes, si sint aliqui, qui forte non sint confirmati; quia non debent ad ordinationem accedere, nisi prius confirmentur. Et, si aliqui confirmandi erunt, tunc depositis Pontifex annulis, & chirothecis, lavat manus, reassumit annulos, & confirmat, prout habetur supra folio primo* * *vel si non erunt aliqui confirmandi, palam interdicit per unum ex suis, sub his verbis.*

Reverendissimus in Christo pater, & dominus, dominus, N. Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopus N. sub excommunicationis pœna præcipit, & mandat omnibus, & singalis, pro suscipiendis Ordinibus hic præsentibus, ne quis forsan eorum irregularis, aut alias a jure, vel ab homine excommunicatus, interdictus, suspensus, spurius, infamis, aut alias a jure prohibitus, sive ex aliena diœcesi oriundus, sine licentia sui Episcopi, aut non descriptus, examinatus, approbatus, & nominatus, ullo pacto audeat ad suscipiendos ordines accedere. Et quod nullus ex ordinandis discedat, nisi Missa finita, & benedictione Pontificis accepta.

Demum ad ordinationem procedat.

DE CLERICO FACIENDO.

Clericus fieri potest etiam extra Missarum solemnia quocumque die, hora, & loco.

* Vide Cod. Liturg. tom. 3.

Digitized by Google

Pro Clericis ordinandis, parentur forfices pro incidendis capillis, & bacile pro illis imponendis. Et quilibet ordinandorum habere debet ſuum ſuperpelliceum ſuper brachium ſiniſtrum, & candelam in manu dextra. Et vocantur omnes tonſurandi nominatim, & ſigillatim per notarium, & quilibet reſpondet, Adſum,

Quibus ante altare coram Pontifice in ſaldiſtorio cum mitra ſedente genuflexis, Pontifex ſurgit cum mitra, & dicit.

℣. Sit nomen Dòmini benedictum.

℟. Ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cælum & terram.

Oremus fratres chariſſimi, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, pro his famulis ſuis, qui ad deponendum comas capitum ſuorum pro ejus amore feſtinant, ut donet eis Spiritum ſanctum, qui habitum religionis in eis in perpetuum conſervet, & a mundi impedimento, ac ſæculari deſiderio corda eorum defendat; ut, ſicut immutantur in vultibus, ita dextera manus ejus virtutis tribuat eis incrementa, & ab omni cæcitate ſpirituali, & humana oculos eorum aperiat, & lumen eis æternæ gratiæ concedat. Qui vivit & regnat cum Deo Patre in unitate ejuſdem Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Poſt hæc, ſedente Pontifice, ſchola inchoat, & proſequitur Antiphonam, & Pſalm. 8. ton.

Tu es Domine qui reſtitues hereditatem meam mihi.

Conſerva me Domine *&c. uſque* nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Repetitur tota Antiphona. Tu es Domine.

Incepto Pſalmo, Pontifex cum forficibus incidit unicuique extremitates capillorum in quatuor locis, videlicet in fronte, in occipitio, & ad utramque aurem, deinde in medio capitis aliquot crines cappillorum, & in bacile deponit, & quilibet, cum tondetur, dicit. Domi-

Digitized by Google

Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei: tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

Omnibus tonsis, mitra deposita, surgit Pontifex, & stans versus ad illos, dicit.

Oremus. Presta quæsumus omnipotens Deus, ut hi famuli tui, quorum hodie comas capitum pro amore divino deposuimus in tua dilectione perpetuo maneant; & eos sine macula, in sempiternum custodias. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Tunc schola inchoat, & prosequitur Antiphonam sequentem. Qua incepta, Pontifex sedet cum mitra. Antiphona 7. ton.

Hi accipient benedictionem à Domino: & misericordiam à Deo salutari suo: quia hæc est generatio quærentium Dominum.

Domini est terra & plenitudo ejus &c.

Deinde repetitur tota Antiphona. Hi accipient, &c.

Qua finita, surgit sine mitra Pontifex, & ad altare conversus, dicit.

Oremus. *Et ministri dicunt.* Flectamus genua. Levate.

Et mox ad tonsos genuflexos versus Pontifex, dicit. Adesto Domine, supplicationibus nostris & hos famulos tuos benedicere dignare, quibus in tuo sancto nomine habitum sacræ religionis imponimus; ut, te largiente, & devoti in Ecclesia tua persistere, & vitam percipere mereantur æternam. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Tum Pontifex sedet cum mitra, & accipiens in manum superpelliceum, dicit singulis.

Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est, in justitia, & sanctitate veritatis.

Et mox imponit illud cuilibet, repetendo, Induat te &c. *immittens usque ad scapulas, & immediatè trahens, si unum tantum sit superpelliceum; sicque facit usque ad ultimum, qui eo totaliter induitur; si verò quisque suum superpelliceum ha-*

beat singuli totaliter induuntur. Quo expedito, sine mitra surgit Pontifex, & versus ad illos dicit.

Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, propitiare peccatis nostris, & ab omni servitute sæcularis habitus hos famulos tuos emunda; ut dum ignominiam sæcularis habitus deponunt, tua semper in ævum gratia perfruantur: ut, sicut similitudinem coronæ tuæ eos gestare facimus in capitibus, sic tua virtute hereditatem subsequi mereantur æternam in cordibus. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Deinde sedet cum mitra Pontifex, & alloquitur eos sub his verbis.

Filii charissimi, animadvertere debetis, quod hodie de foro Ecclesiæ facti estis, & privilegia clericalia sortiti estis; cavete igitur, ne propter culpas vestras illa perdatis, & habitu honesto, bonisque moribus, atque operibus Deo placere studeatis. Quod ipse vobis concedat per Spiritum sanctum suum. ℟. Amen.

Tum, suggerente Archidiacono, ordinati redeunt ad loca sua.

DE MINORIBUS ORDINIBUS.

Quatuor minores Ordines dari possunt extra Missarum solemnia, diebus Dominicis, & Festivis duplicibus, sed in mane tantum.

Ordinandi omnes ad quatuor minores Ordines esse debent superpelliceis induti, cum candela in manu dextera.

DE ORDINATIONE OSTIARIORUM.

Pro Ostiariis ordinandis parentur claves Ecclesiæ. Pontifex, Clericis ordinatis, surgit & cum mitra, ad sedem, seu ad faldistorium, ad cornu Epistolæ, revertitur; ubi, deposita mitra, & ad altare conversus, oblato sibi libro, cantat primam Collectam, deinde sedet; reassumit mitram; & cantatur prima Lectio. Interim accedunt duo capellani cum libro, & can-

Digitized by Google

& candela ante Pontificem, qui ſedens cum mitra, ex eo legit Lectionem ipſam. Quibus finitis, ſurgit Pontifex, & cum mitra ad faldiſtorium ante medium altaris ſibi præparatum proficiſcitur, & in illo ſedet renibus altari verſis. Archidiaconus vocat ordinandos, dicens.

Accedant qui ordinandi ſunt ad officium Oſtiariorum.

Et mox notarius ſingulos nominatim vocat, & quilibet reſpondet. Adſum. *Omnibus in ſuperliceis cum candelis in manibus coram Pontifice genuflexis, Pontifex admonet illos, dicens.*

Suſcepturi, filii chariſſimi, officium Oſtiariorum, videte, quæ in domo Dei agere debeatis. Oſtiarium oportet percutere cymbalum, & campanam; aperire Eccleſiam, & ſacrarium; & librum aperire ei, qui prædicat. Providete igitur, ne per negligentiam veſtram, illarum rerum, quæ intra Eccleſiam ſunt, aliquid depereat; certiſque horis domum Dei aperiatis fidelibus; & ſemper claudatis infidelibus. Studete etiam, ut, ſicut materialibus clavibus Eccleſiam viſibilem aperitis, & clauditis; ſic, & inviſibilem Dei domum, corda ſcilicet fidelium, dictis, & exemplis veſtris claudatis diabolo, & aperiatis Deo; ut divina verba, quæ audierint, corde retineant, & opere compleant; quod in vobis Dominus perficiat per miſericordiam ſuam.

Hæ admonitiones non fiunt Cardinalibus, neque electis Epiſcopis.

Deinde, Pontifex accipit, & tradit omnibus claves Eccleſiæ, quas ſucceſſive manu dextra ſinguli tangant, Pontifice dicente.

Sic agite, qnaſi reddituri Deo rationem pro iis rebus, quæ his clavibus recluduntur.

Poſt hæc Archidiaconus, ſive alius Archidiaconi vice fungens, ducit eos ad oſtium Eccleſiæ, & facit illos claudere, & aperire; tradit etiam eis funem campanarum, faciens eos campanas

Digitized by Google

panas pulsare; deinde illos reducit ad Pontificem, quibus coram Pontifice genua flectentibus, stans cum mitra Pontifex versus ad ipsos ordinatos, dicit.

Deum Patrem omnipotentem, fratres charissimi, suppliciter deprecemur, ut hos famulos suos benedicere dignetur, quos in officium Ostiariorum eligere dignatus est; ut sit eis fidelissima cura in domo Dei, diebus, ac noctibus, ad distinctionem certarum horarum, ad invocandum nomen Domini, adjuuante Domino nostro Jesu Christo, qui cum eo vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Tum, mitra deposita, stans Pontifex, & conversus ad altare, dicit.

Oremus. *Et ministri subjungunt.* Flectamus genua. ℟. Levate.

Et statim versus ad illos genuflexos, stans sine mitra, dicit

Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere dignare hos famulos tuos in officium Ostiariorum, ut inter Janitores Ecclesiæ tuo pareant obsequio, & inter electos tuos, partem tuæ mereantur habere mercedis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Post hæc ordinati, suggerente Archidiacono redeunt ad loca sua.

DE ORDINATIONE LECTORUM.

Pro Lectoribus ordinandis paretur liber Lectionum.

Ostiariis ordinatis, Pontifex reassumpta mitra, accedit ad sedem suam, vel ad faldistorium à parte Epistolæ. Interim cantatur primum Graduale, vel primum Alleluja, *si sit infra Octavam Pentecostes, & Pontifex sedens cum mitra, oblato sibi libro, & candela, legit dictum Graduale, vel* Alleluja. *Quibus dictis, surgit, deposita mitra, & versus ad altare*

tare cantat secundam Collectam. Tum sedet, reassumpta mitra & cantatur secunda Lectio. Interim accedunt duo cappellani cum libro, & candela ante Pontificem, qui sedens cum mitra ex eo legit Lectionem ipsam. Quibus dictis, Pontifex revertitur ad faldistorium ante medium altaris positum, ubi sedet cum mitra, & Lectores vocantur per Archidiaconum, hoc modo.

Accedant qui ordinandi sunt ad officium Lectorum.

Et mox nominantur per notarium, ut supra dictum est. Quibus coram Pontifice cum candelis in manibus genuflexis, Pontifex admonet eos, dicens.

Electi filii charissimi, ut sitis Lectores in domo Dei nostri, officium vestrum agnoscite, & implete. Potens est enim Deus, ut augeat vobis gratiam perfectionis æternæ. Lectorem siquidem oportet legere ea quæ (*vel* ei qui) prædicat; & lectiones cantare; & benedicere panem, & omnes fructus novos. Studete igitur verba Dei, videlicet lectiones sacras distincte, & aperte, ad intelligentiam, & ædificationem fidelium absque omni mendacio falsitatis proferre; ne veritas divinarum lectionum incuria vestra ad instructionem audientium corrumpatur. Quod autem ore legitis, corde credatis, atque opere compleatis, quatenus auditores vestros, verbo pariter, & exemplo vestro docere possitis. Ideoque, dum legetis, in alto loco Ecclesiæ stetis, ut ab omnibus audiamini, & videamini figurantes positione corporali, vos in alto virtutum gradu debere conversari; quatenus cunctis, a quibus audimini, & videmini, cælestis vitæ formam præbeatis, quod in vobis Deus impleat per gratiam suam.

Deinde Pontifex accipit, & tradit omnibus codicem de quo lecturi sunt, quem manu dextera tangunt, dicens.

Accipite, & estote verbi Dei relatores habituri, si fideliter impleveritis officium vestrum, partem cum iis, qui verbum Dei bene administraverunt ab initio.

Quibus expeditis, & illis genuflexis, Pontifex stans cum mitra versus ad eos, dicit.

Ore-

Oremus, fratres chariſſimi, Deum Patrem omnipotentem, ut ſuper hos famulos ſuos, quos in Ordinem Lectorum dignatur aſſumere, bene † dictionem ſuam clementer effundat, quatenus diſtinctè legant, quæ in Eccleſia Dei legenda ſunt, & eadem operibus impleant. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium ſuum, qui cum eo vivit, & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, &c. ℟. Amen.

Tum Pontifex, mitra depoſita, ſtans converſus ad altare, dicit.

Oremus. *& miniſtri ſubjungunt.* Flectamus genua. ℟. Levate.

Deinde converſus ad ordinatos genuflexos, dicit, ſine mitra.

Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere dignare hos famulos tuos in officium Lectorum, ut aſſiduitate lectionum inſtructi ſint, atque ordinati; & agenda dicant, & dicta opere impleant, ut in utroque ſanctæ Eccleſiæ exemplo ſanctitatis ſuæ conſulant. Per Dominum &c.

Poſtea, ſuggerente Archidiacono, redeunt ordinati ad loca ſua.

DE ORDINATIONE EXORCISTARUM.

Pro Exorciſtis ordinandis parcitur liber exorciſmorum, cujus loco dari poteſt Pontificale, vel Miſſale.

Lectoribus ordinatis, Pontifex reaſſumpta mitra, accedit ad ſedem ſuam, vel ad faldiſtorium, ad cornu Epiſtolæ, ubi ſedens cum mitra oblato ſibi libro, & candela, legit ſecundum Graduale, vel ſecundum Alleluja, *ſi ſit infra octavam Pentecoſtes. Interim cantatur à choro ipſum Graduale, vel* Alleluja. *Quo finito, ſurgit Pontifex, depoſita mitra, & verſus ad altare cantat tertiam Collectam. Tum ſedet, reaſſumpta mitra, & cantatur tertia Lectio. Interim accedunt duo capellani cum libro, & candela ante Pontificem, qui ex eo legit Lectionem ipſam. Quibus dictis revertitur ad faldiſtorium ante altare, & ſedet cum mitra. Exorciſtæ vero vocantur per Archidiaconum modo conſueto, dicendo.* Ac.

Digitized by Google

Accedant, qui ordinandi sunt ad officium Exorcistarum.

Et ipsi singulatim nominantur per notarium, ut prius dictum est. Quibus coram Pontifice cum candelis in manibus genuflexis, Pontifex admonet eos, dicens.

Ordinandi, Filij charissimi, in officium Exorcistarum, debetis noscere quid susscipitis. Exorcistam etenim oportet abjicere dæmones, & dicere populo, ut, qui non communicat, det locum; & aquam in ministerio fundere. Accipitis itaque potestatem imponendi manum super energumenos, & per impositionem manuum vestrarum, gratia Spiritus sancti, & verbis exorcismi, pelluntur spiritus immundi à corporibus obsessis. Studete igitur, ut, sicut à corporibus aliorum dæmones expellitis, ita à mentibus, & corporibus vestris omnem immunditiam, & nequitiam ejiciatis; ne illis succumbatis, quos ab alijs, vestro ministerio, effugatis. Discite per officium vestrum vitiis imperare, ne in moribus vestris aliquid sui juris inimicus valeat vindicare. Tunc etenim recte in alijs dæmonibus imperabitis, cum prius in vobis eorum multimodam nequitiam superatis. Quod vobis Dominus agere concedat per Spiritum suum sanctum.

Post hæc Pontifex accipit, & tradit omnibus librum in quo scripti sunt exorcismi, cujus loco tradi potest Pontificale, vel Missale, quem manu dextera tangunt, Pontifice dicente.

Accipite, & commendate memoriæ, & habete potestatem imponendi manus super energumenos, sive baptizatos, sive cathecumenos.

Postea verò, omnibus devotè genuflexis, Pontifex cum mitra stans, dicit,

Deum Patrem omnipotentem, fratres charissimi, supplices deprecemur, ut hos famulos suos bene † dicere dignetur, in officium Exorcistarum; ut sint spirituales imperatores ad abjiciendos dæmones de corporibus obsessis, cum omni nequitia eorum multiformi. Per unigenitum filium suum

Digitized by Google

Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui cum eo vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus &c.

Tum converſus ad altare, depoſita mitra, dicit.

Oremus. *Et miniſtri ſubjungunt.* Flectamus genua ℟. Levate.

Et mox converſus ad ordinatos genuflexos dicit.

Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, bene † dicere dignare hos famulos tuos in officium Exorciſtarum; ut per impoſitionem manuum, & oris officium, poteſtatem, & imperium habeant ſpiritus immundos coercendi; ut probabiles ſint medici Eccleſiæ tuæ, gratia curationum virtuteque cæleſti firmati. Per Dominum &c.

Poſt hæc, ſuggerente Archidiacono, redeunt ad loca ſua.

DE ORDINATIONE ACOLYTHORUM.

Pro Acolythis ordinandis parentur candelabrum cum cereo extincto, & urceolus vacuus pro vino, pro Sacramento.

EXorciſtis ordinatis, Pontifex, reaſſumpta mitra, accedit ad ſedem ſuam, vel ad faldiſtorium, ad cornu Epiſtolæ, ubi ſedens cum mitra oblato ſibi libro, & candela, legit tertium Gradule, vel tertium Alleluja, *ſi ſit infra octavam Pentecoſtes. Interim a choro cantatur ipſum Graduale, vel* Alleluja. *Quo finito, ſurgit Pontifex, depoſita mitra, & verſus ad altare cantat quartam Collectam. Tum ſedet, reaſſumpta mitra, & cantatur quarta Lectio. Interim accedunt duo capellani cum libro, & candela ante Pontificem, qui ex eo legit Lectionem ipſam. Quibus dictis, Pontifex revertitur ad faldiſtorium, ante altare, ubi ſedet cum mitra. Acolythi verò vocantur per Archidiaconum.*

Accedant qui ordinandi ſunt ad officium Acolythorum.

Et mox nominantur per notarium, ut ſupra. Quibus coram Pontifice cum candelis in manibus genuflexis, Pontifex admonet eos, dicens.

Suſcepturi, filij chariſſimi, officium Acolythorum, penſate

sate quod suscipitis. Acolythum etenim oportet ceroferarium ferre; luminaria Ecclesiæ accendere; vinum, & aquam ad Eucharistiam ministrare. Studete igitur susceptum officium digne implere. Non enim Deo placere poteritis, si lucem Deo manibus præferentes, operibus tenebrarum inserviatis, & per hoc aliis exempla perfidiæ præbeatis. Sed sicut veritas dicit: Luceat lux vestra coram hominibus; ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Et sicut Apostolus Paulus ait: In medio nationis pravæ, & perversæ, lucete sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Sint ergo lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, ut filij lucis sitis. Abjiciatis opera tenebrarum, & induamini arma lucis. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Ut filij lucis ambulate. Quæ sit vero ista lux, quam tantopere inculcat Apostolus, ipse demonstrat, subdens. Fructus enim lucis est in omni bonitate; & justitia, & veritate. Estote igitur solliciti, in omni justitia, bonitate, & veritate, ut, & vos, & alios, & Dei Ecclesiam illuminetis. Tunc etenim in Dei sacrificio digne vinum suggeretis, & aquam, si vos ipsi Deo sacrjficium per castam vitam, & bona opera oblati fueritis. Quod vobis Dominus concedat per misericordiam suam.

Post hæc Pontifex accipit, & tradit omnibus candelabrum cum candela extincta, quod successivè manu dextera singuli sangant, Pontifice dicente.

Accipite ceroferarium, cum cereo, & sciatis vos ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari, in nomine Domini. ℟. Amen.

Tunc accipit, & tradit eis urceolum vacuum; quem similiter tangere debent; dicens communiter omnibus.

Accipite urceolum, ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi, in nomine Domini. ℟. Amen.

Postea, eis genuflexis permanentibus, Pontifex stans cum mitra versus ad eos, dicit.

Deum Patrem omnipotentem, fratres chariſſimi, ſuppliciter deprecemur, ut hos famulos ſuos bene † dicere dignetur in ordine Acolythorum; quatenus lumen viſibile manibus præferentes, lumen quoque ſpirituale moribus præbeant: adjuvante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum eo, & Spiritu ſancto vivit, & regnat Deus &c.

Tum Pontifex ad altare ſe converſus, depoſita mitra, ſtans, dicit. Oremus. *Et miniſtri.* Flectamus genua. Levate. *Et mox Pontifex converſus ad eoſdem genuflexos, dicit.*

Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui per Jeſum Chriſtum, Filium tuum Dominum noſtrum, & Apoſtolos ejus in hunc mundum lumen claritatis tuæ misiſti, quique ut mortis noſtræ antiquum aboleres chirographum, glorioſiſſimæ illum crucis vexillo affigi, ac ſanguinem, & aquam ex latere illius pro ſalute generis humani effluere voluiſti, bene † dicere dignare hos famnlos tuos in Officium Acolythorum, ut ad accendendum lumen Eccleſiæ tuæ, & ad ſuggerendum vinum, & aquam ad conficiendum ſanguinem Chriſti Filij tui in offerenda Euchariſtia, ſanctis altaribus tuis fideliter ſubminiſtrent. Accende, Domine, mentes eorum, & corda ad amorem gratiæ tuæ, ut illuminati vultu ſplendoris tui, fideliter tibi in ſancta Eccleſia deſerviant. Per eumdem Chriſtum Dominum &c.

Oremus. Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, qui ad Moyſen, & Aaron locutus es, ut accenderentur lucernæ in tabernaculo teſtimonii, benetdicere dignare hos famulos tuos, ut ſint Acolythi in Eccleſia tua. Per Dominum &c.

Oremus. Omnipotens ſempiterne Deus, fons lucis & origo bonitatis, qui per Jeſum Chriſtum Filium tuum, lumen verum, mundum illuminaſti, ejuſque paſſionis myſterio redemiſti, bene † dicere dignare hos famulos tuos, quos

in

Digitized by Google

in officium Acolythorum consecramus, poscentes clementiam tuam, ut eorum mentes, & lumine scientiæ illustres, & pietatis tuæ rore irriges; ut ita acceptum ministerium, te auxiliante, peragant, qualiter ad æternam remunerationem pervenire mereantur. Per eumdem Christum Dominum &c.

Post hæc, suggerente Archidiacono, ordinati redeunt ad loca sua.

DE SACRIS ORDINIBUS IN GENERE.

Sacri, & majores Ordines sunt, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus, ad quos ordinati omnes debent communicare, ideo parentur pro eorum numero hostiæ parvæ consecrandæ.

DE ORDINATIONE SUBDIACONI.

Pro ordinatione Subdiaconorum, parentur Calix vacuus, cum Patena superposita, Urceoli cum manutergio, & liber Epistolarum.

A Colythis ordinatis, Pontifex reassumpta mitra, accedit ad sedem suam, vel ad faldistorium ad cornu Epistolæ, ubi sedens cum mitra, oblato sibi libro, & candela, legit quartum Graduale; vel quartum Alleluja, *si sit infra octavam Pentecostes; interim à choro cantantur ipsum Graduale, vel* Alleluja. *Quo finito, surgit Pontifex, deposita mitra, & versus ad altare cantat quintam Collectam.*

Tum sedet, reassumpta mitra. & cantatur quinta Lectio. Interim accedunt duo capellani cum libro, & candela ante Pontificem, qui ex eo legit Lectionem ipsam. Quibus dictis, Pontifex revertitur ad sedem suam, ante medium altaris; & Archidiaconus versus ad ordinandos, dicit.

Accedant qui ordinandi sunt Subdiaconi.

Et notarius unumquemque illorum vocat, dicens. N. ad titulum Ecclesiæ N. N. ad titulum patrimonij sui. Frater N. professus ordinis N. ad titulum paupertatis.

Et sic de aliis; & quilibet vocatus, dicit. Adsum, *& accedit versus Episcopum.* De-

Digitized by Google

Debet autem quilibet ordinandorum in Subdiaconum indutus esse amictu, non tamen super caput, alba, & cingulo, habere manipulum in manu sinistra, tunicellam super brachio sinistro, & candelam in manu dextra.

Omnibus autem in Subdiaconos ordinandis competenti spatio coram Pontifice stantibus, Pontifex cum mitra sedens admonet eos, (nisi omnes sint religiosi, quia tunc ista admonitio omittitur) dicens.

Filii dilectissimi, ad sacrum Subdiaconatus Ordinem promovendi, iterum atque iterum considerare debetis attentè, quod onus hodie ultro appetitis. Hactenus enim liberi estis, licetque vobis pro arbitrio ad sæcularia vota transire; quod si hunc Ordinem susceperitis, amplius non licebit a proposito resilire, sed Deo, cui servire regnare est, perpetuo famulari; & castitatem, illo adjuuante, servare oportebit; atque in Ecclesiæ ministerio semper esse mancipatos. Proinde, dum tempus est, cogitate, &, si in sancto proposito perseverare placeat, in nomine Domini, huc accedite.

Illis tunc accedentibus, & coram Pontifice genuflexis, Archidiaconus vocat cæteros ordinandos, dicens.

Accedant qui ordinandi sunt Diaconi, & Presbyteri.

Quibus accedentibus, Archidiaconus ordinat eos, videlicet, Diaconandos paratos amictu, alba, cingulo, & manipulo, stolam in manu sinistra dalmaticam super brachium sinistrum & candelam in manu dextra tenentes, contra cornu Epistolæ altaris, faciebus altari versis; & Presbyterandos paratos amictu, alba, cingulo, manipulo, stola in modum Diaconi, planetam super brachium sinistrum, manipulam, albam manu sinistra, & candelam dextra tenentes contra faciem Pontificis, at medium altaris, faciebus similiter altari versis. Quibus sic ordinatis, Pontifex mitram in capite tenens procumbit super faldistorium, in superiori grado, sive plano altaris paratum, & omnes ordinandi in locis super tapetia prosternunt se; ministri vero,

Digitized by Google

verò, & alij aſtantes genuflectunt, & ſchola inchoat Litanias, choro reſpondente, vel ſi officium fiat ſine cantu, Pontifex dicit, miniſtris, & capellanis reſpondentibus.

KYrie eleiſon. Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon. Chriſte audi nos, Chriſte exaudi nos.

Pater de cælis Deus, Miſerere nobis. Fili Redemptor mundi Deus. Spiritus ſancte Deus. Sancta Trinitas unus Deus. Sancta Maria, Ora pro nobis. Sancta Dei Genitrix ora. Sancta Virgo Virginum. Sancte Michael. Sancte Gabriel. Sancte Raphael. Omnes ſancti Angeli, & Archangeli, orate. Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines, orate. Sancte Joannes Baptiſta. Omnes ſancti Patriarchæ, & Prophetæ, orate. Sancte Petre, ora. Sancte Paule. Sancte Andrea. Sancte Jacobe. Sancte Joannes. Sancte Thoma. Sancte Jacobe. Sancte Philippe. Sancte Bartholomæe. Sancte Matthæe. Sancte Simon. Sancte Thadæe. Sancte Matthia. Sancte Barnaba. Sancte Luca. Sancte Marce. Omnes ſancti Apoſtoli, & Evangeliſtæ, orate. Omnes ſancti Diſcipuli Domini, orate. Omnes ſancti Innocentes, orate. Sancte Stephane, ora. Sancte Laurenti. Sancte Vincenti. Sancti Fabiane, & Sebaſtiane orate. Sancti Joannes & Paule, orate. Sancti Coſma & Damiane, orate. Sancti Gervaſi & Prothaſi, orate. Omnes ſancti Martyres orate. Sancte Silveſter, ora. Sancte Gregorii. Sancte Ambroſi. Sancte Auguſtine. Sancte Hieronyme. Sancte Martine, Sancte Nicolae. Omnes ſancti Pontifices, & Confeſſores, orate. Omnes ſancti Doctores, orate. Sancte Benedicte ora. Sancte Antoni. Sancte Bernarde. Sancte Dominice. Sancte Franciſce. Omnes ſancti Sacerdotes, & Levitæ, orate. Omnes ſancti Monachi, & Eremitæ, orate. Sancta Maria Magdalena, ora. Sancta Agatha. Sancta Lucia. Sancta Agnes. Sancta Cæcilia. Sancta Catharina. Sancta Anaſtaſia. Omnes ſanctæ Virgines & Viduæ, orate. Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercedite pro nobis. Propitius eſto, Parce

Parce nobis Domine. Propitius esto, Exaudi nos Domine. Ab omni malo, Libera nos Domine. Ab omni peccato, Libera. Ab ira tua. A subitanea & improvisa morte. Ab insidijs diaboli. Ab ira, & odio, & omni mala voluntate. A spiritu fornicationis. A fulgure & tempestate. A morte perpetua. Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ. Per adventum tuum. Per Nativitatem tuam. Per Baptismum, & sanctum Jejunium tuum. Per Crucem, & Passionem tuam. Per mortem, & sepulturam tuam. Per sanctam Resurrectionem tuam. Per admirabilem Ascensionem tuam. Per Adventum Spiritus sancti paracleti. In die Judicij. Peccatores, Te rogamus audi nos. Ut nobis parcas, Te rogamus. Ut nobis indulgeas. Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris. Ut Ecclesiam tuam sanctam regere, & conservare digneris. Ut Domnum Apostolicum, & omnes Ecclesiasticos ordines in sancta religione conservare digneris. Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris. Ut Regibus, & Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare digneris. Ut cuncto populo Christiano pacem & unitatem largiri digneris. Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare, & conservare digneris. Ut mentes nostras ad cælestia desideria erigas. Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna buona retribuas. Ut animas nostras, fratrum, propinquorum & benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias. Ut fructus terræ dare, & conservare digneris. Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris.

Hic datur benedictio, sanctificatio, & consecratio per Pontificem rebus consecrandis, ut infra in locis propriis dicetur. Ut nos exaudire digneris. Te rogamus. Fili Dei. Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis. Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyrie eleison, Christe eleison. Kyrie ele-

Digitized by Google

eleiſon. *Poſtquam autem dictum fuerit in Litaniis.* Ut omnibus fidelibus defunctis, &c. ℟. Te rogamus audi nos.

Surgit Pontifex cum mitra ab accubitu, & ſe ad ordinandos vertens, & baculum paſtoralem in ſiniſtra manu tenens, ordinandis proſtratis manentibus, dicit.

Ut hos electos benet dicere digneris. ℟. Te rogamus audi nos.

Secundo dicit. Ut hos electos bene † dicere, & ſancti † ficare digneris. ℟. Te rogamus audi nos.

Tertio dicit. Ut hos electos bene † dicere, ſanctificare, & conſe † crare digneris. ℟. Te rogamus audi nos.

Tum iterum ſuper faldiſtorium procumbit, ſchola perficiente Litanias. Ut nos exaudire digneris, *uſque ad finem. Quibus finitis, Pontifex ſurgens cum mitra ſedet ſuper faldiſtorium ante medium altaris, & Archidiaconus dicit alta voce.*

Recedant in partem, qui ordinandi ſunt Diaconi, & Presbyteri.

Quibus ad aliquem locum idoneum, unde Pontificem celebrantem videre poſſint, tranſeuntibus, ad ordinationem Subdiaconorum proceditur. Illis itaque coram pontifice, per ordinem, in modum coronæ, genuflexis, Pontifex admonet eos, dicens.

Adepturi, filij dilectiſſimi, officium Subdiaconatus ſedulo attendite, quale miniſterium vobis traditur. Subdiaconum enim opòrtet aquam ad miniſtèrium altàris præparare; Diàcono miniſtràre; pallas altàris, & corporàlia ablùere; Calicem, & Patenam in uſum ſacrificii eidem offere. Oblationes quæ veniunt in altare, panes propoſitionis vocantur. De ipſis oblationibus tantum debet in altare poni, quantum populo poſſit ſufficere, ne aliquid putridum in ſacrario remaneat. Pallæ, quæ ſunt in ſubſtratorio altaris, in alio vaſe debent lavari, & in alio corporales pallæ. Ubi autem corporales pallæ lotæ fuerint; nullum aliud linteamen debet lavari, ipſaque lotionis aqua in baptiſterium debet vergi. Studete

itaque, ut ista visibilia ministeria quæ diximus; nitidè & diligentissime complentes, invisibilia horum exemplo perficiatis. Altare quidem sanctæ Ecclesiæ ipse est Christus, teste Joanne, qui in Apocalypsi sua altare aureum se vidisse perhibet, stans ante thronum, in quo, & per quem, oblationes fidelium Deo Patri consecrantur. Cujus altaris pallæ & corporalia sunt membra Christi, scilicet fideles Dei, quibus Dominus quasi vestimentis pretiosis circumdatur, ut ait Psalmista, Dominus regnavit, decorem indutus est. Beatus quoque Joannes in Apocalypsi vidit Filium hominis præcinctum zona aurea, id est, sanctorum caterva. Si itaque humana fragilitate contingat in aliquo fideles maculari: præbenda est à vobis aqua cælestis doctrinæ, qua purificati, ad ornamentum altaris, & cultum divini sacrificij redeant. Estote ergo tales, qui sacrificijs redeant. Estote ergo tales, qui sacrificijs divinis, & Ecclesiæ Dei, hoc est, corpori Christi digne servire valeatis, in vera & catholica fide fundati; quoniam, ut ait Apostolus, Omnes quod non est ex fide, peccatum est, schismaticum est, & extra vnitatem Ecclesiæ est. Et ideo, si usque nunc fuistis tardi ad Ecclesiam, amodo debetis esse assidui. Si usque nunc somnolenti, amodo vigiles. Si usque nunc ebriosi, amodo sobrii. Si usque nunc inhonesti, amodo casti. Quod ipse vobis præstare dignetur, qui vivit, & regnat Deus in sæcula sæculorum &c.

Deinde Pontifex accipit, & tradit omnibus Calicem vacuum, cum Patena vacua superposita, quem successive manu dextera singuli tangunt, Pontifice dicente.

Videte cujus ministerium vobis traditur; ideo vos admoneo, ut ita vos exhibeatis, ut Deo placere possitis.

Et Archidiaconus accipit, & tradit eis urceolos cum vino, & aqua, ac bacile cum manutergio, quæ omnia similiter tangere debent.

Postea surgit Pontifex, & versus ad populum stans cum mitra, dicit.

Ore-

Digitized by Google

Oremus Deum, ac Dominum noſtrum fratres chariſſimi, ut ſuper hos ſervos ſuos, quos ad Subdiaconatus officium vocare dignatus eſt, infundat bene † dictionem ſuam, & gratiam, ut in conſpectu ejus fideliter ſervientes, prædeſtinata ſanctis præmia conſequantur, Adjuvante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum eo vivit, & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus &c.

Tum depoſita mitra, converſus ad altare Pontifex, dicit, Oremus. *Et miniſtri.* Flectamus genua. ℟. Levate. *Et mox Pontifex verſus ad ordinandos genuflexos, dicit ſine mitra.*

Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, bene † dicere dignare hos famulos tuos, quos ad Subdiaconatus officium eligere dignatus es; ut eos in ſacrario tuo ſancto ſtrenuos, ſollicitoſque cæleſtis militiæ inſtituas excubitores, ſanctiſque altaribus tuis fideliter ſubminiſtrent; & requieſcat ſuper eos Spiritus ſapientiæ, & intellectus; Spiritus conſilij, & fortitudinis; Spiritus ſcientiæ, & pietatis; & repleas eos Spiritu timoris tui; & eos in miniſterio divino confirmes, ut obedientes facto, ac dicto parentes, tuam gratiam conſequantur. Per Dominum &c.

Tum Pontifex ſedens, accepta mitra, amictum qui in collo ordinandorum jacet, imponit ſuper caput ſingulis, dicens.

Accipe amictum, per quem deſignatur caſtigatio vocis. In nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti ℟. Amen.

Tum immittit manipulum in ſiniſtrum brachium cuilibet, dicens. Accipe manipulum, per quem deſignantur fructus bonorum operum. In nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti. ℟. Amen.

Poſt hæc induit quemlibet tunica, & ſi tantum unica ſit, immittit illam cuilibet ſolum uſque ad ſcapulas, ac retrahens poſtremum totaliter induit, dicens cuilibet.

Tunica jucunditatis, & indumento lætitiæ induat te Dominus. In nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti. ℟. Amen.

Postea accipit, & tradit omnibus librum Epistolarum, manu dextera ipsum simul tangentibus, dicens.

Accipite librum Epistolarum, & habete potestatem legendi eas in Ecclesia sancta Dei, tam pro vivis, quam pro defunctis. In nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † sancti, ℟. Amen.

Omnibus expeditis, suggerente Archidiacono, ordinati redeunt ad loca sua, unus tamen de noviter ordinatis, tunica indutus dicet Epistolam suo tempore.

DE ORDINATIONE DIACONI.

SUbdiaconis ordinatis, Pontifex, reassumpta mitra, accedit ad sedem suam, vel ad faldistorium, ad cornu Epistolæ, ubi sedens cum mitra, oblato sibi libro & candela, legit Hymnum. Benedictus es, *vel* Alleluja, *cum versu* Benedictus es, *si sit infra octavam Pentecostes. Interim cantatur à choro dictus Hymnus, vel* Alleluja, *cum suo versu ut supra. Quo finito, surgit Pontifex, deposita mitra, & versus ad altare, dicit in competenti tono* Gloria in excelsis Deo, *si sit infra octavam Pentecostes, quod dum a choro perficitur, sedet cum mitra. Quo finito, deposita mitra surgit, & versus ad populum dicit,* Pax vobis, *vel* Dominus vobiscum, *si* Gloria in excelsis, *non sit dicendum, & conversus ad altare cantat Orationem Missæ dici, cum Oratione pro ordinatis, & ordinandis, sub uno,* Per Dominum nostrum, *videlicet.*

Oremus. Exaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, & devoto tibi pectore famulantes perpetua defensione custodi, ut nullis perturbationibus impediti, liberam servitutem tuis semper exhibeamus officijs. Per Dominum &c.

Finita oratione, sedet Pontifex, reassumpta mitra, & oblato sibi libro & candela, legit Epistolam. Interim per unum ex Subdiaconis noviter ordinatis cantatur Epistola. Qua finita, surgit Pontifex, & accedit ad faldistorium ante altare

cum

Digitized by Google

cum mitra, & ibi sedet. Promovendi vero ad ordinem Diaconatus per Archidiaconum vocantur, dicendo.

Accedant, qui ordinandi sunt ad Diaconatum.

Et mox singulatim nominantur per notarium. nulla tamen facta mentione de titulo. Eis igitur amictu, alba, cingulo, & manipulo paratis, ac stolam in sinistra manu, & candelam in dextera, ac dalmaticam super brachium sinistrum tenentibus, & in modum corone coram Pontifice genuflexis, Archidiaconus offerens illos Pontifici, dicit.

Reverendissime pater, postulat sancta mater Ecclesia Catholica, ut hos præsentes Subdiaconos ad onus Diaconii ordinetis.

Pontifex interrogat, dicens. Scis illos dignos esse? *Respondet Archidiaconus.* Quantum humana fragilitas nosse sinit, & scio, & testificor ipsos dignos esse ad hujus onus officij. *Et Pontifex dicit.* Deo gratias.

Et ad eorum ordinationem procedit. In primis Pontifex cum mitra sedens, clero, & populo annuntiat, dicens.

Auxiliante Domino Deo, & Salvatore nostro Jesu Christo, eligimus hos præsentes Subdiaconos in ordinem Diaconii. Si quis habet aliquid contra illos, pro Deo, & propter Deum cum fiducia exeat, & dicat; veruntamen memor sit conditionis suæ.

Et facta aliquali mora, Pontifex convertens sermonem suum ad ordinandos, admonet eos, dicens.

Provehendi, filii dilectissimi, ad Leviticum ordinem cogitate magnopere, ad quantum gradum Ecclesiæ ascenditis. Diaconum enim oportet ministrare ad altare; baptizare, & prædicare. Sane in veteri lege ex duodecim una Tribus Levi electa est, quæ speciali devotione tabernaculo Dei, ejusque sacrificiis, ritu perpetuo deserviret. Tantaque dignitas ipsi concessa est, quod nullus, nisi ex ejus stirpe ad divinum illum cultum, atque officium ministraturus assurgeret; adeo, ut

grandi

grandi quodam privilegio hereditatis, & Tribus Domini esse mereretur, & dici: quorum hodie, filii dilectissimi, & nomen; & officium tenetis, quia in ministerium tabernaculi testimonij, id est, Ecclesiæ Dei, eligimini in Levitico officio, quæ semper in procinctu posita, incessabili pugna contra inimicos dimicat, unde ait Apostolus, Non est nobis colluctatio adversus carnem, & sanguinem: sed adversus principes, & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cælestibus. Quam Ecclesiam Dei, veluti tabernaculum, portare, & munire debetis ornatu sancto, prædicata divino, exemplo perfecto. Levi quippe interpretatur additus, sive assumptus. Et vos, filij dilectissimi, qui ab hereditate paterna nomen accipitis, estote assumpti a carnalibus desiderijs, a terrenis concupiscentijs, quæ militant adversus animam; estote nitidi, mundi, puri, casti, sicut decet ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, ut digne addamini ad numerum Ecclesiastici gradus; ut hereditas, & Tribus amabilis Domini esse mereamini. Et quia comministri, & cooperatores estis corporis, & sanguinis Domini, estote ab omni illecebra carnis alieni, sicut ait Scriptura, Mundamini, qui fertis vasa Domini. Cogitate beatum Stephanum, merito præcipuæ castitatis ab Apostolis ad officium istud electum. Curate, ut quibus Evangelium ore annuntiatis, vivis operibus exponatis, ut de vobis dicatur, Beati pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona. Habete pedes vestros calceatos Sanctorum exemplis, in præparatione Evangelij pacis. Quod vobis Dominus concedat per gratiam suam. ℟. Amen.

Deinde, si non sint ordinati Subdiaconi, ordinandi omnes prosternunt se, ubi genuflectebant, & Pontifice ante faldistorium suum genuflectente, dicuntur Litaniæ, & ordinandi per Pontificem benedicuntur, prout supra in ordinatione Subdiaconi dictum est. Post hæc ordinandis ab accubitu surgen-

Digitized by Google

gentibus, genuflexis tamen manentibus, Pontifex sedens in faldistorio cum mitra, intelligibili voce alloquitur clerum, & populum, dicens.

Commune votum, communis oratio prosequatur; ut hi totius Ecclesiæ prece, qui ad Diaconatus, ministerium præparantur, Leviticæ bene † dictionis ordine clarescant, & spirituali conversatione præfulgentes, gratia sanctificationis eluceant; præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit, ℟. Amen.

Deinde surgens cum mitra Pontifex, stans versus ad ordinandos dicit, alta voce legendo.

Oremus, fratres charissimi, Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos, quos ad officium Diaconatus dignatur assumere, benedictionis suæ gratiam clementer effundat, eisque consecrationis indultæ propitius dona conservet, & preces nostras clementer exaudiat; ut quæ nostro gerenda sunt ministerio, suo benignus prosequatur auxilio; & quos sacris mysterijs exequendis pro nostra intelligentia credimus offerendos, sua bene † dictione sanctificet, & confirmet. Per unigenitum Filium suum Dominum &c.

Deinde, deposita mitra, extensis manibus ante pectus, dicit. Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominum. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro. ℟. Dignum, & justum est.

Vere dignum, & justum est, æquum, & salutare: nos tibi semper, & ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, Honorum dator, ordinumque distributor, atque officiorum dispositor, qui in te manens innovas omnia, & cuncta disponis, per verbum, virtutem, sapientiamque tuam Jesum Christum filium tuum Dominum nostrum, sempiterna providentia præparas, & singulis quibusque temporibus aptanda dispensas. Cujus corpus, Ecclesiam.

fiam videlicet tuam cæleſtium gratiarum varietate diſtinctam, ſuorumque connexam diſtinctione membrorum, per legem mirabilem totius compaginis unitam, in augmentum templi tui creſcere, dilatarique largiris; ſacri muneris ſervitutem trinis gradibus miniſtrorum nomini tuo militare conſtituens; electis ab initio Levi filijs, qui in myſticis operationibus domus tuæ fidelibus excubijs permanentes, hereditatem benedictionis æternæ ſorte perpetua poſſiderent. Super hos quoque famulos tuos, quæſumus, Domine, placatus intende, quos tuis ſacris altaribus ſervituros in officium Diaconatus ſuppliciter dedicamus. Et nos quidem tanquam homines divini ſenſus, & ſummæ rationis ignari, horum vitam, quantum poſſumus, æſtimamus. Te autem, Domine, quæ nobis ſunt ignota non tranſeunt, te occulta non fallunt. Tu cognitor es ſecretorum; tu ſcrutator es cordium. Tu horum vitam cæleſti poteris examinare judicio quo ſemper prævales, & admiſſa purgare, & ea quæ ſunt agenda, concedere.

Hic ſolus Pontifex manum dexteram extendens, ponit ſuper caput cuilibet ordinando: & nullus alius, quia non ad Sacerdotium, ſed ad miniſterium conſecrantur, dicens ſingulis.

Accipe Spiritum ſanctum, ad robur, ad reſiſtendum diabolo, & tentationibus ejus. In nomine Domini.

Poſtea proſequitur in primo tono, extenſam tenens manum dexteram, uſque in finem præfationis.

Emitte in eos, quæſumus, Domine, Spiritum ſanctum quo in opus miniſterij tui fideliter exequendi ſeptiformis gratiæ tuæ munere roborentur. Abundet in eis totius forma virtutis, auctoritas modeſta, pudor conſtans, innocentiæ puritas, & ſpiritualis obſervantia diſciplinæ. In moribus eorum præcepta tua fulgeant; ut ſuæ caſtitatis exemplo imitationem ſanctam plebs acquirat; & bonum conſcientiæ teſtimonium præferentes, in Chriſto firmi, & ſtabiles perſeverent; digniſque ſucceſſibus de inferiori gradu per gratiam tuam capere potiora mereantur.

Quod

Quod sequitur, dicit submissa voce legendo ita tamen quod à circumstantibus possit audiri. Per eumdem Dominum &c.

Post hæc Pontifex sedens cum mitra cuilibet ordinando ante se genuflexo, stolam, quam singuli in manu habent, imponit successive super humerum sinistrum, dicens singulis.

Accipe stolam ✝ candidam de manu Dei; adimple ministerium tuum, potens enim est Deus, ut augeat tibi gratiam suam. Qui vivit & regnat in sæcula sæculorum ℟. Amen.

Faciens super quemlibet eorum signum crucis, & ministri reflectent capita stolæ, & alligent sub brachio dextro.

Post hæc Pontifex accipiens dalmaticam, induit ea quemlibet successive, usque ad humeros, & sic fit usque ad ultimum, quem ea totaliter induit; & hoc, si una tantum sit dalmatica. Si veo quilibet suam habet, tunc singulos sua totaliter induit, dicens cuilibet.

Induat te Dominus indumento salutis, & vestimento lætitiæ, & dalmatica justitiæ circumdet te semper. In nomine Domini. ℟. Amen.

Postremo Pontifex accipit, & tradit omnibus librum Evangeliorum, quem manu dextera tangunt, dicens.

Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesia Dei, tam pro vivis, quam pro defunctis, In nomine Domini. ℟. Amen.

Quo facto, Pontifex stans ad altare conversus dicit, sine mitra. Oremus. *Et ministri.* Flectamus genua. Levate.

Et vertens se ad ordinatos, dicit. Exaudi Domine, preces nostras, & super hos famulos tuos Spiritum tuæ bene ✝ dictionis emitte; ut cælesti munere ditati, & tuæ majestatis gratiam possint acquirere, & bene vivendi aliis exemplum præbere. Per Dominum &c.

Oremus. Domine sancte, Pater fidei, spei, & gratiæ, & profectuum remunerator, qui in cælestibus, & terrenis Angelorum ministerijs ubique dispositis, per omnia elementa

Digitized by Google

voluntatis tuæ diffundis effectum, hos quoque famulos tuos spirituali dignare illustrare affectu; ut tuis obsequijs expediti, sanctis altaribus tuis ministri puri accrescant, & indulgentia tua puriores, eorum gradu, quos Apostoli tui in septenarium numerum, beato Stephano duce ac prævio, Spiritu sancto auctore, elegerunt, digni existant, & virtutibus universis quibus tibi servire oportet instructi, tibi complaceant. Per Dominum &c.

Deinde, cum tempus fuerit, aliquis de noviter ordinatis dalmatica indutus Evangelium dicet. Ordinati autem statim, suggerente Archidiacono, redeunt ad loca sua.

DE ORDINATIONE PRESBYTERI.

Pro ordinatione Presbyterorum parentur oleum Catechumenorum; Calix cum vino, & aqua; Patena, & hostia desuper posita; medulla panis, & bacile cum buccali pro manibus abluendis, quas singuli ad suas mappulas extergunt.

Diaconis ordinatis, *Pontifex ad sedendum in sede sua, vel in faldistorio in plano juxta cornu Epistolæ accedit, & cantatur Tractus, usque ad ultimum versum exclusivè; vel si sit infra octavam Pentecostes, Tractus, & Sequentia, usque ad ultimum versum, exclusive. Interim accedunt duo capellani cum libro, & candela ante Pontificem, qui ex eo legit ipsum Tractum, & Sequentiam, usque ad ultimum versum, exclusive. Deinde Pontifex cum mitra revertitur ante altare, ubi sedet super faldistorium.*

Tunc Archidiaconus vocat ordinandos voce intelligibili, dicens.

Accedant, qui ordinandi sunt ad ordinem Presbyteratus.

Et mox nominatim leguntur per notarium, prout suprà dictum est, nulla tamen de titulo facta mentione. Tunc illi more Diaconorum parati, amictu, alba, cingulo, stola, & manipulo, tenentes planetas super brachium sinistrum complicatas

& in

Digitized by Google

& in manu dextera candelas, ac mappulas albas pro ligandis & lavandis manibus, ad Pontificem accedunt, & coram eo in modum coronæ se disponunt. Tunc Archidiaconus præsentat ordinandos Pontifici, dicens.

Reverendissime pater, postulat sancta mater Ecclesia Catholica, ut hos præsentes Diaconos ad onus Presbyterij ordinetis.

Et Pontifex interrogat, dicens. Scis illos esse dignos?

Respondet Archidiaconus. Quantum humana fragilitas nosse sint, & scio, & testificor ipsos dignos esse ad hujus onus officii. *Pontifex dicit.* Deo gratias.

Et annunciat clero, & populo, dicens. Quoniam, fratres charissimi, rectori navis; & navigio deferendis eadem est, vel securitatis ratio, vel communis timoris; par eorum debet esse sententia, quorum causa communis existit. Neque enim fuit frustra a Patribus institutum, ut de electione illorum, qui ad regimen altaris adhibendi sunt, consulatur etiam populus: quia de vita, & conversatione præsentandi, quod nonnumquam ignoratur a pluribus, scitur a paucis; & necesse est, ut facilius ei, quis obedientiam exhibeat ordinato, cui assensum præbuerit ordinando. Horum siquidem Diaconorum in Presbyteros, auxiliante Domino, ordinandorum conversatio (quantum mihi videtur) probata, & Deo placita existit, & digna (ut arbitror) Ecclesiastici honoris augumento. Sed ne unum fortasse, vel paucos, aut decipiat assensio, vel fallat affectio, sententia est expetenda multorum. Itaque, quid de eorum actibus aut moribus noveritis, quid de merito sentiatis, libera voce pandatis; & his testimonium Sacerdotij magis pro merito, quam affectione aliqua, tribuatis. Si quis igitur habet aliquid contra illos, pro Deo, & propter Deum, cum fiducia exeat, & dicat. Veruntamen memor sit conditionis suæ.

Postea Pontifex, facta aliqua mora, convertens sermonem suum ad ordinandos admonet eos, dicens.

Digitized by Google

Confecrandi, filij dilectiſſimi, in Presbyteratus officium, illud digne ſuſcipere, àc ſuſceptum laudabiliter exequi ſtudeatis. Sacerdotem etenim oportet offerre, benedicere, præeſſe, predicare, & baptizare. Cum magno quippe timore ad tantum gradum aſcendendum eſt, ac providendum, ut cæleſtis ſapientia, probi mores, & diuturna juſtitiæ obſervatio ad id electos commendent. Vnde Dominus præcipiens Moyſi, ut ſeptuaginta viros de univerſo Iſrael in adjutorium ſuum eligeret, quibus Spiritus ſancti dona divideret ſuggeſſit; quos tu noſti, quod ſenes populi ſunt. Vos ſiquidem in ſeptuaginta viris, & ſenibus ſignati eſtis; ſi per Spiritum ſeptiformem, Decalogum legis cuſtodientes, probi, & maturi in ſcientia ſimiliter, & opere eritis. Sub eodem quoque myſterio, & eadem figura in novo Teſtamento Dominus ſeptuaginta duos elegit, ac binos ante ſe in prædicationem miſit; ut doceret verbo ſimul, & facto, miniſtros Eccleſiæ ſuæ, fide & opere debere eſſe perfectos; ſeu geminæ dilectionis, Dei ſcilicet, & proximi virtute fundatos. Tales itaque eſſe ſtudeatis, ut in adjutorium Moyſi; & duodecim Apoſtolorum, Epiſcoporum videlicet catholicorum, qui per Moyſen, & Apoſtolos figurantur, dignè, per gratiam Dei, eligi valeatis. Hac certe mira varietate Eccleſia ſancta circumdatur, ornatur, & regitur; cum alii in ea Pontifices, alii minoris ordinis Sacerdotes, Diaconi, & Subdiaconi, diverſorum ordinum viri conſecrantur: & ex multis, & alternæ dignitatis membris unum corpus Chriſti efficitur. Itaque filij dilectiſſimi, quos ad noſtrum adjutorium fratrum noſtrorum arbitrium conſecrandos elegit, ſervate in moribus veſtris, caſtæ & ſanctæ vitæ integritatem. Agnoſcite quod agitis; Imitamini quod tractatis, quatenus mortis Dominicæ myſterium celebrantes, mortificare membra veſtra à vitiis & concupiſcentijs omnibus procuretis. Sit doctrina veſtra ſpiritualis medicina populo Dei; Sit odor vitæ veſtræ delectamen-

Digitized by Google

mentum Ecclesiæ Christi; ut prædicatione, atque exemplo ædificetis domum, id est, familiam Dei, quatenus nec nos de vestra provectione, nec vos de tanti officij susceptione damnari à Domino, sed remunerari potius mereamur. Quod ipse nobis concedat per gratiam suam. ℟. Amen.

Si non sint factæ ordinationes Subdiaconorum, vel Diaconorum, dicitur Litania, ut supra in ordinatione Subdiaconorum dictum est.

Post hæc surgunt omnes, & ordinandis coram Pontifice binis, & binis successive genuflectentibus, Pontifex stans ante faldistorium suum cum mitra, & nulla oratione, nulloque cantu præmissis, imponit simul utramque manum super caput cujuslibet ordinandi successive, nihil dicens. Idemque faciunt post eum omnes Sacerdotes, qui adsunt, quorum tres, aut plures planetis, vel saltem cum stolis parati, si commodè fieri potest, esse deberent. Quo facto, tam Pontifex, quam Sacerdotes, tenent manus dexteras extensas super illos. Et Pontifex stans cum mitra dicit.

Oremus, fratres chariſſimi; Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos, quos ad Presbyterij munus elegit; cælestia dona multiplicet; & quod ejus dignatione suscipiunt, ipsius consequantur auxilio. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Pontifex, deposita mitra conversus ad altare, dicit. Oremus. *Et ministri.* Flectamus genua ℟. Levate.

Et mox conversus ad ordinandos, dicit. Exaudi nos, quæsumus, Domine Deus noster, & super hos famulos tuos benet dictionem sancti Spiritus, & gratiæ Sacerdotalis infunde virtutem; ut, quos tuæ pietatis aspectibus offerimus consecrandos, perpetua muneris tui largitate prosequaris. Per Dominum nostrum &c.

Tum extensis manibus ante pectus, dicit, Per omnia sæcula sæculorum ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et

cum

cum ſpititu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus ad Dominum. ℣. Gratias agamus Domino Deo noſtro. ℟. Dignum, & juſtum eſt.

Vere dignum, & juſtum eſt, æquum, & ſalutare: nos tibi ſemper & ubique gratias agere, Domine ſancte, Pater omnipotens æterne Deus, Honorum auctor, & diſtributor omnium dignitatum; per quem proficiunt univerſa; per quem cuncta firmantur, amplificatis ſemper in melius naturæ rationalis incrementis, per ordinem congrua ratione diſpoſitum. Unde & Sacerdotales gradus, atque officia Levitarum, Sacramentis myſticis inſtituta creverunt: ut cum Pontifices ſummos regendis populis præfeciſſes, ad eorum ſocietatis, & operis adjumentum, ſequentis ordinis viros, & ſecundæ dignitatis eligeres. Sic in eremo per ſeptuaginta virorum prudentium mentes, Moyſi ſpiritum propagaſti, quibus ille adjutoribus uſus, in populo innumeras multitudines facile gubernavit. Sic & in Eleazarum, & Ithamarum filios Aaron paternæ plenitudinis abundantiam transfudiſti; ut ad hoſtias ſalutares, & frequentioris officij Sacramenta miniſterium ſufficeret Sacerdotum. Hac providentia, Domine, Apoſtolis filij tui Doctores fidei comites addidiſti, quibus illi orbem totum ſecundis prædicationibus impleverunt. Quapropter infirmitati quoque noſtræ, Domine, quæſumus, hæc adjumenta largire; qui quanto fragiliores ſumus, tanto his pluribus indigemus. Da, quæſumus, omnipotens Pater, in hos famulos tuos Presbyterij dignitatem; innova in viſceribus eorum Spiritum ſanctitatis; ut acceptum a te, Deus, ſecundi meriti munus obtineant; cenſuramque morum exemplo ſuæ converſationis inſinuent. Sint providi cooperatores ordinis noſtri; eluceat in eis totius forma juſtitiæ, ut bonam rationem diſpenſationis ſibi creditæ reddituri, æternæ beatitudinis præmia conſequantur.

Quod ſequitur, legat ſubmiſſa voce, ita tamen, quod à circumſtantibus audiri poſſit.

Per

Digitized by Google

Per eumdem Dominum noſtrum Jeſu Chriſtum Filium tuum &c. ℟. Amen.

Pontifex ſedet, accepta mitra, & reflectit orarium, ſive ſtolam ab humero ſiniſtro cujuslibet, capiens partem, quæ retro pendet, & imponens ſuper dexterum humerum, aptat eam ante pectus, in modum crucis, ſingulis dicens.

Accipe jugum Domini, jugum enim ejus ſuave eſt, & onus ejus leve.

Poſtea imponit cuilibet ſucceſſive caſulam uſque ad ſcapulas, quam quilibet teneant ſuper humeros complicatam, a parte anteriori deorſum dependentem, ſingulis dicens.

Accipe veſtem Sacerdotalem, per quam charitas intelligitur; potens eſt enim Deus, ut augeat tibi charitatem, & opus perfectum. ℟. Deo gratias.

Surgit Pontifex ſine mitra, & omnibus genuflectentibus, dicit.

Deus ſanctificationum omnium auctor, cujus vera conſecratio, plenaque benedictio eſt, tu Domine, ſuper hos famulos tuos, quos ad Presbyterij honorem dedicamus, munus tuæ benedictionis infunde, ut gravitate actuum, & cenſura vivendi probent ſe ſeniores, his inſtituti diſciplinis, quas Tito, & Timotheo Paulus expoſuit; ut in lege tua die ac nocte meditantes, quod legerint, credant; quod crediderint, doceant; quod docuerint, imitentur; juſtitiam, conſtantiam, miſericordiam, fortitudinem, ceteraſque virtutes in ſe oſtendant; exemplo præbeant; admonitione confirment; ac purum & immaculatum miniſterij ſui donum cuſtodiant; & in obſequium plebis tuæ, panem & vinum in corpus & ſanguinem filij tui immaculata benedictione transforment; & inviolabili charitate in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, in die juſti & æterni judicii Dei conſcientia pura, fide vera, Spiritu ſancto pleni reſurgant. Per eumdem Dominum noſtrum &c.

Tunc Pontifex ſine mitra ante altare converſus, flexis genibus incipit alta voce, ſchola proſequente hymnum. Veni

VEni creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti pectora.

Surgit Pontifex, & facit, ut in fine hymni habetur: interim schola prosequitur Hymnum; qui si propter ordinandorum multitudinem necesse fuerit, repetatur, omisso primo versu.

Qui diceris Paraclitus,
Altissimi Dei Donum,
Fons vivus, ignis, charitas,
Et spiritualis unctio.
Tu septiformis munere,
Digitus paternæ dexteræ,
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis,
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus,
Ductore sic te prævio
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium,
Te utriusque Spiritum,
Credamus omni tempore.
Deo Patri sit gloria.
Et Filio qui a mortuis.
Surrexit, ac Paraclito,
In sæculorum sæcula.

Dicto primo versu; surgit Pontifex, & sedet in faldistorio cum mitra; & depositis chirothecis, & annulo Pontificali reassumpto, ponitur ei gremiale, sive mappula super gremium, & singuli ordinandi successive coram eo genua flectunt; & Pontifex cum oleo cathecumenorum inungit unicuique ambas manus simul junctas, in modum crucis, producendo cum pollice suo dextero in dictum oleum intincto duas lineas, videlicet a pollice dextræ manus usquè ad indicem sinistræ, & à pollice sinistræ usque ad indicem dexteræ, ungendo mox totaliter palmas; dicens, dum quemlibet inungit.

Consecrare, & sanctificare digneris, Domine; manus istas per istam unctionem, & nostram bene † dictionem. ℟. Amen.

Pontifex producit manu dextera signum crucis super manus illius quem ordinat, & prosequitur.

Ut quæcumque benedixerint, benedicantur; & quæcum-

Digitized by Google

cumque consecraverint, consecrentur, & sanctificentur, in nomine Domini nostri Jèsu Christi.

Et quilibet ordinandus respondet. Amen.

Tum Pontifex claudit, seu jungit manus cuilibet successive, quas sic consecratas aliquis ministrorum Pontificis albo panniculo lineo simul, videlicet dexteram super sinistram alligat; & mox unusquisque ad ordinem suum redit; & sic clausas, & alligatàs manus tenet. Omnium manibus unctis, & consecratis, Pontifex pollicem mica panis tergit; tum tradit cuilibet successive Calicem cum vino, & aqua & Patenam superpositam cum Hostia, & ipsi illam accipiunt inter indices & medios digitos, & cuppam Calicis & Patenam simul tangunt, Pontifice singulis dicente.

Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, Missaque celebrare, tam pro vivis, quam pro defunctis. In nonine Domini. ℟. Amen.

His peractis, Pontifex lavat manus cum medulla panis, & aqua lotionis hujusmodi projicitur in sacrarium; Deinde cum mitra revertitur ad sedem suam, vel ad faldistorium in cornu Epistolæ, in plano sibi paratum, ubi sedet cum mitra. Et chorus cantat ultimum versum Tractus, vel Sequentiæ, sive Alleluja. *Interim uccedunt duo capellani ante Pontificem cum libro & candela, qui ex eo legit dictum ultium versum Tractus, vel Sequentiæ sive* Alleluja, *legit etiam secrete* Munda cor meum, *atque Evangelium.*

Interea unus ex Diaconis noviter ordinàtis accedit ad altare cum textu Evangelij ante pectus, & dicit, Munda cor meum, &c. *& cantat Evangelium. Interim parantur per ministros Hostiæ super altare, pro numero ordinatorum in ordinibus sacris, qui omnes communicare debent, & proceditur in Missa ordine solito. Interea dum Offertorium cantatur, vel etiam prius, ordinati Sacerdotes poterunt lavare manus suas cum medulla panis, & aqua bene mundare, atque extergere*

mappulis illis, quibus ligatæ erant, & aqua ablutionis hujusmodi projiciatur in sacrarium.

Pontifex vero, Offertorio lecto, accepta mitra, vadit ad faldistorium ante medium altaris, & ibi sedens accipit Offertorium ab omnibus ordinandis, qui omnes accedunt bini, & bini ad Pontificem, coram quo genuflexi offerunt illi singulas candelas accensas, & osculantur ejus manum, primo Presbyteri; tum Diaconi successive, & alii suo ordine.

Accepto singulorum Offertorio, Pontifex lavat manus, & surgit sine mitra, ac tollitur faldistorium, & prosequitur Missam.

Presbyteri vero ordinati, post Pontificem, vel hinc, & inde, ubi magis commodum erit, in terra genuflexi habeant libros coram se, dicentes. Suscipe Sancte Pater, &c. *& omnia alia de Missa, prout dicit Pontifex: qui tamen bene advertat, quod secretas morose dicat, & aliquantulum alte, ita, ut ordinati Sacerdotes possint secum omnia dicere, & præsertim verba consecrationis, quæ dici debent eodem momento per ordinatos, quo dicuntur per Pontificem.*

Secreta pro ordinatis, quæ dicitur cum secreta Missæ dici sub uno. Per Dominum &c.

Tuis, quæsumus, Domine operare mysteriis, ut hæc tibi munera dignis mentibus offeramus. Per Dominum &c.

Cum Pontifex dixerit orationem. Domine Jesu Christe qui, &c. *oscalatur altare, & dat primo ex singulis ordinatis cujuslibet Ordinis sacri ad eum successive accedenti, & altare prius ad dexteram Pontificis deosculanti, pacem, dicens:* Pax tecum. *Cui ille respondet;* Et cum spiritu tuo.

Et quilibet illorum dat sequenti sui Ordinis secum ordinato, & ille alteri, & sic usque ad ultimum continuatur. Si autem ordinandorum parvus sit numerus, Pontifex poterit dare pacem singulis.

Postquam vero Pontifex se communicaverit, & totum

san-

Digitized by Google

sanguinem sumpserit, priusquam digitos abluat, accedunt ante altare Presbyteri, deinde Diaconi, tandem Subdiaconi: quibus ordinate dispositis, & genuflexis, Pontifex facta reverentia Sacramento, & aliquantulum versus cornu Evangelii se retrahens, ad eos se convertit, & singuli ex Diaconis, & Subdiaconis tantum dicunt submissa voce.

Confiteor Deo, &c. *Et si officium fiat in cantu, unus de noviter ordinatis illud cantat.*

Et Pontifex stans capite detecto, versus ad eos dicit intelligibili voce, nisi officium fiat in cantu.

Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam. ℟. Amen.

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum vestrorum, tribuat vobis omnipotens, & misericors Dominus. ℟. Amen.

Et manu dextra signum crucis super eos communiter producit. Presbyteri ante communionem non dicunt confessionem, nec datur eis absolutio, quia concelebrant Pontifici: propterea si non sunt alij ordinati, Confessio, & Absolutio prædictæ omittuntur.

Tum accedunt ordinati ad supremum gradum altaris, bini & bini. Pontifex vero ponit plures Hostias consecratas super Patenam, quam ori cujuslibet communicandi supponit, & singulos communicat, cuilibet dicens.

Corpus Domini nostri Jesu Christi, custodiat te in vitam æternam. *Quilibet respondet.* Amen. *Et priusquam communionem sumat; manum Pontificis Hostiam tenentem osculatur.*

Unus ministrorum Pontificis stat juxta cornu Epistolæ altaris Calicem habens, non illum cum quo Pontifex celebravit, sed alium cum vino, & mappulam mundam in manibus, ad quem singuli communicati accedunt, & se purificant, os extergunt, & ad partem se locant.

Omnibus communicatis, Pontifex extergit Patenam super Calicem suum, super eum digitos abluit, sumit ablutionem, accipit mitram, & lavat manus.

Pontifex, lotis manibus, mitra deposita, stans in cornu Epistolæ altaris, versus ad illud inchoat in cantu, schola prosequente, Responsorium 8. ton. quod à Septuagesima usque ad Pascha dicitur sine Alleluja.

Iam non dicam vos servos; sed amicos meos, quia omnia cognovistis, quæ operatus sum in medio vestri, Alleluja. * Accipite Spiritum sanctum in vobis Paraclitum, * Ille est quem Pater mittet vobis Alleluja. ℣. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis. * Accipite ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto * Ille est, quem.

Incepto responsorio, Pontifex, accepta mitra, vertit se ad Presbyteros ordinatos, qui ante altare coram ipso stantes profitentur fidem, quam prædicaturi sunt, dicentes.

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ. Et in Jesum Christum filium ejus unicum Dominum nostrum. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Descendit ad inferos; tertia die resurrexit à mortuis. Ascendit ad cælos sedet ad dextram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus est judicare vivos, & mortuos. Credo in Spiritu sanctum. Sanctam Ecclesiam Catholicam. Sanctorum Communionem. Remissionem peccatorum. Carnis resurrectionem. Vitam æternam. Amen.

Quo finito, Pontifex cum mitra sedens super faldistorium, ante medium altaris, imponit ambas manus super capita singulorum coram eo genuflectentium, dicens cuilibet.

Accipe Spiritum sanctum; quorum remiseris peccata, remittuntur eis; & quorum retinueris, retenta sunt.

Deinde explicans casulam, quam unusquisque habet super humeros complicatam, induit illa quemlibet, singulis dicens

Stolam

Digitized by Google

Stolam innocentiæ induat te Dominus. *Et mox unusquisque iterum ad Pontificem accedit; & genuflexus ponit manus suas junctas inter manus Pontificis dicentis cuilibet, si suus est ordinarius.*

Promittis mihi, & successoribus meis reverentiam, & obedientiam?

Et ille respondet. Promitto.

Si verò Pontifex non est suus Ordinarius, cum manus eorum inter suas tenet, ut præfertur, dicit singulis Presbyteris sæcularibus. Promittis Pontifici Ordinario tuo, &c. *Singulis vero Regularibus.* Promittis Prælato ordinario tuo, &c.

Promittis Pontifici, vel Prælato, ordinario tuo, pro tempore existenti reverentiam, & obedientiam.

Et ille respondet. Promitto. *Tunc Pontifex tenens manus illius inter suas, osculatur unumquemque, dicens.*

Pax Domini sit semper tecum. *Et ille respondet.* Amen.

His expletis; & eis ad ordinem suum reversis Pontifex sedens cum mitra, & baculo, admonet eos, dicens.

Quia res, quam tractaturi estis, satis periculosa est, filii dilectissimi; moneo vos, ut diligenter totius Missæ ordinem, atque Hostiæ consecrationem, ac fractionem, & communionem, ab aliis jam doctis Sacerdotibus discatis, priusquam ad celebrandum Missam accedatis.

Pontifex surgit cum mitra, & baculo, & Presbyteris coram eo adhuc genuflexis benedicit, dicens voce competenti.

Benedictio Dei omnipotentis Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † sancti descendat super vos; ut sitis benedicti in ordine Sacerdotali; & offeratis placabiles Hostias pro peccatis; atque offensionibus populi omnipotenti Deo, cui est honor, & gloria per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Post hæc Pontifex; deposita mitra, & amoto faldistorio, convertitur ad altare, prosequitur Missam, & cantatur Communio; & dicitur hæc Postcommunio pro ordinatis sub uno Per Dominum, *cum Postcommunione Missæ diei.* Post-

Poſtcommunio. Quos tuis, Domine, reficis Sacramentis, continuis attolle benignus auxiliis; ut tuæ redemptionis effectum, & myſteriis capiamus, & moribus. Per Dominum noſtrum. &c.

Deinde dicitur Benedicamus Domino, *vel*, Ite Miſſa eſt, *prout tempus requirit, & per Pontificem*, Placeat tibi ſancta &c.

Quo dicto, Pontifex, accepta mitra, & baculo paſtorali, dat benedictionem ſolitam dicens. Sit nomen Domini benedictum &c.

Tum ſedet, & alloquitur ordinatos ſub his verbis.

Filij dilectiſſimi, diligenter conſiderate Ordinem per vos ſuſceptum; ac onus humeris veſtris impoſitum; ſtudete ſancte, & religioſe vivere, atque omnipotenti Deo placere, ut gratiam ſuam poſſitis acquirere; quam ipſe vobis per ſuam miſericordiam concedere dignetur.

Singuli ad primam Tonſuram, vel ad quatuor minores Ordines promoti dicite ſemel ſeptem Pſalmos pœnitentiales, cum Litaniis, Verſiculis, & Orationibus. Ad Subdiaconatum, vel Diaconatum, Nocturnum talis diei. Ad presbyteratum vero ordinati, poſt primam veſtram miſſam, tres alias Miſſas, videlicet, unam de Spiritu ſancto, aliam de beata Maria ſemper virgine, tertiam pro fidelibus defunctis dicite, & omnipotentem Deum etiam pro me orate.

Quod illi devote ſuſcipiunt, & reſpondent ſe facturos. Tum Pontifex convertit ſe ad altare, & dicit ſubmiſſa voce, Dominus vobiſcum. Initium ſancti Evangelij ſecundum Joannem. In principio; &c.

Signat altare, & ſe; & revertitur ad ſedem, vel ad ſaldiſtorium, ubi exuitur ſacris veſtibus. Ordinati etiam ad Presbyteratum dicunt idem Evangelium, & in loco convenienti ſacras veſtes deponunt, & cum eis alij ordinati.

DE

Digitized by Google

DE CONSECRATIONE ELECTI IN EPISCOPUM.

NEmo consecrari debet, nisi prius constet Consecratori de commissione consecrandi, sive per litteras Apostolicas, si sit extra curiam, sive per commissionem vivæ vocis oraculo à summo Pontifice Consecratori factam, si Consecrator ipse sit Cardinalis:

Statuta die consecrationis, quæ debet esse Dominica, vel natalitium Apostolorum, vel etiam festiva, si summus Pontifex hoc specialiter indulserit: & tam Consecrator, quam Electus conveniens est, ut præcedenti die jejunent.

Consecratio; si extra curiam Romanam fiat, in Ecclesia ad quam promoti fuerint, aut in provincia, si commode fieri poterit, celebretur.

In Ecclesia, ubi fiet consecratio, ornantur duæ cappellæ, major pro Consecrante, & minor pro Electo. Et in majori quidem; super altari parato, ut est moris, erit crux in medio; & ad minus quatuor candelabra. In terra ad gradus altaris erunt tapetia strata, super quibus procumbit Electus, sed Consecrator, & alii genuflectunt.

Paratur etiam in loco propinquo, & congruo credentia pro Consecratore, super quam erit mappa munda; duo candelabra; vasa ad abluendum manus, cum suis mantilibus, vas cum aqua benedicta, & aspersorio; thuribulum cum navicella, cocleari, & incenso, si officium sit in cantu, alias non; ampullæ cum vino, & aqua pro sacrificio; Calix, hostiaria cum hostiis; medulla panis pro abstergendis manibus; sanctum Chrisma.

Item paramenta omnia Pontificalia coloris, tempori & officio Missæ convenientis, videlicet, sandalia, amictus, alba, cingulum, crux pectoralis, stola, tunicella, dalmatica, chirotheca, planeta, mitra auriphrigiata, annulus Pontificalis, baculus pastoralis, manipulus, & Gremiale.

Item paratur faldistorium ornatum pro Consecratore; & tres sedes pro Electo, & duobus Episcopis Assistentibus, Missale,

sale, & Pontificale. Consecrator habeat tres cappellanos ad minus, cum superpelliceis, & duos scutiferos ad credentiam.

In capella vero minore pro Electo, quæ à majore debet esse distincta, paratur altare cum cruce, & duobus candelabris, & super illud Missale, & Pontificale, ac paramenta omnia Pontificalia albi coloris, ut supra pro Consecratore numerata sunt; & ultra illa, pluviale album, & prope altare credentiæ minor cum mappa munda, & vasis ad abluendum manus, & medulla panis ad extergendum manus, & caput.

Ponuntur etiam octo mappulæ ex duabus cannis panni lanei subtilis, per medium scissis in longitudinem, quarum duæ sint longitudinis sex palmorum quælibet, aliæ vero sex, æqualis sint quantitatis. Et candelæ saltam octo unius libræ quælibet, quarum quatuor super altare Consecrantis, duæ super ejus credentiam, & duæ super altare Electi ponuntur.

Annulus cum gemma benedicendus, & Electo tradendus, pecten eburneus. Et pro offertorio intortitia duo; quatuor librarum quodlibet, duo panes magni, & duo barilia vini; panes & barilia ornentur, duo, videlicet, videantur argentea, & duo aurea, hinc & inde insignia Consecratoris, & Electi habentia, cum capello, vel cruce, vel mitra pro cujusque gradu & dignitate.

Adsint duo ad minus Episcopi Assistentes, qui induuntur rocheto, & si sint Regulares, superpelliceo, amictu; stola, pluviali, quæ cum reliquis paramentis sint coloris tempori & officio Missæ congruentis,) & mitra simplici alba, & quisque habeat suum Pontificale.

Hora igitur competenti Consecrator, Electus, Assistentes Episcopi, & alii, qui consecrationi interesse debent, ad Ecclesiam conveniunt, & Consecrator, facta oratione ante altare, ascendit ad sedem, si sit in Ecclesia sua; vel accedit ad faldistorium in capella sua, juxta cornu Epistolæ præparatum, & ibi de more paratur. Electus vero cum Assistentibus Episcopis

vadit

Digitized by Google

vadit ad capellam ſuam, & ibi capit paramenta opportuna, videlicet, ſi Miſſa cantatur; amictum, albam, cingulum, ſtolam in modum Sacerdotis, & pluviale. Si vero officium legitur, poterit, antequam dicta paramenta accipiat, capere ſandalia, & legere Pſalm. Quam dilecta &c. *Aſſiſtentes etiam Epiſcopi interim ſua paramenta prædicta capiunt. Omnibus itaque paratis, Conſecrator accedit ante altare, & ibi in medio ſedet ſuper faldiſtorium, vertens renes altari. Electus verò cum ſuo bireto ducitur ſic paratus, medius inter Aſſiſtentes ſibi Epiſcopos paratos, & mitratos, & cum ante Conſecratorem pervenerit, nudato capite, illud profunde inclinando, ei reverentiam facit, Aſſiſtentes vero Epiſcopi eidem cum mitra caput aliquantulum inclinant.*

Tum ſedent in ſedibus ſuis, ante Conſecratorem, hoc modo. Electus contra faciem Conſecratoris, ita ut inter eos ſit competens diſtantia. Antiquior Epiſcopus Aſſiſtens ad dexteram Electi, junior ad ſiniſtram, ita tamen, quod ipſi Aſſiſtentes ad alterutrum facies vertant. Cum ſic locati fuerint, & aliquantulum quieverint, ſurgunt, Electus ſine bireto; & Aſſiſtentes Epiſcopi ſine mitris, & ſenior Aſſiſtentium verſus ad Conſecratorem, dicit.

Reverendiſſime Pater, poſtulat ſancta mater Eccleſia Cátholica, ut hunc præſentem Presbyterum ad onus Epiſcopatus ſublevetis.

Conſecrator dicit. Habetis mandatum Apoſtolicum? *Reſpondet Epiſcopus ſenior Aſſiſtentium.* Habemus. *Conſecrator dicit.* Legatur.

Tum notarius Conſecratoris accipiens mandatum de manu Epiſcopi Aſſiſtentis; legit a principio ad finem. Interim ſedent omnes, tectis capitibus. Mandato per notarium perlecto, Conſecrator dicit.

Deo gratias. *Vel, ſi conſecratio fit vigore litterarum Apoſtolicarum, per quas etiam juramenti per Electum præſtandi*

di receptio Consecratori committitur, litteris ipsis lectis, antequam Consecrator aliud dicat: Electus de sede sua veniens coram Consecratore genuflectit; & legit juramentum de verbo ad verbum, juxta tenorem commissionis prædictæ præstandum, in hunc modum, videlicet.

FORMA JURAMENTI.

EGo N. Electus Ecclesiæ N. ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero beato Petro Apostolo, sanctæque Romanæ Ecclesiæ, & Domino nostro, Domino N. Papæ N. suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum; seu capiantur mala captione; aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur; vel injuriæ aliquæ inferantur, quovis quæsito colore. Consilium verò, quod mihi credituri sunt, per se, aut Nuntios suos, seu litteras, ad eorum damnum, me sciente, nemini pandam. Papatum Romanum, & Regalia sancti Petri adjutor eis ero ad retinendum, & defendendum, salvo meo ordine, contra omnem hominem. Legatum Apostolicæ sedis in eundo, & redeundo honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo. Jura, honores, privilegia, & auctoritatem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Domini nostri Papæ & successorum prædictorum, conservare, defendere, augere, promovere curabo. Neque ero in consilio, vel facto, seu tractatu, in quibus contra ipsum Dominum nostrum, vel eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra, vel præjudicialia personarum, juris, honoris, status, & potestatis eorum machinentur. Et, si talia à quibuscumque tractari, vel procurari novero, impediam hoc pro posse, & quanto citius potero, significabo eidem Domino nostro, vel alteri, per quem possit ad ipsius notitiam pervenire. Regulas sanctorum Patrum, decreta, ordinationes, seu dispositiones, reservationes, provisiones, & mandata Apostolica, totis viribus

Digitized by Google

ribus obſervabo, & faciam ab aliis obſervari. Hæreticos ſchiſmaticos, & rebelles eidem Domino noſtro, vel ſucceſſoribus prædictis pro poſſe perſequar, & impugnabo. Vocatus ad ſynodum, veniam, niſi præpeditus fuero canonica præpeditione. Apoſtolorum limina ſingulis (trienniis) perſonaliter per me ipſum viſitabo; & Domino noſtro, ac ſucceſſoribus præfatis rationem reddam de toto meo paſtorali officio, ac de rebus omnibus ad meæ Eccleſiæ ſtatum, ad cleri, & populi diſciplinam, animarum denique, quæ meæ fidei traditæ ſunt ſalutem quovis modo pertinentibus, & viciſſim mandata Apoſtolica humiliter recipiam & quam diligentiſſime exequar. Quod ſi legitimo impedimento detentus fuero, præfata omnia adimplebo per certum Nuntium ad hoc ſpeciale mandatum habentem, de gremio mei Capituli, aut alium in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum, ſeu alias perſonatum habentem; aut, his mihi deficientibus, per diœceſanum Sacerdotem; & clero deficiente omnino, per aliquem alium Presbyterum ſæcularem, vel regularem, ſpectatæ probitatis, & religionis, de ſupradictis omnibus plene inſtructum. De hujuſmodi autem impedimento docebo per legitimas probationes ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem Proponentem in Congregatione ſacri Concilij, per ſupradictum Nuntium tranſmittendas.

Poſſeſſiones vero ad menſam pertinentes non vendam nec donabo, neque impignorabo; nec de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum conſenſu Capituli Eccleſiæ meæ, inconſulto Romano Pontifice. Et ſi ad aliquam alienationem devenero; pœnas in quadam ſuper hoc edita conſtitutione contentas, eo ipſo incurrere volo.

Conſecrator in gremio ſuo librum Evangeliorum ambabus manibus apertum tenens, inferiore parte libri Electo verſa, ab eo præſtationem hujuſmodi juramenti recipit; Electo adhuc coram eo genuflexo dicente.

Digitized by Google

Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Et ipsum textum Evangeliorum ambabus manibus tangengente, tum, non prius, dicit Consecrator. Deo gratias.

Ad hoc tempus singulorum trienniorum tenentur omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, atque Episcopi Itali, videlicet, vel ex Italicis insulis, unde in Italiam commodius trajici potest; veluti Siculi; Sardi, Corsi, & alii adjacentium provinciarum Italiæ, atque etiam Dalmatiæ, & Græcarum, quæ e regione ipsis Italiæ, & Siciliæ oris sunt.

Ad tempus singulorum quadriennium, Germani, Galli, Hispani, Belgæ, Boemi, Hungari, Poloni, Angli, Scoti, Iberni, & cæteri omnes, qui in Europa sunt citra mare Germanicum, & Balticum, atque omnium insularum maris Mediterranei.

Ad tempus singulorum quinquenniorum, qui intra Europæ fines sunt his provinciis remotiores, atque etiam Africani littoribus nostris adversi, atque insularum maris Oceani, Septentrionalis, & Occidentalis Europæ, atque Africæ, citra continentem novi orbis, tam qui nunc sunt, quam qui ad Catholicam fidem per misericordiam Dei aliquando redierint.

Ad tempus singulorum decenniorum Asiatici, & qui extra Asiam, & in aliis novis terris Orientalibus, Meridionalibus, Occidentalibus, & Septentrionalibus; tam in insulis, quam in continentibus, & denique in quibuslibet mundi partibus existentes.

Deinde Electo, & assistentibus, in locis suis (ut dictum est) sedentibus, Consecrator intelligibili voce legit sequentem examinationem, quæ legi debet semper, sicut jacet, in singulari, etiam si plures simul examinentur. Assistentes vero Episcopi submissa voce dicunt, quæcumque dixerit Consecrator, & omnes debent tunc mitras tenere, & sedere.

EXA-

Digitized by Google

EXAMEN.

ANtiqua sanctorum Patrum institutio docet, & præcipit, ut is qui ad Episcopatus ordinem eligitur, ante diligentissime examinetur cum omni charitate, de fide sanctæ Trinitatis; & interrogetur de diversis causis, & moribus, quæ huic regimini congruunt, ac necessaria sunt retineri secundum Apostoli dictum, Manus nemini cito imposueris. Et ut etiam is, qui ordinandus est; erudiatur, qualiter sub hoc regimine constitutum oporteat conversari in Ecclesia Dei; & ut irreprehensibiles sint, qui ei manus ordinationis imponunt. Eadem itaque auctoritate & præcepto, interrogamus te, dilectissime frater, charitate sincera, si omnem prudentiam tuam, quantum tua capax est natura, divinæ Scripturæ sensibus accomodare volueris.

Tum Electus aliquantulum assurgens, detecto capite respondet. Ita ex toto corde volo in omnibus consentire, & obedire.

Et hoc servabit ad omnes alias responsiones sequentes. Et si plures Electi fuerint, successive quisque sic respondet.

Interrogat Consecrator. Vis ea, quæ ex divinis Scripturis intelligis, plebem, cui ordinandus es, & verbis docere, & exemplis? ℟. Volo.

Interrogatio. Vis traditiones Orthodoxorum Patrum, ac Decretales sanctæ & Apostolicæ sedis constitutiones veneranter suscipere, docere; ac servare. ℟. Volo. *Interrogatio.* Vis beato Petro Apostolo, cui à Deo data est potestas ligandi, ac solvendi; ejusque Vicario Domino nostro, Domino N. Papæ N. suisque successoribus, Romanis Pontificibus; fidem, subjectionem, & obedientiam, secundum canonicam auctoritatem, per omnia exhibere? ℟. Volo. *Interrogatio.* Vis mores tuos ab omni malo temperare, & quantum poteris; Domino adjuvante, ad omne bonum commutare? ℟. Volo. *Interrogatio.* Vis castitatem, & sobrietatem cum Dei auxilio custodire, & docere? ℟. Volo. *In-*

Digitized by Google

Interrogatio. Vis ſemper in divinis eſſe negotiis mancipatus, & a terrenis negotiis, vel lucris turpibus alienus, quantum te humana fragilitas conſenſerit poſſe? ℟. Volo. *Interrogatio*. Vis humilitatem, & patientiam in teipſo cuſtodire, & alios ſimiliter docere? ℟. Volo. *Interrogatio*. Vis pauperibus, & peregrinis, omnibuſque indigentibus eſſe propter nomen Domini affabilis, & miſericors? ℟. Volo. *Tunc dicit ei Conſecrator*. Hæc omnia, & cetera bona tribuat tibi Dominus, & cuſtodiat te, atque corroboret in omni bonitate. *Et reſpondent omnes*: Amen.

Interrogatio. Credis, ſecundum intelligentiam, & capacitatem ſenſus tui, ſanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & ſpiritum ſanctum, unum Deum omnipotentem, totamque in ſancta Trinitate deitatem, coeſſentialem; conſubſtantialem; coæternam, & coomnipotentem, unius voluntatis, poteſtatis, & majeſtatis, creatorem omnium creaturarum, a quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia, quæ ſunt in cælo, & in terra, viſibilia, & inviſibilia, corporalia, & ſpiritualia. ℟. Aſſentio, & ita credo. *Interrogatio*. Credis ſingulam quamque in ſancta Trinitate perſonam unum Deum, verum plenum, & perfectum? ℟. Credo. *Interrogatio*. Credis ipſum filium Dei, verbum Dei æternaliter natum de Patre, conſubſtantialem, coomnipotentem, & coæqualem per omnia Patri in divinitate temporaliter natum de Spiritu ſancto ex Maria ſemper virgine, cum anima rationali, duas habentem nativitates, unam ex Patre æternam; alteram ex matre temporalem; Deum verum, & hominem verum, proprium in utraque natura, atque perfectum, non adoptivum, nec phantaſmaticum, ſed unicum, & unum filium Dei in duabus, & ex duabus naturis, ſed in unius perſonæ ſingularitate, impaſſibilem, & immortalem divinitate, ſed in humanitate pro nobis, & pro ſalute noſtra paſſum vera carnis paſſione, & ſepultum, ac tertia die reſurgentem a mortuis

vera

Digitized by Google

vera carnis resurrectione; die quadragesimo post resurrectionem cum carne, qua resurrexit, & anima ascendisse ad cælum, & sedere ad dexteram Patris, inde venturum judicare vivos, & mortuos, & redditurum unicuique secundum opera sua, sive bona fuerint, sive mala? ℟. Assentio, & ita per omnia credo. *Interrogatio*. Credis etiam Spiritum sanctum, plenum, & perfectum, verumque Deum, à Patre & Filio procedentem, coæqualem, & coessentialem, coomnipotentem, & coæternum per omnia Patri; & Filio? ℟. Credo. *Interrogatio*. Credis hanc sanctam Trinitatem, non tres Deos, sed unum Deum omnipotentem, æternum, invisibilem, & incommutabilem? ℟. Credo. *Interrogatio*. Credis sanctam, Catholicam, & Apostolicam, unam esse veram Ecclesiam, in qua unum datur verum baptisma, & vera omnium remissio peccatorum? ℟. Credo. *Interrogatio*. Anathematizas etiam omnem hæresim extollentem se adversus hanc sanctam Ecclesiam Catholicam? ℟. Anathematizo. *Interrogatio*. Credis etiam veram resurrectionem ejusdem carnis, quam nunc gestas, & vitam æternam? ℟. Credo, *Interrogatio*. Credis etiam novi, & veteris Testamenti, legis, & Prophetarum, & Apostolorum, unum esse auctorem Deum, ac Dominum omnipotentem? ℟. Credo. *Postea Consecrator dicit*. Hæc tibi fides augeatur a Domino, ad veram, & æternam beatitudinem, dilectissime frater in Christo. *Et respondent omnes*, Amen.

Expleto itaque examine, præfati Assistentes Episcopi ducunt Electum ad Consecratorem, coram quo genuflexus, ejus manum reverenter osculatur. Tunc Consecrator, deposita mitra, cum ministris ad altare conversus, facit solito more, Confessionem. Electo a sinistris ejus manente; & omnes Episcopi ante sedes suas stantes faciunt similiter Confessionem cum Capellanis suis. Facta itaque Confessione, Consecrator ascendit ad altare, & osculatur illud, & Evangelium in Missa dicendum;

& in-

& incenſat altare, more ſolito. Deinde vadit ad ſedem ſuam, vel faldiſtorium, & procedit in Miſſa uſque ad Alleluja, *ſive ultimum verſum Tractus, vel Sequentiæ excluſive.*

Si vero Miſſa legitur, oſculato altari, & Evangelio omiſſa incenſatione, omnia prædicta legit in altari; & illis dictis ſive Miſſa legatur, ſive cantetur, redit cum mitra ad ſedendum in faldiſtorio, quod ante medium altaris ſibi reponitur.

Epiſcopi vero Aſſiſtentes ducunt Electum ad capellam ſuam & ibi depoſito pluviali, Acolythi induunt illum ſandalia, ipſo Pſalmos, & orationes conſuetas legente, ſi prius illa non accepit. Tum accipit crucem pectoralem, & ſtola ei aptatur, ut ab humeris dependeat. Deinde tunicella, dalmatica, caſula, & manipulo induitur, quibus indutus accedit ad ſuum altare, ubi ſtans in medio medius inter Epiſcopos Aſſiſtentes, detecto capite legit totum officium Miſſæ, uſque ad Alleluia, *ſive ultimum verſum Tractus, vel Sequentiæ excluſive, nec vertit ſe ad populum, cum dicit* Dominus vobiſcum, *ut in aliis Miſſis fieri ſolet.*

Propter ordinationes Epiſcoporum numquam mutatur officium diei, dicitur tamen poſt Collectam diei pro officio conſecrationis, Collecta pro Electo, ſub un. Per Dominum noſtrum &c.

Oratio. Adeſto ſupplicationibus noſtris, omnipotens Deus, ut quod humilitatis noſtræ gerendum eſt miniſterio, tuæ virtutis impleatur effectu. Per Dominum &c.

Finito Graduali, ſi Alleluja *dicitur, alioquin dicto Tractu, vel Sequentia, uſque ad ultimum verſum, excluſive, Conſecrator accedit ad faldiſtorium ante medium altaris, & ibi ſedet cum mitra, Aſſiſtentes vero Epiſcopi interim dusunt Electum ad Conſecratorem, cui Electus, depoſito bireto, caput profunde inclinans humilem reverentiam facit, Aſſiſtentes vero cum mitra ſe aliquantulum inclinantes, etiam Conſecratorem venerantur. Tum ſedent omnes, ut prius, & Conſecrator ſedens cum mitra, verſus ad illum: dicit,* Epiſ-

Digitized by Google

Episcopum oportet judicare, interpretari, consecrare, ordinare, offerre, baptizare, & confirmare.

Deinde omnibus surgentibus, Consecrator stans cum mitra, versus ad illum dicit.

Oremus, fratres charissimi, ut huic Electo, utilitati Ecclesiæ providens, benignitas omnipotentis Dei, gratiæ suæ tribuat largitatem. Per Christum Dominum &c.

Et mox Consecrator ante faldistorium suum, & assistentes Episcopi ante sedes suas cum mitris procumbunt; Electus vero prosternit se a sinistris Consecratoris; ministri etiam, atque alij omnes genuflectunt.

Tum cantor, vel, si officium fit legendo, Consecrator incipit Litanias, dicens, Kyrie eleison &c. *prosequendo totas, prout supra in ordinatione Subdiaconi dictum est.*

Postquam autem dictum fuerit, Ut omnibus fidelibus defunctis, &c. ℟. Te rogamus audi nos.

Consecrator ab accubitu surgens, ad Electum conversus, baculum Pastoralem cum sinistra tenens, dicit sub voce Litaniarum. Primo. Ut hunc præsentem Electum bene † dicere digneris. ℟. Te rogamus audi nos.

Secundo dicet. Ut hunc præsentem Electum benet dicere, & sancti † ficare digneris. ℟. Te rogamus audi nos,

Tertio dicit. Ut hunc præsentem Electum bene † dicere, & sancti † ficare, & confe † crare digneris. ℟. Te rogamus audi nos.

Producendo semper signum crucis super illum, idemque faciunt, & dicunt Assistentes Episcopi, genuflexi tamen permanentes.

Deinde iterum procumbit Consecrator; & cantor, seu ipse, qui prius dixit, eas prosequitur usque ad finem. Ut nos exaudire digneris, &c.

Quibus finitis surgunt omnes; & Consecratore ante faldistorium suum cum mitra stante, Electus coram eo genuflectit.

Tum Consecrator, accepto libro Evangeliorum, illum apertum, adjuvantibus Episcopis Assistentibus, nihil dicens imponit super cervicem, & scapulas Electi, ita quod inferior pars libri cervicem capitis Electi tangat, littera ex parte inferiori manente, quem unus ex capellanis Electi, post ipsum genuflexus, quousque liber ipse eidem Electo in manus tradendus sit, continue sustinet.

Deinde Consecrator & Assistentes Episcopi ambabus manibus caput consecrandi tangunt dicentes. Accipe Spiritum sanctum. *Quo facto, Consecrator stans, deposita mitra, dicit.*

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, & inclinato super hunc famulum tuum cornu gratiæ Sacerdotalis, bene † dictionis tuæ in eum effunde virtutem. Per Dominum nostrum &c.

Deinde, extensis manibus ante pectus, dicit. Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominum. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro. ℟. Dignum, & justum est. Vere dignum, & justum est, æquum, & salutare: nos tibi semper, & ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, honor omnium dignitatum, quæ gloriæ tuæ sacris famulantur ordinibus. Deus, qui Moysen famulum tuum secreti familiaris affatu inter cetera cælestis documenta culturæ, de habitu quoque indumenti Sacerdotalis instituens, electum Aaron mystico amictu vestiri inter sacra jussisti, ut intelligentiæ sensum de exemplis priorum caperet secutura posteritas, ne eruditio doctrinæ tuæ ulli deesset ætati. Cum & apud veteres reverentiam ipsa significationum species obineret, & apud nos certiora essent experimenta rerum, quam ænigmata figuratum. Illius namque Sacerdotii anterioris habitus nostræ mentis ornatus est & Pontificalem gloriam non jam nobis honor commendat vestium, sed splendor animarum. Quia & illa; quæ tunc carnalibus blandiebantur

ob-

obtutibus, ea potius, quæ in ipsis erant, intelligenda poscebant. Et idcirco huic famulo tuo, quem ad summi Sacerdotii ministerium elegisti, hanc quæsumus, Domine, gratiam largiaris; ut quidquid illa velamina in fulgore auri, in nitore gemmarum, & in multimodi operis varietate signabant; hoc in ejus moribus, actibusque clarescat. Comple in Sacerdote tuo ministerii tui summam, & ornamentis totius glorificationis instructum, cælestis unguenti rore sanctifica.

Si in Romana curia fit consecratio, Subdiaconus Apostolicus, vel unus ex capellanis Pontificis ligat caput Electi cum una ex longioribus mappulis, de Octo superius dictis; & Consecrator, flexis genibus, versus ad altare incipit, ceteris prosequentibus, hymnum. Veni Creator Spiritus &c.

Et dicitur usque ad finem, prout habetur supra in ordinatione Presbyteri.

Finito primo versu, surgit Pontifex, & sedet in faldistorio ante medium altaris; capit mitram; deponit annulum, & chirothecas; resumit annutum, & imponitur ei gremiale a ministris. Tum pollicem suum dexterum intingit in sanctum Chrisma, & caput Electi coram se genuflexi inungit, formans primo signum crucis per totam coronam, deinde reliquum coronæ liniendo, interim dicens.

Ungatur, & consecretur caput tuum, cælesti benedictione, in ordine Pontificali.

Et producens manu dextera tertio signum crucis super caput Electi, dicit. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti ℟. Amen. ℣. Pax tibi. ℟. Et cum spiritu tuo.

Et si plures sint consecrandi, hoc in persona cujuslibet singulariter repetit. Expleta unctione, Pontifex pollicem cum medulla panis paululum abstergit; & finito hymno prædicto, deposita mitra, surgit; & in pristina voce prosequitur, dicens.

Hoc, Domine, copiose in caput ejus influat; hoc in oris subjecta decurrat; hoc in totius corporis extrema des-

cendat; ut tui ſpiritus virtus & interiora ejus repleat, & exteriora circumtegat. Abundet in eo conſtantia fidei, puritas dilectionis, ſinceritas pacis. Sint ſpecioſi munere tuo pedes ejus ad evangelizandum pacem, ad evangelizandum bona tua. Da ei, Domine, miniſterium reconciliationis in verbo, & in factis, in virtute ſignorum, & prodigiorum. Sit ſermo ejus, & prædicatio, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis. Da ei, Domine, claves regni cælorum, ut utatur, non glorietur poteſtate, quam tribuis in ædificationem, non in deſtructionem. Quodcumque ligaverit ſuper terram; ſit ligatum & in cælis: & quodcumque ſolverit ſuper terram, ſit ſolutum & in cælis. Quorum retinuerit peccata, retenta ſint; & quorum remiſerit, tu remittas. Qui maledixerit ei, ſit ille maledictus; & qui benedixerit ei, benedictionibus repleatur. Sit fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituas tu, Domine, ſuper familiam tuam; ut det illis cibum in tempore opportuno; & exhibeat omnem hominem perfectum. Sit ſollicitudine impiger; ſit ſpiritu fervens; oderit ſuperbiam; humilitatem, ac veritatem diligat, neque eam unquam deſerat, aut laudibus, aut timore ſuperatus; Non ponat lucem tenebras nec tenebras lucem; non dicat malum bonum, nec bonum malum. Sit ſapientibus, & inſipientibus debitor, ut fructum de profectu omnium conſequatur. Tribuas ei, Domine, cathedram Epiſcopalem, ad regendum Eccleſiam tuam, & plebem ſibi commiſſam. Sis ei auctoritas, ſis ei poteſtas, ſis ei firmitas. Multiplica ſuper eum bene † dictionem, & gratiam tuam; ut ad exorandam ſemper miſericordiam tuam tuo munere idoneus, & tua gratia poſſit eſſe devotus.

Deinde ſummiſſa voce dicit legendo, ita quod à circumſtantibus audiri poſſit. Per Dominum noſtrum &c.

Poſt hæc Conſecrator inchoat, ſchola proſequente, Antiphonam.

Unguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam

bam Aaron, quod descendit in oram vestimenti ejus: mandavit Dominus benedictionem in sæculum. *Ps.* 132.

ECce quam bonum, & quam jucundum: * habitare fratres in unum &c. Gloria &c.

Deinde repetitur tota Antiph. Unguentum in capite &c.

Incepta Antiphona ante Psalmum, imponitur ad collum Electi alia ex longioribus mappulis, de octo supradictis. Consecrator sedet; accipit mitram; & Electo ante ipsum genuflexo inungit ambas manus simul junctas cum Chrismate, in modum crucis, producendo cum pollice suo dextero intincto duas lineas; videlicet à pollice dextræ manus usque ad indicem sinistræ, & à pollice sinistræ usque ad indicem dextræ; & mox inungat totaliter palmas Electi, dicens.

Ungantur manus istæ de oleo sanctificato, & Chrismate sanctificationis, sicut unxit Samuel David Regem, & Prophetam, ita ungantur, & consecrentur.

Et producens manu dextera ter signum crucis super manus Electi, dicit. In nomine Dei Pa † tris, & Fi † lii, & Spiritus † sancti, facientes imaginem sanctæ crucis Salvatoris nostri Jesu Christi, qui nos à morte redemit, & ad regna cælorum perduxit. Exaudi nos pie Pater omnipotens, æterne Deus, & præsta, ut, quod te rogamus, exoremus. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Et prosequitur sedens. Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te ad Pontificatus sublimari voluit dignitatem, ipse te Chrismate, & mysticæ delibutionis liquore perfundat, & spiritualis benedictionis ubertate fœcundet, quidquid bene † dixeris, benedicatur, & quidquid sanctificaveris, sanctificetur, & consecratæ manus istius, vel pollicis impositio cunctis proficiat ad salutem. ℟. Amen.

Præmissis itaque expeditis, Consecratus jungit ambas manus, & dexteram super sinistram tenet, & eas imponit mappulæ à collo dependenti. Consecrator vero abstergit paululum

cum medulla panis pollicem; &, depoſita mitra, ſurgit; & benedicit baculum paſtoralem, ſi non ſit benedictus, dicens.

Oremus. Suſtentator imbecillitatis humanæ Deus, bene † dic baculum iſtum, & quod in eo exterius deſignatur, interius in moribus hujus famuli tui tuæ propitiationis clementia operetur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde illum aſpergit aqua benedicta.

Tum ſedens, accepta mitra, ſolus tradit illum Conſecrato coram eo genuflexo, capienti ipſum inter indices, & medios digitos, manibus non disjunctis, Conſecratore dicente.

Accipe baculum paſtoralis officii, ut ſis in corrigendis vitiis pie ſæviens, judicium ſine ira tenens, in fovendis virtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate ſeveritatis cenſuram non deſerens. ℟. Amen.

Quo facto, depoſita mitra, ſurgit Conſecrator, & benedicit annulum, ſi non ſit prius benedictus, dicens.

Oremus. Creator, & conſervator humani generis, dator gratiæ ſpiritualis, largitor æternæ ſalutis, tu Domine, emitte bene † dictionem tuam ſuper hunc annulum; ut quicumque hoc ſacro-ſanctæ fidei ſigno inſignitus inceſſerit, in virtute cæleſtis defenſionis ad æternam vitam ſibi proficiat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Tum aſpergit ipſum annulum aqua benedicta; ſedet cum mitra, & ſolas annulum in digitum annularem dextræ manus Conſecrati immittit, dicens.

Accipe annulum, fidei ſcilicet ſignaculum; quatenus ſponſam Dei, ſanctam videlicet Eccleſiam, intemerata fide ornatus, illibate cuſtodias. ℟. Amen.

Tum Conſecrator accipit librum Evangeliorum de ſcapulis Conſecrati; & adjuvantibus ipſum Epiſcopis Aſſiſtentibus, tradit eum clauſum Conſecrato tangenti illum ſine apertione manuum, dicens.

Accipe Evangelium, & vade, prædica populo tibi commiſ-

Digitized by Google

missо; potens est enim Deus, ut augeat tibi gratiam suam, qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Demum Consecrator recipit Consecratum ad osculum pacis similiter & Assistentes Episcopi singuli, dicentes ipsi Consecrato. Pax tibi. *Et ipse respondet singulis.* Et cum spiritu tuo.

Tum Consecratus medius inter Assistentes Episcopos, redit ad capellam suam, ubi abstergitur ei sedenti caput cum medulla panis, & cum panno mundo; deinde cum pectine mundantur, & complanantur capilli; postea lavat manus. Consecrator verò in suo faldistorio manus lavat. Deinde procedit in Missa usque ad Offertorium inclusive. Idem facit Consecratus in capella sua.

Dicto offertorio, Consecrator sedet cum mitra in faldistorio, ante medium altaris. Et Consecratus veniens ex sua capella, inter Assistentes Episcopos medius coram Consecratore genuflectit; & illi offert duo intortitia accensa; duos panes; & duo barilia vino plena, & Consecratoris prædicta recipientis manum reverenter osculatur.

Deinde Consecrator lavat manus, & accedit ad altare, Consecratus etiam ad posterius cornu Epistolæ altaris ejusdem accedit: & ibi stans medius inter Episcopos Assistentes ante se habens Missale suum, simul cum Consecratore dicit, & facit omnia, prout in Missali: Et ponatur una Hostia consecranda, pro Consecrante, & Consecrato, & vinum consecrandum, in Calice, sufficiens pro utroque.

Secreta sequens dicitur cum Secreta Missæ diei sub uno, Per Dominum, *per Consecratorem.*

Secreta. Suscipe, Domine, munera, quæ tibi offerimus, pro hoc famulo tuo; & propitius in eo tua dona custodi. Per Dominum nostrum &c.

Consecratus dicit Secreta. Suscipe, Domine, munera, quæ tibi offerimus pro me famulo tuo; & propitius in me tua dona custodias. Per Dominum nostrum &c.

In-

Digitized by Google

Infra actionem dicit Consecrator. Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ; quam tibi offerimus, etiam pro hoc famulo tuo, quem ad Episcopatus ordinem promovere dignatus es, quæsumus, Domine, ut placatus accipias, & propitius in eo tua dona custodias; ut, quod divino munere consecutus est, divinis effectibus exequatur; diesque nostros in tua pace disponas; atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Consecratus dicit. Hanc igitur oblationem servitutis nostræ sed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus, etiam pro me famulo tuo, quem ad Episcopatus ordinem promovere dignatus es, quæsumus, Domine, ut placatus accipias, & propitius in me tua dona custodias; ut, quod divino munere consecutus sum, divinis effectibus exequar, diesque nostros in tua pace disponas; atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per Christum Dominum nostrum &c.

Dicta Oratione, Domine Jesu Christe, qui &c. *per Consecratorem, & Consecratum, Consecratus accedit ad dexteram Consecratoris, & ambo osculantur altare; tum Consecrator dat pacem Consecrato, dicens.* Pax tecum. *Cui respondet Consecratus.* Et cum spiritu tuo. *Et dat eam Assistentibus suis seniori primo, tum alteri, singulis dicens.* Pax tibi. *Et illi sibi respondent.* Et cum spiritu tuo.

Deinde postquam Consecrator corpus Domini sumpserit, non totum sanguinem sumit, sed solum partem ejus cum particula Hostiæ in Calicem missa. Et priusquam se purificet, communicat Consecratum ante se in eodem cornu capite inclinato stantem, & non genuflectentem, prius de corpore, tum de sanguine, deinde purificat se, postea Consecratum. Tum abluit digitos super Calicem, & sumit etiam ablutionem; & assumpta mitra, lavat manus.

In-

Digitized by Google

Interim Consecratus cum Assistentibus Episcopis accedit ad posteriorem partem alterius cornu altàris; videlicet Evangelii, & ibi prosequitur Missam, sicut Consecrator in cornu Epistolæ.

Postcommunio, quæ dici debet cum Postcommunione dici, sub uno. Per Dominum. &c.

Plenum, quæsumus Domine, in nobis remedium tuæ miserationis operare; ac tales nos esse perfice propitius, & sic fove, ut tibi in omnibus placere valeamus. Per Dominum nostrum &c.

Deinde dicto, Ite Missa est, *vel*, Benedicamus Domino, *prout tempus requirit, Consecrator dicto in medio altaris*, Placeat &c. *accepta ibidem mitra, si non sit Archiepiscopus, & in sua provincia, stans versus ad altare populo solemniter benedicit, dicens.* Sit nomen Domini benedictum, &c.

Data benedictione, reponitur faldistorium ante medium altaris, & Consecrator cum mitra in eo sedet: Consecratus verò parvum biretum in capite tenens coram eo genuflectit. Tunc Consecrator, deposita mitra, surgit, & benedicit mitram, si non sit benedicta, dicens.

Oremus. Domine Deus, Pater omnipotens, cujus præclara bonitas est, & virtus immensa, a qua omne datum optimum, & omne donum perfectum, totiusque decoris ornamentum, bene † dicere, & sancti † ficare dignare hanc mitram hujus famuli tui Antistitis capiti imponendam. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Et mox eam aspergit aqua benedicta, deinde sedens cum mitra, adjuvantibus ipsum Assistentibus Episcopis, imponit eam capiti Consecrati, dicens.

Imponimus, Domine, capiti hujus Antistitis & agonistæ tui galeam munitionis & salutis, quatenus decorata facie, & armato capite, cornibus utriusque Testamenti terribilis appareat adversariis veritatis, & te ei largiente gratiam, impugnator eorum robustus existat, qui Moysi famuli tui faciem ex tui sermonis consortio decoratam, lucidissimis tuæ claritatis

tatis ac veritatis cornibus insigniſti, & capiti Aaron Pontificis tui tiaram imponi juſſiſti. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde, ſi chirothecæ non ſint benedictæ, ſurgit Conſecrator, mitra depoſita, & eas benedicit dicens.

Oremus. Omnipotens Creator, qui homini ad imaginem tuam condito manus diſcretionis inſignitas, tanquam organum intelligentiæ, ad recte operandum dediſti; quas ſervari mundas præcepiſti, ut in eis anima digne portaretur, & tua in eis digne conſecrarentur myſteria, bene † dicere, & ſancti † ficare dignare manuum hæc tegumenta; ut quicumque miniſtrorum tuorum ſacrorum Pontificum his velare manus ſuas cum humilitate voluerit, tam cordis, quam operis ei, munditiam, tua miſericordia ſubminiſtret. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Et aſpergit eas aqua benedicta. Tunc extrahitur Conſecrato annulus Pontificalis; deinde ſedet Conſecrator, & acceptâ mitrâ, adjuvantibus Aſſiſtentibus Epiſcopis, imponit illas manibus Conſecrati, dicens.

Circumda, Domine, manus hujus miniſtri tui munditia novi hominis, qui de cælo deſcendit, ut quemadmodum Jacob dilectus tuus, pelliculis hœdorum opertis manibus, paternam benedictionem, oblato patri cibo, potuque gratiſſimo, impetravit, ſic & iſte, oblata, per manus ſuas hoſtia ſalutari, gratiæ tuæ benedictionem impetrare mereatur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui in ſimilitudinem carnis peccati tibi pro nobis obtulit ſemetipſum.

Et ſtatim imponit ei annulum Pontificalem. Tum ſurgit Conſecrator, & accipit Conſecratum per manum dexteram, & primus ex Aſſiſtentibus Epiſcopis per ſiniſtram, & introniſant eum, ponendo ipſum ad ſedendum in faldiſtorio, de quo ſurrexit Conſecrator, vel, ſi id fiat in Eccleſia propria Conſecrati, introniſant eum in ſede Epiſcopali conſueta, & Conſecrator tradit ei baculum paſtoralem in ſiniſtra.

Dein-

Digitized by Google

Deinde versus ad altare Consecrator, depositâ mitrâ, stans incipit, cæteris usque ad finem prosequentibus Hymnum.

Te Deum laudamus: * Te Dominum confitemur. &c.

Incepto hymno, Consecratus ducitur ab Assistentibus Episcopis cum mitris per Ecclesiam, & omnibus benedicit, Consecratore interim apud altare sine mitra stante in eodem loco. Cum verò Consecratus reversus fuerit ad sedem suam, seu faldistorium, iterum sedet, quousque finiatur hymnus prædictus; Assistentes deponunt mitras, & stant apud Consecratorem.

Finito hymno, Consecrator stans sine mitra apud sedem, seu faldistorium a parte dextera Consecrati, dicit. Vel si Officium cantatur, incipit schola prosequente Antiphonam ton. 6.

Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua, justitia, & judicium præparatio sedis tuæ. Gloria Patri, &c.

Et repetitur tota Antiphona, qua finita, Consecrator dicit.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Deus omnium fidelium pastor, & rector, hunc famulum tuum, quem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice, da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præest proficere, ut ad vitam, una cum grege sibi credito perveniat sempiternam. Per Christum Dominum nostrum &c.

His dictis, Consecrator, detecto capite, manet ad cornu Evangelii altaris, apud quem Assistentes stant sine mitris.

Consecratus vero surgit, & accedens cum mitra, & baculo pastorali ante medium altaris, versus ad illud, signans se cum pollice dexteræ manus ante pectus dicit. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc & usque in sæculum.

Deinde faciens signum crucis a fronte ad pectus, dicit. Adjutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum &c.

Tum elevans, ac jungens manus, & caput inclinans dicit. Benedicat vos omnipotens Deus. *Et cum dixerit* Deus, *vertit se ad populum, & tertio super eum signans benedicit, dicens.* Pat ter, & Fi † lius, & Spiritus † sanctus. ℟. Amen.

Tum

Tum Consecrator accipit mitram, stans in cornu Evangelii, versa facie ad cornu Epistolæ, apud quem etiam stant Assistentes cum mitris, Consecratus vero accedit ad cornu Epistolæ altaris & ibidem cum mitra, & baculo genuflexus, versus ad Consecratorem, dicit cantando. Ad multos annos.

Deinde accedens ante medium altaris, ubi iterum, ut prius genuflexus, dicit altius cantando. Ad multos annos.

Postea accedit ad pedes Consecratoris, ubi tertio genuflexus, ut supra, iterum altius cantando dicit. Ad multos annos.

Tum Consecrator recipit eum surgentem, ad osculum pacis, & similiter faciunt Assistentes Episcopi, qui Consecratum cum mitra, & baculo pastorali incedentem, & Evangelium sancti Joannis. In principio erat verbum, &c. *dicentem post reverentium cruci super altare factam, inter se medium ducentes, ad suam capellam revertuntur, ad se exuendum sacris vestibus, & interim dicit Antiph.* Trium puerorum, *& Cantic.* Benedicite, &c. *Consecrator verò, pacis osculo, ut præmittitur, Consecrato, dato dicit, submissa voce.* Dominus vobiscum. Initium sancti Evangelij secundum Joannem. In principio erat verbum, &c.

Signat altare, & se, & facta similiter cruci reverentia, apud sedem vel faldistorium deponit sacras vestes, interim etiam dicens Antiph. Trium puerorum; *& Cantic.* Benedicite, &c. *quibus depositis, Consecratus Consecratori, & Assistentibus suis prò more, gratias agit, & vadunt in pace omnes.*

Quando electus in Patriarcham, vel Archiepiscopum consecratur, forma præmissa in omnibus observatur, sed per hujusmodi consecrationem non assumit sibi nomen Patriarchæ, vel Archiepiscopi, quod per traditionem Pallii dumtaxat sibi attribuitur, usque ad quam dicitur electus, etiam post consecrationem prædictam, prout infra dicetur. Electus verò in Episcopum, cum primum consecratus est, Episcopus vocatur non electus.

In anniversario consecrationis Episcopi dicitur Missa ut in Missali Romano.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google